Digitized by Google

6
10MM
22

¶Incipit epiſtola Iſidori iunioris hiſpalenſis epiſcopi ad Braulionem ceſarauguſtum epiſcopum.

DOmino meo & dei ſeruo Braulioni epiſcopo: Iſidor⁹. Oñi deſiderio deſideraui nūc videre faciem tuam: & vtinā aliquādo impleret de⁹ votū meū āteq̄ moriar. Ad p̄ſens aūt deprecor vt cōmēdes me deo orōnibus tuis: & vt ī hac vita ſpem meā ipleat & ī futuro btitudinis tuę cōſortiū michi cōcedat. Et manu ſua. Ora pro nobis beatiſſime domine & frater.

¶Braulio ad Iſidorum.

DOmino meo & vere domino: chriſtoq̄ electo Iſidoro epoꝝ ſummo. Braulio ſeru⁹ inutilis ſctōrū dei. O pie domine & virorum p̄ſtātiſſime: ſera eſt inq̄ſitio: & tarde data eſt michi ſcribēdi optio: quia pctis meis exigētib⁹ nō tantūmodo ſterilitatis vel inopię malo: verumetiā peſtis mortalitatis luis & hoſtilitatis quo minus inquirerem horribili ſum prępeditus incurſu. Nunc autē & ſi mille neceſſitatibus & mille curis attritus poſt longū miſerię tēp⁹ veluti ab improbi ſoporis (vt ita dixerim) grauedine ſuſcitatus: iſti⁹ meę ſuggeſtiones affatib⁹ depēdere prępſumo ſalutis obſequiū: & cordis & corpis humilitate ꝓſtrat⁹: imprecās excellētiſſimā tuę beatitudinis poteſtatē: vt peculiarē famulū quē pio illo ſacrę dignationis ituitu ſemper habuiſti ſuſceptū: vſq̄ in finē habere iubeas commēdatū. Nā & ego (xp̄s nouit) graui dolore diſcutior q̄ emenſo tpe tam ꝓlixo vel nūc veſtrum nō mereor videre cōſpectū: ſed ſpero in illū qui nō obliuiſcitur miſereri: nec repellit in finē quia exaudiet precē pauperis: & veſtro me miſerū rep̄ſentet aſpectui. Suggero ſane & omnimoda ſupplicatione depoſco: vt librū ętymologiarū quē iam fauente dño audiuim⁹ cōſumatū: ꝓmiſſionis veſtrę memores ſeruo veſtro dirigere iubeatis: quia vt michi ſum cōſci⁹ magna ibi ex parte ſerui tui poſtulatiōe ſudaſti. Et ideo in me primū exiſte munific⁹: ſic in ſanctoꝝ cętib⁹ & fœlix habearis & prim⁹. Geſta etiā ſynodi ī qua ſintauri⁹ examinis veſtri igne: & ſi nō purificatus: inuenit tñ decoct⁹: queſo vt veſtro inſtictu a filio veſtro dño rege: nobis dirigant̄ cito. Nā & noſtra eius ſic flagitauit gloriā ſuggeſtio: quia multū in cōcilio ꝑ ineſtigāda opus eſt veritate. Decetero creatoris altiſſimi pietatē efflagito vt coronā beatitudinis veſtrę ꝑ itegritate fidei: & ſtatu eccleſię ſuę lōgo tpe pręcipiat cōſeruare: neq̄ inter oblatrantia p̄ſentis mūdi varia & inumerabilia diſcrimina munitū reddat tuę interceſſionis gratia ac reconditum in gremio memorię tuę tutum ab omni tēpeſtate peccati oratu veſtro efficiat trinitas ſacratiſſima. Et manu ſua. Ego ſeru⁹ dñi Braulio Iſidoro in dño: fruar te lucerna ardens & non marceſcens.

¶Iſidorus ad Braulionem.

DOmino meo & dei ſeruo Braulioni epo: Iſidorus. Quia te icolumē cognoui: gr̄as xp̄o ęgi: & vtinā cui⁹ cognoui ſalutē: in hoc corpore aſpicerē & viſionē. Quod aūt michi euenit ꝑ peccatis meis manifeſtabo: q̄a fui dign⁹ tua ꝑlegere eloquia: ſtatim vt accepi pictatiū tuū: puer regius ad me venit: dedi cubiculario meo illud pictatiū: & confeſtim ambulaui ad principē vt poſtea perlegerē reſcriberemq̄. Reuerſ⁹ e palatio regis: nō ſolū ſcripta tua nō inueni: ſed etiā q̄cq̄d aliud in caſtris fuit periit: & idcirco ſcit dñs: luxi meritū meū: quia nō ꝑlegi eloquium tuū ſed rogo vt q̄cūq̄ occaſio euenerit: reſcribe michi. Et gratiā verbi tui nō auferas: vt quod ex meo delicto ꝑdidi: iterum gratia tua recipiam. Et manu ſua. Ora ꝑ nobis beatiſſime domine.

¶Braulio ad Iſidorum.

DOmino meo & vere dño chriſtoq̄ electo Iſidoro epoꝝ ſummo: Braulio ſeruus inutilis ſanctorū dei Solet repleri lęticia homo interior ac ſpiritalis: cū inq̄ſitiōe fungit̄ amātis. Ob id velle meū eſt mi dñe reuerendiſſime: niſi culparū maceria mearū obſiſtat & benigne te inq̄ſitionem meā āplecti: & q̄relarū calūniā patiēter accipe. Vtrūq̄ enī ago: & officiū inq̄ſitiōis pſoluo: & tibi cōtra te cauſarū mearū neceſſitates dirigo q̄d vt benigniſſime tuo auditui admittas in igreſſu hui⁹ dictationis portuq̄ ꝓſtrat⁹ peto a culmine veſtri apoſtolatus: vt q̄q̄ vacillet calūnię obiectio vbi lachrymaꝝ eſt itercesſio: cū lachrymę nō ſint ſigna calūnię: tñ ſint opto & lachrymabil'es calūnię & calūniabiles lachrymę: ſed vtrūq̄ ꝓ licētioſa amoris p̄ſūptiōe: nō aūt ꝑ arrogātię temeritate: ſed iā cauſā exordiar. Septē niſi fallor ānoꝝ ſe tpa gyrāt: ex quo me memini libros a te cōditos originū poſtulaſſe & vario diuerſoq̄ modo p̄ñte me fruſtratū eē. & abſēti nil ide te reſcripſiſſe. ſed ſubtili dilatiōe modo necdū eſſe perfectos: mō necdū ſcriptos: modo meas lr̄as intercidiſſe: aliaq̄ multa opponēs ad hāc vſq̄ diē peruenimus: & ſine petitiōis effectu anim⁹ perdurat. Ob hoc & ego vertā p̄ces in q̄relā: vt quod ſupplicatione nequiui vel calūnia laceſcēdo valeā adipiſci. Sępe nāq̄ ſolet mēdico ꝓdeſſe vociferatio. Quocirca cur q̄ſo te dñe nō tribuas quod rogaris? Vnū ſcias: vt nō dimittā quaſi fingens me nolle negata. Sed querā: & inſtāter querā: quouſq̄ aut accipiā aut eliciā piiſſimo redemptore iubēte. Quęrite & inuenietis: & adiiciente: pulſate & aperietur vobis. Quęſiui & q̄ro: etiam & pulſo. Vnde & clamito vt aperias. Nā hui⁹ argumenti me cōſolatur inuentio: quia q̄ cōtēpſiſti poſtulantem: exaudies forte calūniantem. Hinc ergo ſciētię tuę ingero quę nec ſtulti iactationem nouit: aliquod ſuggerere iſipiēs ꝑfecto pręſumo. Nec tñ erubeſco impitus diſertiſſimo loqui: apl'ici memor p̄cepti quo p̄ceperit libenter ſufferre inſipientem. Quāobrē accipe clamores calūnię. Cur rogo talentoꝝ diſtributionē & cibarioꝝ diſpenſationem tibi creditā hucuſq̄ retentas? Iam ſolue manū: impertire familiis: ne

6
Fo-M
22

inopia pereant famis. Noſti quid creditor veniẽs repo
ſcat a te. Nõ minuet tibi qcqd dederis nobis. Memor
eſto p̄uis panib⁹ multitudinẽ ſatiatã: & ſupeſſe reliqas
fragmentorum magnitudine panũ. An putas donum ti-
bi collatũ ꝓ te ſolomõ eſſe datũ? Et veſtrũ eſt & noſtrũ
cõmune eſt: nõ priuatũ. Et quis dicere vel inſan⁹ pręſu
mat: vt priuato tuo gaudeas: q̃ de cõmuni tñ inculpa
biliter gaudere ſcias? Nã cũ deus tibi ęconomiã ſui the
ſauri & diuitiarum ſalutes ſapiẽtię & ſciẽtie tenere cõceſſe
rit: cur larga manu nõ effũdis: quod dãdo nõ minues?
An cũ i mẽbris ſuperni capitis vnuſqſq; quod nõ acce
pit: ſic in altero poſſideat vt alteri quod habet poſſiden
dum ſciat: tu forſitan: iõ nobis parcus exiſtis: qa quod
mutue a nobis reſumas nõ inuenis. Sed ſi habenti das
ab illo mercedis fructũ reportas. Sin vero nõ habẽti tri
buis: p̄ceptis euangelicis ſatiſfacis: vt reddat̃ tibi ĩ retri
butione iuſtorum. Proinde & ego remordente cõſciẽtia:
eoq; in me cõmunicabile nichil boni ſentiã. Quõ iube
mur p charitatẽ ſeruire inuicẽ: & vnuſqſq; quã accepit
gratiã i alterutrũ illã adminiſtrare ſicut boni diſpenſa-
tores multiformis gratię dei: atq; vnicuiq; ſicut diuiſit
deus mẽſurã fidei in vno cõpage mẽbrorũ debeat ea
ceteris ptib⁹ cõmunicare: quia hęc oia operat̃ vn⁹ atq;
idẽ ſpũs diuidens ſingulis p̄ut vult: ſed ad vnũ ac pecu
liare ſubſidiũ quod p̄miſi recurro ad inopportunitatẽ
ſcilicet amicã amicitia deſtitut⁹: ac nulla mẽbrorum hone
ſtorum gratia decoratus. Idcirco audi vocẽ meã tot in
teriacentib⁹ terris. Redde redde quod debes. Nã ſeru⁹
ſeru⁹ es xp̄i & xp̄ianorum vt illis ſis maior oim noſtrum
& quia noſtri cauſa tibi collatã pręſentis gratiã: ſitienti
bus animis ſciẽtięq; fame cruciatis ĩptiri nõ dedigne-
ris. Non ſum ſaltim pes q ad iniuncta diſcurrẽs poſſim
aliquo eccleſię mẽbrorum. ſ. iudici obediẽtię diſcurſu pare
re: nec principatui capitis impetranti obſequẽdo place-
re. Quin & ſi de ĩhoneſtiorib⁹ mẽbris me eſſe ſciã ſuffi
ciat: quia quę te cõſtat a capite p̄cepiſſe p me eſt dignũ
egere: nec me te nõ egere q̃uis minimũ: xp̄i tñ ſangui-
ne redẽptũ. Nã non dicit caput pedibus: nõ eſtis michi
neceſſarii: quõ q̃ vident̃ mẽbra corporis ĩfirmiora eſſe
neceſſariora ſunt: & quę putãtur ignobiliora eẽ corpis
mẽbra his honorẽ abundantiorẽ circũdam⁹: & q̃ ĩho-
neſtiora ſunt noſtra: maiorẽ honeſtatẽ habẽt. Sic itaq;
creator noſter ac diſpẽſator cũcta diſpẽſat: vt cum in al
tero alteri dona diña q̃ in ſe nõ pcipit poſſidenda tribu
untur: charitas cumuletur. Deniq; tunc bene multifor
mis gratia diſpenſatur: qñ acceptũ donũ & eis qui hoc
nõ habent credit̃: qñ ꝓpter eum cui impendit̃ datũ pu-
tatur. Hoc apoſtoli capitulũ a nobis in parte p̄miſſum:
optime nouit prudẽtia charitatis veſtrę: huic regi con-
gruere totũ: & quicqd ſũmatim tetigi: te procul dubio
noſſe melius latet nullũ. Itaq; hoc ſolũ ſupereſt qd: &
magnope peto: vt p̄ſtes poſtulata: & ſi nõ pro me: ſalti
ꝓ ipſa charitate diuinit⁹ iptita. Pro qua iubemur & noſ
ſe & p̄ſtare oia & ſine qua nichil ſunt oia. Sed & ſi qua ſu
perflua: ſi qua negligẽter: ſi qua min⁹ humiliter aut in
utiliter potius effudi q̃ dixi: cũcta queſo benigne ſuſci-
pias: cũcta ignoſcas: cuncta ores vt deus ignoſcat. Er-
go & hoc ĩnoteſco: libros ętymologiarum quos a te dño
meo poſco: & ſi detrũcatos corroſoſq; iam a mltis ha
beri: inde rogo vt eos michi trãſcriptos integros emẽ-
datos & bene coaptatos digneris trãſmittere: ne rapt⁹
auiditate in puerſum cogar vitia ꝓ virtutib⁹ ab aliis ſu
mere. Ego aũt opto q̃uis nulli⁹ egeas: & vltroneę dicũ
tur putere mercedes: vt dignatio veſtrę benignitatis im
peret nobis i id quod & poſſum⁹ & valemus: tñ vt ob
ſequio noſtro vtaris: imo charitate quę deus eſt pfrua-
ris. His igitur expletis erãt michi q̃ſtiones de ſacris di-
uiniſq; paginis q̃rũ michi expoſitionẽ cordis veſtri lu
men aperiret: ſi tñ & nobis iubes reſplẽdere & diuinę
legis obſcura reſerare. Nec ſi iſta quę peto p̄cepero de
illis ſilebo: ſed viã reſeras capiẽdę fiducię. Cum in hac
prima fronte non me confodieris ſtimulis verecundię
& ignauię meę locũ dederis venię q; quẽ diligebas q̃
libet ĩmeritum nõ iuſſeris reprobare: quia ignominio-
ſum valde videtur ac vile ſi nec dum ſatiatus qui chari
tate ab eo quem amabat inuenitur recedere. Obſequio
autem meę ſeruitutis impẽdo iura ſalutis: & queſo pie
tatem ſanctiſſimę veſtrę poteſtatis: vt pro me orare di
gneris: quatenus quottidie fluctuantem animã in ma-
lis: & tuo interceſſu lucreris & ad portum tranquillita-
tis ęterne perducas: erutã a miſeriis & ab ſcãdalis. Dul
ce michi fuit diu ad te loqui: quaſi corã poſitus vultũ vi
dere tuę faciei. Ideo nec verboſitatem caui: & temerita-
tem fortaſſis incurri: ſed aut hoc aut aliud agere debui:
tantum vt quod noluiſti per humilitatem: ſaltem tribu
as per tumultuantem improbitatẽ. Ecce quãtam auda-
ciam dedit michi gratię veſtrę beniuolẽtia. Et iõ ſi qd
in hoc diſplicuerit ſibi imputet quę tantum amat: vt ti-
morem tollat. Nam perfecta charitas foris mittit timo
rem. Speciali quoq; gratia fręt⁹: ſpeciali dño in quo vi
res ſanctę eccleſię cõſiſtũt ſuggero: vt quia euſebi⁹ no
ſter metropolitan⁹ diſceſſit: habeas miſericordię curã.
Et hoc filiolo tuo noſtro domino ſuggeras: vt illũ illi
loco pręficiat: cui⁹ doctrinę ſanctitas ceteris ſit vitę for
ma. Hunc autem filium pręſentẽ beatiſſimę poteſtati
vrę per oia cõmendo. & tam de his quę hic ſuggeſſim⁹
q̃ etiã de his quę ſupra queſti ſum⁹ eloquio veſtro per
eum illuſtrari mereamur.

¶ Iſidorus ad Braulionem.

DOmino meo & dei ſeruo Braulioni ep̄o: Iſi-
dorus. Tuę ſanctitatis epiſtolę me i vrbe to-
letana inuenerũt. Nã pmotus fuerã cã cõcilii
Sed q̃uis iuſſio principis in itinere poſitum remeare
me ãmonuiſſet: ego tñ: quia propinquior eram pręſen
tię ipſius q̃ regreſſioni: malui potius curſum itineris
non intercludere. Veni ad pręſentiam principis inueni
p̄ſentem diaconum tuum: per eũ eloquia tua ſuſcipiẽs
amplex⁹ ſum & legi: & de ſalute tua deo gratias egi dẽ
ſiderio omni deſiderãs: q̃uis debilis atq; feſſ⁹: fiduciã
tñ habens per xp̄m in hac vita videndi te quia ſpes non

confunditur p charitatē q̄ diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris
Codicē ẽtymologiarū cū aliis codicib⁹: de itinere trāſ-
miſi: & licet emēdatū ꝑ ualitudine tamē tibi modo ad
emendandū ſtatuerā offerre ſi ad deſtinatū cōcilii locū
peruenissem. De cōſtituendo aūt epo taraconēſi nō eam
quā petiſti ſenſi ſententiā regis: ſed tn̄ & ipſe adhuc vbi
certius cōuertat animū illi manet incertū. Peto aūt vt
pro meis peccatis apud dn̄m exiſtere digneris interceſ-
ſor: vt ipetratu tuo deleātur delicta mea: & remittātur
facinora. Item manu ſua. Ora pro nobis beatiſſime do-
mine & frater.

¶ Item Iſidorus ad Braulionem.

EN tibi ſicut pollicitus ſum miſi opus de qua-
rūdam rerū origine ex veteris lectiōis recor-
datione collectū: atq; ita i qbuſdā locis anno-
tatum ſicuti extat conſcriptum ſtilo maiorum.

¶ Incipit liber primus ẽtymologya-
rum ſancti Iſidori Hiſpalenſis epi.

¶ De diſciplina et arte. Cap̄. I.

DIſciplina a diſcēdo nomē accepit. Vn̄ & ſciē-
tia dici pōt. Nā ſcire dictū eſt a diſcere: quia
nemo nr̄ ſcit niſi quia diſcit. Aliter dicta di-
ſciplina. quia dicitur plena. Ars vero dicta
eſt ꝙ artis ꝓceptis reguliſq; cōſiſtat. Alii dicūt a grecis
hoc tractū eſſe vocabulū απο της αρετησ. i. a virtu-
te: quā ſcientiā vocauerunt. Inter artem et diſciplinam
plato & Ari. hanc differentiam eſſe voluerunt: dicentes
artē eē in his q̄ ſe & aliter habere poſſunt: diſciplina ve-
ro ē q̄ de his agit q̄ aliter euenire nō poſſunt. Nā qn̄ ve-
ris diſputatiōib⁹ aliqd diſſerit̄: diſciplina erit: qn̄ aliqd
veriſimile atq; opinabile tractatur: nomē artis habebit.

¶ De ſeptem liberalibus diſciplinis. Cap̄. II.

DIſciplinẽ liberaliū artiū ſeptē ſunt. Prima grā-
matica. i. loquēdi pitia. Secunda rhetorica q̄
ꝓpter nitorē & copiā eloq̄ntiẽ ſuẽ maxime
in ciuilib⁹ q̄ōnibus neceſſaria exiſtimat̄. Ter-
tia dialectica cognomēto logica: q̄ diſputationib⁹ ſub-
tiliſſimis vera ſecernit a falſis. Quarta arithmetica q̄ cō-
tinet numerorū caſus ac diuiſiones. Quīta muſica: q̄ i
carminib⁹ cātibuſq; cōſiſtit. Sexta geometria: q̄ mēſu-
ras terrẽ dimēſioneſq; cōplectit̄. Septia aſtronomia: q̄
cōtinet legem aſtrorum.

¶ De litteris communibus. Cap̄. III.

PRimordia grāmaticẽ artis litterẽ cōmunes
exiſtūt: quas librarii & calculatores ſequunt̄:
quarū diſciplina velut q̄dā grāmaticẽ artis i-
fantia eſt: vn̄ & eā Varro litterationē vocat.
Litterẽ aūt ſunt idices rerū: ſigno verboꝝ: qb⁹ tāta vis
eſt: vt nobis dicta abſentiū ſine voce loquāt̄. Verba eīn
p oculos nō p aures introducūtur. Vſ⁹ litteraꝝ rept⁹ ē
ꝓpter memoriā reꝝ. Nā ne obliuione fugiāt: lr̄is alli-
gant̄. In tāta eni reꝝ varietate nec diſci audiendo pote-
rant oia: nec mēoria cōtineri. Litterẽ aūt dictẽ q̄ſi legite-
rẽ: q̄ iter legētib⁹ ꝑſtēt: vel ꝙ in legēdo iterent̄. Lr̄ẽ la-
tinẽ & grẽcẽ ab hebrẽis vident̄ exortẽ. Apud illos eni
pri⁹ dictū ē Aleph. deīde ex ſimili enūciatiōe apud grẽ-
cos tractū ē Alpha. īde apud latinos A: Trāſlator enim
ex ſimili ſono alteri⁹ ligũẽ litterā cōdidit: vt noſſe poſ-
ſim⁹ liguā hebraicā oim liguaꝝ ac lr̄aꝝ eē matrē. Sed
hebrẽi viginti duob⁹ elemētis lr̄aꝝ ſcd̄m veteris teſta-
menti libros vtunt̄. Grẽci vero. xxiiii. Latini iter vtrāq;
liguā ꝓgrediētes. xxiii. elemēta habēt. Hebreoꝝ litte-
ras a lege cepiſſe p moyſen. Syroꝝ aūt & caldeoꝝ per
abrahā. Vn̄ & cū hebrẽis & numero & ſono cōcordāt
ſolis characterib⁹ diſcrepāt. Egiptioꝝ lr̄as Iſis regina
inachis filia: de grẽcia veniēs i ẽgyptū repperit: & ẽgyp-
tiis tradidit. Apud ẽgyptios autē alias habuiſſe litteras
ſacerdotes: alias vulg⁹. Grẽcaꝝ litteraꝝ vſum primi
phoenices inuenerūt. vnde & Lucan⁹: Phoenices primi
magni ſi credit̄ auſi: Manſurā rudib⁹ vocē ſignare figu-
ris. Hinc ē ꝙ & phẽniceo colore libroꝝ capita ſcribunt̄
quia ab ipis litterẽ initiū habuerūt. Cadmus agenoris
filius grẽcas litteras a phẽnice i grẽciā. xvii. prim⁹ attu-
lit: α β Γ Δ ε ζ ι κ λ μ ν ϖ ο ρ σ τ Φ. His palame-
des troiano bello tres adiecit η χ ω. Poſt quē Simoni-
des ſimiliter tres alias adiecit ξ θ Φ. y litterā Pythago-
ras ſami⁹ ad exēplū vitẽ hūanẽ prim⁹ formauit. Cui⁹
virgula ſubterior primā ẽtatē ſignificat: incertā quippe
& q̄ adhuc ſe nec viciis nec virtutib⁹ dedit. Biuiū autē
quod ſupeſt ab adoleſcētia icipit: cui⁹ dextra ps ardua ē
ſed ad beatā vitā tēdēs: ſiniſtra facilior: ſed ad labē iteritū-
q; deducēs. De qua ſic Perſius ait. Et ibi quẽ ſamios de-
duxit littera ramos: Surgentē dextro mōſtrauit limite
callē. Quiq; autē eē apud grẽcos myſticas litteras. Pri-
ma. y. quẽ humanā vitā ſignificat: de qua nunc dixim⁹
Secūda theta. θ. q̄ mortē ſignificat. Nā iudices eādē lit-
terā thetā apponebāt ad horū nomina quos ſupplicio af-
ficiebant et dicitur theta απο του θανατου. i. a mor-
te. Vnde & habet p mediū telū. i. mortis ſignū: de qua
quidā ſic ait. O multū ante alias īfẽlix littera theta: Ter-
tia thau. τ. figurā demonſtrās dn̄icẽ crucis. Vnde & he-
braice ſignū interpretatur: de qua dictū eſt in ezechiele
angelo: Tranſi per mediā hieruſalē & ſigna thau i fron-
te viroꝝ gemētiū & dolentiū. Reliquas vero duas ſum-
mā & vltimā ſibi vendicat xp̄s. Ipſe eſt enim principiū
& finis dicens. Ego ſum alpha & ω. Concurrentib⁹ eīn
in ſemuicē α. ad. ω. vſq; deuoluitur: & rurſus. ω. ad. α.
replicat̄: vt oſtenderet in ſe domin⁹: & initii decurſum
ad finem: et finis decurſum ad initiū. Oīs autē litterẽ
apud grẽcos: & verba cōponunt: & numeros faciunt.
Nam alpha. α. littera apud eos vocatur in numeris vnū
Vbi autē ſcribunt betha. β. vocatur duo vbi ſcribūt gā-
ma. Γ. vocāt in numeris ipſoꝝ tria. vbi ſcribūt delta. Δ.
vocatur quattuor: & ſic oīs litterẽ apud eos numeros
habent. Latini autē numeros ad litteras non cōputant
ſed ſola verba componunt: exceptis aliquibus quẽ nu-
meros figura demonſtrant: vt. i. pro vno: c. pro centū.
d. pro quingentis. l. pro quinquaginta. m. pro mille. v.
pro quiq;: & x. pro decē. littera quẽ & i figura crucē ſi-

gnificat:& in numero decẽ demõſtrat. Latinas litteras
carmẽtis nympha prima italis tradidit. Carmentis aũt
dicta quia carminibus futura canebat. Cęterũ proprie
vocata nicoſtrata. Litterę aũt aut ſũt cõmunes aut libe
rales. Cõmunes dicte:quia multi eis vtuntur i cõmune
vt ſcribere & legere:liberales:quia eas tñ illi nouerũt:
qui libros cõſcribũt:recteq; loquẽdi dictãdiq; rõnẽ no
uerũt. Litterarũ duplex modus eſt. Diuidenť eñ prin:
cipaliter in duas partes:in vocales & cõſonãtes. Vocales
ſunt que directo hiatu fauciũ ſine vlla colliſione varie
emittũtur:& dicte vocales q: per ſe vocẽ impleant:& p
ſe ſyllabã faciãt:nulla adherẽte cõſonãte. Conſonantes
ſunt que diuerſo motu linguę vel ĩpreſſiõe labiorũ effi
ciunť:& vocatę cõſonãtes:quia p ſe nõ ſonant:ſed iun:
ctis vocalib⁹ cõſonãt. He in duab⁹ partib⁹ diuiduntur
in ſemiuocalib⁹ & ĩ mutis. Semiuocales dicte eo q: qdã
ſemiſonũ de vocalib⁹ habeant. Ab e. quippe vocali in:
cipiant & deſinũt in naturalẽ ſonũ:vt f:l:m: Mutę aũt
dicte:quia niſi ſubiectis ſibi vocalib⁹ nequaq̃ erũpunt.
Si de eis extremã vocalis detraxeris ſonũ incluſum lit
tere murmur ſonabit vt. b. c. d. Vocales aũt & ſemiuo:
cales:& mute:a veteribus ſone:& ſemiſone:& iſone di
cte ſunt. Inter vocales aũt i & u apud grãmaticos vari:
as habent ſignificationes. Nã modo vocales ſunt:mõ
ſeminocales:modo medie ſunt: Vocales ideo ſunt:qa
ſole poſite ſyllabas faciunt:& aliis cõſonantib⁹ cõiun:
guntur. Conſonãtes ideo habẽtur:quia interdũ habent
poſt ſe vocales in eiſdẽ ſyllabis cõſtitutas:vt iunovates
& habenť pro cõſonantibus. Medie aũt idcirco dicũť:
qñ naturaliter ſole mediũ ſonũ habent:vt illi⁹ vni⁹. Cõ
iuncte aliis pingui⁹ ſonant:vt ianus vanus. Sole enim
poſite aliter ſonant:aliter iũcte:I vero ꝓpterea interdũ
duplex diciť:quia quotiẽſcũq; in metro inter duas vo
cales ĩuenitur:p duabus cõſonantibus habeť:vt troia.
Geminatur eni ibi ſonus eius. V quoq; littera pinde in
terdũ eſt nichil:quia alicubi nec vocalis:nec cõſonãs ẽ:
vt quis: Vocalis eñ nõ eſt:quia. i. ſequitur:cõſonãs non
eſt:quia q precedit:ideoq; qñ nec vocalis nec cõſonãs ẽ
ſine dubio nichil eſt. Eadẽ & digãmon a gręcis vocať:
qñ ſibimet aliiſq; vocalib⁹ iũgitur:q̃ ideo digãmon di
citur:quia duplex eſt iſtar. f. littere que duplex gãma ha
bet:ad cuius ſimilitudinẽ cõiunctas vocales digãmon
appellari grammatici voluerunt. vt votum virgo. Inter
ſemiuocales:aut quedã liquide dicuntur ꝓpterea:quia
interdũ in vna ſyllaba poſtpoſite aliis cõſonantibus de
ficiunt:& a metro excluduntur:ex quibus due apud la:
tinos liqueſcunt. l & r. vt fragor & flatus. relique m & n
apud grecos liqueſcunt vt mneſtus. Decem & ſeptem
autẽ latinis litteris vet⁹ ſcriptura conſtabat. Vnde & la:
tine nominantur illa ratione ſcilicet q: ab e vocali inci:
piunt:& in mutum ſonũ deſinũt:vt ſunt ſemiuocales
vel q: a ſuo ſono incipiunt:& in vocalem e deſinũt:vt
ſunt mute. Fuerũt aũt i pricipio. xvii. id eſt a b c d e f g
i l m n o p r s t & u. H aũt littera pro ſola aſpiratione ad
iecta eſt poſtea. Vnde & a pleriſq; aſpiratio putatur eſſe
non littera:que proinde aſpirationis nota dicitur:quia
vocẽ eleuat. Aſpiratio eni eſt ſon⁹ vberius eleuatus cui
cõtraria eſt proſodia:ſonus equaliter flex⁹. R litteram:
Saluius Ludi magiſter poſtea latinis adiecit:vt in ſono
diſcrimẽ faceret duarũ litterarũ. c. & q. q̃ ideo ſuperua
cua dicitur:quia exceptis kalendis ſuperflua iudicatur
per c. eni vniuerſa exprimim⁹. Q litterã nec greci reſo:
nant. nec hebrei:exceptis eni latinis hanc nulla alia lin:
gua habet:hęc prius non erat:vnde & ipſa ſuperuacua
eſt vocata quia per c cuncta veteres ſcripſerunt. X litte:
ra vſq; ad Auguſti tempora:nondũ apud latinos erat:
ſed pro ea c & ſ ſcribebant:vnde & duplex vocatur:qa
pro c & ſ ponitur:vnde & ex eiſdẽ litteris compoſitum
nomẽ habet. A grecis duas litteras mutuauit latinitas:
y. & ʒ:propter nomina. ſ. greca:& he apud romanos vſ
q; ad auguſti tẽpus non ſcribebantur:ſed p ʒ duo ſſ po
nebant:vt hilariſſat:p y vero i ſcribebant. vnicuiq; aũt
litterę tria accidunt:nomẽ:quomodo vocetur figura:
quo charactere ſignetur poteſtas:que vocalis:que con
ſonans habeať. Poteſtatẽ natura dedit:voluntas ordinẽ
A quibuſdã & ordo adiicitur. i. que ꝑcedat:que ſequať:
vt a prior ſit:ſequens b. A autẽ in oĩbus gentibus ideo
prior eſt litterarũ pro eo q: ipſa prior naſcentib⁹ vocẽ
aperiet. Nomina autẽ litterarũ gẽtes ex ſono proprie
lingue dederunt notatis oris ſonis:atq; diſcretis. Nam
poſtq̃ eas aiaduerterunt:& nomina illis & figuras ipo:
ſuerunt. Figuras aũt partim ex placito:partim ex ſono
litterarũ formauerunt:vt puta. l & o quarũ vnius ſicut
exilis ſonus eſt:ita tenuis virgula:alterius pinguius ſo
nus:ſicut & plena figura. Inter figuras litterarũ & api:
ces veteres diſtinxerũt. Apicem autẽ dictũ pro eo q: lõ
ge ſit a pedibus:ſed in cacumine litterarũ aponiť. Eſt
enim linea iacens ſuper litterã equaliter ducta.

¶ De grammatica. Cap. IIII.

GRammatica eſt ſciẽtia recte loquẽdi:ſcribẽ
diq; ratio:origo & fundamentũ liberaliũ
artiũ. Hec i diſciplinis poſt lr̃as cõmunes ĩ:
uenta eſt:vt iam qui didicerũt lr̃as:per eã re
cte loquẽdi rationẽ ſciant. Grãmatica aũt a lr̃is nomen
accipit. Grãmata eni greci litteras vocant. Ars vero di:
cta eſt q: artis preceptis reguliſq; cõſiſtat. Alii dicunt a
gręcis hoc tractũ eſſe vocabulum:apotes aretes. i. a vir
tute:quã ſcientiam vocauerunt. Oratio dicta eſt:quaſi
oris ratio. Nam orare eſt loqui & dicere. Eſt aũt oratio
contextus verborũ cũ ſenſu. Context⁹ autẽ ſine ſenſu
non eſt oratio:quia non eſt oris ratio. Oratio aũt plena
eſt ſenſu voce & littera. Diuiſiones autem grammaticę
artis a quibuſdam. xxx. dinumerantur i. partes oratio:
nis. viii. vox articulata:littera:ſyllaba:pedes:accẽtus:po
ſiturę:notę:orthographia:analogia:etymologia:glo:
ſę:differentię. barbariſmi:ſoloeciſmi:vitia:methaplaſ
mi:ſchemata:tropi:proſa:metra:fabulę:hiſtorię.

De partibus orõnis. Cap. V.

PArtes orationis primus Ariſtoteles duas tra
didit nomen & verbũ. deinde donatus octo

definiuit:ſed oĩs ad illa duo prĩcipalia reuertũtur.i.ad
nomen & verbum:quę ſignificãt perſonã & actũ.Reli=
quę appendices ſunt:& ex his originẽ trahunt.Nã pro=
nomen ex noĩe naſcitur:cuius officio fungitur:vt ora=
tor ille. Aduerbiũ de noĩe naſcitur:vt doctus docte. Par
ticipium de noĩe & verbo:vt lego legens.Cõiunctio ve
ro & prepoſitio vel interiectio.in cõplexu iſtaꝝ cadũt.
Ideo & nonnulli quinqꝫ partes definierunt: quia iſte ſu
perflue ſunt.

¶De nomine. Cap̃.VI.

NOmen dictũ quaſi notamen ꝙ nobis vocabu
lo ſuo res notas efficiat. Niſi eñ nomẽ ſcieris
cognitio rerũ perit. Propria noĩa dicta ſunt:
quia ſpecialia ſunt. Vnius eni tm̃ pſonã ſigni=
ficant. Species proprioꝝ nominũ quattuor ſunt: preno
men:nomẽ:cognomen:et agnomen. Prenomen dictũ
eo ꝙ nomini preponitur: vt Luciꝰ quintꝰ. Nomen vo=
catũ:quia notat genus:vt cornelius. Cornelii eni oĩes
in eo genere dicebantur. Cognomen:quia nomini con
iungitur:vt ſcipio. Agnomen vero quaſi accedens noi
vt Metellus creticus:quia cretã ſubegit. Extrinſecus eñ
venit agnomen ab aliqua ratione. Cognomentũ autem
vulgo dictũ eo ꝙ nomini cognitionis cauſa ſupadiici=
atur:ſiue ꝙ cũ noie eſt. Appellatiua noĩa inde vocãtur:
quia communia ſunt: & multoꝝ ſignificatione conſi=
ſtunt. Hęc in.xxviii.ſpes diuidunt:ex quibꝰ corporalia
dicta:quia vel videntur vel tanguntur:vt cęlũ:terra. In=
corporalia:qa carẽt corpore:vnde nec videri nec tangi
poſſunt:vt veritas:iuſticia. Generalia quoqꝫ:qa multa
rũ rerũ ſunt:vt aial. Nã & homo & equꝰ & auis aialia ſũt
Specialia:quia partẽ demonſtrãt:vt homo. Species eñ
aialiũ homo. Principalia:quia primã poſitionẽ habent
nec aliunde naſcunt:vt mons fons. Deriuatiua:eo ꝙ ex
alio noie deducũtur.vt a mõte mõtanꝰ. Diminutiua:qa
minuũtur ſenſu:vt gręculus ſcholaſticulꝰ a ſcholaſtico
Sono diminutiua:quia ſic ſonant ſicut diminutiua: ſed
intellectu principalia ſunt:vt tabula ſabula. Tota gręca:
quia ex toto gręce declinãtur:vt caliſto calypſo. Sic eñ
gręcus & latinus dicit. Tota latina:quia ex toto ĩ latinũ
vertuntur:gręcus dicit odyſſeus:latinꝰ vlixes. Media di
cta:qa ex parte gręca ſunt:ex parte latina. Eadẽ & nota
qa corrũpunt vltimas ſyllabas manentibꝰ prioribus: v
apud gręcos alexandros:apud latinos vero alexander
menãder. Dicta autẽ notha: quẽadmodũ nothus dicit
qſqs de diſpari genere naſcitur. Synonima hoc eſt plu=
rinomia.eo ꝙ ſit in pluribus nominibꝰ ſignificatio vna
vt terra:humus:tellus:idem eni ſunt nomina. Omony=
ma:hoc eſt vninomia.eo ꝙ ſit ĩ vno nomine ſignifica=
tio plurima:vt tumulus nũc mons breuis ẽ: nũc tumẽs
tellus:nũc ſepulchrũ. Eſt eni ĩ vno noie ſignificatio di=
uerſa. Relatiua dicta:eo ꝙ ad aliã referãtur perſonã: vt
magiſter:dñs:pater. Illa autẽ que dicunt ad aliqd aliter
ſe habẽtia a cõtraria ſignificatione dicta ſunt:vt dexter
Dici eni dexter non põt niſi ſiniſter fuerit. Porro quali=
tatis noia ex eo dicta:quia p ea qualis quiſqꝫ ſit oſtẽdit:
vt ſapiẽs:formoſus:diues. Quantitatis:quia a menſura
trahuntur:vt longus breuis. Patronymica dicunt eo ꝙ
trahuntur a patribꝰ:vt titides tidęi filiꝰ:ęneius:enee fi=
lius:q̃uis & a maioribus & matribus ducantur. Cretica
id eſt poſſeſſiua a poſſeſſione:vt euandriꝰ enſis. Epithe
ta que latiue adiectia vel ſuppoſita appellantur: eo ꝙ ad
implenda ſui ſignificationẽ noibus adiiciantur: vt ma=
gnus doctus. Adiicis ea perſonis: vt magnus philoſo=
phus:doctꝰ homo:& plenꝰ eſt ſenſus. Actualia ab actu
deſcendunt:vt dux:rex:curſor:nutrix:orator. Gentes
a gente veniunt: vt gręcus:romanus. Patrię a patria de
ſcendunt:vt athenienſia:thebanus. Loci a loco:vt ſub
urbanus. Verbalia dicuntur:quia de verbo naſcuntur:
vt lector. Participalia:que ſic ſonant ſicut participia:vt
demens prudens. Verbi ſimilia a verbi ſimilitudine di=
cta:vt contemplator. Nam & verbũ eſt imperatiui mo=
di futuri temporis:& nomen quia comparationẽ reci=
pit. He oĩes ſpecies a nominũ appellatione deſcẽdunt
Secunda pars nominis comparatio. Comparatio dicta
quia ex alterius comparatiõe alterũ pręfert. Cuius gra=
dus tres ſunt.poſitiuus:comparatiuus: & ſuperlatiuus.
Poſitiuus dictus:quia primus ponitur in cõparationis
gradu:vt doctus. Cõparatiuus ab eo ꝙ comparatiuus
poſitiuo prefertur illi:vt doctior: plus eni doctior no=
uit q̃ doctus. Superlatiuus eo ꝙ cõparatiuo ſuperferat
vt doctiſſimus:plus eni nouit q̃ doctior. Genera dicta
ſunt eo ꝙ generent:vt maſculinũ & femininũ. Cętera
non ſunt genera:ſed hoc nominum ratio & auctoritas
voluit. Neutrũ dictum:quia nec hoc eſt nec illud.i.nec
maſculinum nec fęmininum. Cõmune dictũ ꝙ duobꝰ
generibus nominũ cõmunicat:vt hic & hęc canis. Cui
cõtrariũ eſt epicęnon:quia vtrũqꝫ ſexũ ſub vno genere
enunciat:vt hic piſcis. Eſt eni incerti generis:quod nec
natura:nec oculis diſcernit:ſed ſenſus tm̃ peritia. Oĩe
genus dictum:quia cunctis generibꝰ ſeruit ĩ maſculino
& fęminino & neutro cõmuni & oĩi. Numerus dictꝰ:
quia per eum vel ſingularia vel plurima nomina oſten=
duntur. Figura:quia vel ſimplicia vel compoſita ſunt.
Caſus a cadendo dicti:per eos eni inflexa nomina vari=
antur & cadunt. Noiatiuus caſus dictus:quia per eundẽ
aliquid nominamus:vt hic magiſter. Genitiuꝰ:quia eũ
per genus cuiuſcunqꝫ quęrimus: vt huius magiſtri fi=
lius:vel ꝙ rem ſignificamus huius magiſtri. Datiuus:
quia per eũ nos dare alicui demonſtramus: vt da huic
magiſtro. Accuſatiuus:quia per eũ aliquẽ accuſamus:
vt accuſo hunc magiſtrum. Vocatiuus:quia per eum ali
quẽ vocamus:vt o magiſter. Ablatiuus:quia per eũ nos
auferre aliquid cui q̃ ſignificamus:vt auferã a magiſtro
Hexaptota nomina dicta:quia per ſex caſus varietates
habent:vt eſt vnus. Pentaptota ꝙ tm̃ in quinqꝫ caſibus
variantur:vt doctus. Tetraptota ꝙ tm̃ in quattuor ca=
ſibus declinantur:vt latus. Triptota ꝙ tm̃ in tribus: vt
templũ. Diptota ꝙ tm̃ in duobꝰ:vt iupiter. Monopto=
ta ꝙ vno tm̃ caſu vtuntur:vt frugi.

¶De pronomine. Cap̃.VII

PRonomen dictū: quia pro vice nominis ponitur: ne faſtidium faciat nomen ipſum dū iteratꝰ. Nā cū dicimꝰ Vir. ſcripſit bucolica: addimus ꝓnomen: ipſe ſcripſit & georgica: ſicq̧ varietas ſignificatiōis & faſtidiū tollit: & ornatū inducit. Pronoīa aūt aut finita ſūt aut infinita. Finita pronomina dicta: eo ꝙ definiunt certam perſonam: vt ego· me enim ſtatim intelligis. Infinita dicunꝰ: quia nō ſunt certę perſonę. De abſentibꝰ enī dicunꝰ & icertis: vt qs: que: quod. Minꝰ q̄ finita appellanꝰ: quia cōmemorationē faciūt notę perſonę: vt ipſe: iſte. Certū eſt enī de quo dicitur. Poſſeſſiua vocanꝰ: eo ꝙ nos aliquid poſſidere oſtēdūt. Nā cū dico meꝰ: tuus: definio aliquid meū eſſe vel tuū. Relatiua dicunꝰ qa ad interrogationē referunꝰ: vt quis eſt: reſpōdetur is eſt. Demōſtratiua: eo ꝙ habēt demonſtrationis ſignificationē. Aliquē enī ꝑſentē his demōſtramus: vt hic hec hoc. Quę tria & articuli nominanꝰ articuli aūt dicti ꝙ noībus artantur. i. colligantur: cum dicimꝰ hic orator. Inter articulum autē & pronomen hoc intereſt: ꝙ articulus tunc eſt quando nomini iungitur: vt hic ſapiens: cū vero nō cōiungitur: demonſtratiuū pronomen eſt: vt hic & hęc & hoc. Oīa autē ꝓnomina aut primogenia ſunt: aut deductiua. Primogenia dicta ſunt qa aliūde originē nō trahūt. Hęc. xxi. ſūt. Finita tria: ego tu ille. Infinita ſeptē: quis. q̄lis: talis: quātus: tātus: quotus: totus. Minꝰ q̄ finita ſex: iſte: ipſe: hic: is: idē: ſui. Poſſeſſiua quinq̧: meus: tuꝰ: ſuus: nr̄ & veſter. Reliq̄ autē deductiua dicunꝰ: qa ex illis deducta atq̧ cōpoſita exiſtunt: vt quiſpiā aliquis & reliqua.

De verbo. Cap. VIII.

VErbum dictū: eo ꝙ verberato aere ſonat vel ꝙ hęc pars frequēter in oratione verſeꝰ. Sūt aūt verba mentis ſigna quibꝰ hoīes cogitationes ſuas iuicē loquēdo demōſtrāt. Sicut aūt nomē ſignificat perſonā: ita verbū factum dictumq̧ perſonę. In perſona verbi agentis & patiētis ſignificatio eſt Nam ſcribo: perſonę factum eſt. Item ſcribor: perſonæ factum indicat ſed eius a quo patitur. Verborum genera duo ſunt: grammaticorum atq̧ rhetorum Grāmaticorum in tria cadunt tempora: preteritum: inſtans: & futurū: vt fecit: facit: faciet. Rhetorum aūt vniuerſa oratio verba dicuntur: veluti verbis bonis nos cepit verba bona habuit. Vbi nō tm̄ verba quę in tria cadunt tempora: ſed vniuerſa oratio eſt. Verborum ſpecies ſunt: formę: modi: cōiugationes: & genera. Formę verborum inde dictę: eo ꝙ nos ad vnāquāq̧ rem informent: per has enim oſtendimus quid agamus. Perfecta forma dicitur a perficiendo vt lego: tunc enim dicēdū eſt quādo in preſenti tempore legimus. Meditatiua dicta ſunt a meditātis ſenſu: vt lecturio. i. legere meditor. Inchoatiua poſt meditationem ab inchoantis indicio vt caleſco. Frequentatiua a ſepius agēdo: vt lectito: clamito. Formę enī ſenſum tenent: modi declinationem. Nam neſcis quid ſit declinatio: niſi priꝰ didiceris quid ſit ſenſus. Modi dicti ab eo quemadmodū ſint iſuis ſignificatiōibus. Indicatiuus enī modus dicitur: quia ſignificationem indicantis habet: vt lego. Impatiuus: qa ſonum habet imperandi vt lege. Optatiuus: quia per ipſum optamus aliquid agere vt vtinam legerem. Cōiunctiuus quia ei coniungitur aliquid: vt locutio plena ſit. Nam quādo dicis: cum clamem: pendet ſenſus. ꝙ ſi dicam clamem quare putas ꝙ taceam: plenus eſt ſenſus. Infinitiuus dicitur eo ꝙ tempora definiens perſonam verbi non definit vt clamare: clamaſſe. Cui ſi adiungas perſonam: clamare debeo debes debet: fit quaſi finitū. Imperſonalis dicitur: quia indiget perſona nominis vł pronominis: vt legitur: addis perſonam a me a te ab illo: & plene ſentitur. Sed infinitiuus modus perſona tm̄ verbi eget. Imperſonalis vero vł pronominis pſona vel nominis. Coniugatio dicitur eo ꝙ per eam ad vnū ſonum multa coniunguntur. Docet enī in quā ſyllabam exeat futurū tēpus: ne per imperitiā quis dicat legebo pro legam. Harū prima & ſecunda mittunt futurū tempus in bo & in bor: tertia in am & in ar. Genera verborū ideo dicta quia gignūt: nā actiuo adiicis r & gignit paſſiuum: rurſum paſſiuo adimis r & parit actiuū. Ipſa aūt actiua dicuntur: qa agūt vt verbero: & paſſiua qa patiūꝰ vt verberor. Neutralia qa nec agūt nec patiūꝰ: vt iaceo ſedeo. His ſi r litterā adiicis nō ſonāt latina. Cōia aūt dicunꝰ qa & agūt & patiunꝰ: vt amplector. Hęc ſimiliter depoſita r littera latina nō ſunt. Deponētia vero dicunꝰ quia deponūt futuri tēporis participiū a ſignificatione paſſiua quod exit in dus vt gloriandus.

De aduerbio. Cap. IX.

ADuerbiū dictū ē eo ꝙ verbis accedat vt puta bene legi. Bn̄ aduerbiū ē: legi verbū. Inde ergo aduerbiū ꝙ ſemp verbo iunctū adimpleaꝰ. Verbū enī ſolū ſenſū implet vt ſcribo. Aduerbiū aūt ſine verbo nō habet ſignificationē plenā vt hodie. Adiicis illi verbū hodie ſcribo: & iuncto verbo impleſti ſenſum.

De participio. Cap. X.

PArticipiū dictū ꝙ noīs & verbi ptes capiat q̄ſi ꝑticapiū. A noie. n. vēdicat ſibi genera & caſꝰ a verbo tpa & ſignificationes: ab vtroq̧ numerum & figuram.

De cōiunctioue. Cap. XI.

COniunctio dicta: eo ꝙ ſenſꝰ ſentētiaſq̧ cōiūgat. Hęc enī ꝑ ſe nihil valet: ſed i copulatione ſermonū q̄ſi quoddā exhibet glutinū: aut enī noīa ſociat: vt Aug. & Hiero. aut verba: vt ſcribit & legit. Vna aūt vis oīm ſiue copulēt ſiue diſiūgāt. Copulatiue aūt cōiūctiōes dictę: eo ꝙ ſenſū vł pſonas cōiūgāt: vt ego & tu eamꝰ ad forū: ipm & ſenſū cōiunxit. Diſiūctiuę dictę qa diſiūgūt res & pſonas vt ego aut tu faciamꝰ. Subiūctiuę dicunꝰ: qa ſubiūgūꝰ vt q̧. Dicimꝰ enī regiq̧ hoiq̧ deoq̧: nō dicimꝰ q̧ regiq̧ hoiq̧ deo. Expletiuæ dictę qa explent ꝓpoſitā rē: vt puta ſi hoc nō vis ſaltē illud fac. Cōmunes noīanꝰ: quia

vbi vim preponunt & ſubiungunt: vt igit̃ hoc faciã: hoc igitur faciã Cauſales dicũt a cã: eo ꝙ aliqd cogitẽt facere. vt puta occido illũ qa habet aurũ. Rationales dicunt a ratione q̃ quiſq; vtit̃ i faciẽdo. vt quomodo eũ occidã ne agnoſcar: veneno an ferro?

℄ De prepoſitione. Cap. XII.

Prepoſitio dicta ꝙ noib⁹ prepona𝔱 & verbis Accuſatiuę autem et ablatiuę prepoſitiões a caſibus quibus ſeruiunt ,dictę. Loquelares vero quia loquelis .i. verbis ſemper cohęrẽt: nec aliquid valent ſolę poſitę. vt di. dis. Cõiunctę vero verbis figuram faciunt: vt diduco diſtraho.

℄ De interiectione. Cap. XIII.

Interiectio eſt vocata: quia ſermonib⁹ interiecta. i. iterpoſita affectum cõmoti animi exprimit: ſicut cũ dicitur ab exultante va: a dolẽte heu: ab iraſcẽte he: a timente hei. Que voces quarũ cũq; linguarum proprię ſunt. nec in aliam linguam facile transferuntur.

℄ De voce. Capitulũ. xiiii

Vox eſt aer ictus ſenſibilis auditu: quantũ in ipſo eſt. Omnis vox aut articulata eſt aut cõfuſa Articulata eſt hominum: confuſa animalium Articulata eſt quæ ſcribi poteſt. confuſa quæ ſcribi non poteſt,

℄ De ſyllaba Cap. XV.

Syllaba grece. latinę cõceptio ſiue cõplexio dicitur. Nã ſyllaba dicta απο του συλλαμβανειν. i. a cõceptione litteraꝝ. συλλαμβανειν enim dicitur cõcipere. Vnde & vere illa ẽ ſyllaba quæ ex pluribus naſcitur litteris. Nã vnam vocalem pro ſyllaba abuſiue nõ proprie dicimus quæ nõ tam ſyllaba dicenda eſt: q̃ ratio temporum, Syllabę autem aut breues ſunt aut longę aut cõmunes. Breues vocatę quia nunq̃ produci poſſunt. Longæ quia ſemper producuntur: & nunq̃ corripi poſſunt. Cõmunes autẽ quia pro ſcribentis arbitrio cum neceſſitas cogit & producuntur & corripiuntur. Lege donatum, Ideo autem ſyllabę longæ breueſq; dicuntur, quia per varias vocũ moras aut dupla aut ſimpla ſpacia tẽporis habere videtur. Diphthongę ſyllabæ græco nomine dictę: ꝙ i eis binę vocales iungantur, Ex his apud nos veras eſſe ſcimus quattuor. ae. oe. au. eu. Ei vero apud maiores tãtũ celebrata fuit. Syllaba autem apud metricos ideo ſemipes nominatur ꝙ ſit dimidius pes Nam pes duab⁹ cõſtat ſyllabis. Cum ergo ſyllaba vna eſt: quaſi dimidius pes eſt Dyoniſius lintius ſyllabaꝝ omniũ ſingulas formas aptiſſimas fecit: & ob id ſtatua honoratus eſt,

℄ De pedibus, Cap, XVI,

Pedes ſũt qui certis ſyllabarũ tẽporibus inſiſtunt nec a legitimo ſpacio vnq̃ recedunt, Pedes dicti eo ꝙ per ipſos metra ambulẽt Nam ſicut nos pedibus incedimus: ita metra quaſi pedibus gradiuntur, Pedes aũt omnes, cxxiiii, ſũt: diſſillabi quattuor: triſſyllabi octo tetraſyllabi. xvi. pẽtaſyllabi. xxxii. hexaſyllabi. lxiiii. Vſq; ad q̃ttuor aũt ſyllabas pedes dicitur: reliquę ſiʒigiæ vocantur, Ipſi autem pedes habent ſpeciales cauſas nominum quare ita vocentur, Pirrichius dictus eſt quia hic aſſidue vel in certamine vel in ludo puerili ſępius frequentabatur, Spondeus dicitur: quia tractim ſonat, Nam ſpondeus tractus quidam dicitur, i. ſonus qui fundebatur circa aures ſacrificantium, Vnde & hi qui tibiis canebant in ſacris gentilium ſpondiales nominabant. Trocheus vero ab eo dictus eſt ꝙ celebrẽ cõuerſionẽ faciat cantilenæ: & quaſi rota velociter currat in metris. Trochos eni græce rota dicitur Iambus dictus eſt quod ιαμβιζειν greci detrahere dixerunt, Huiuſmodi enim carmine oẽs inuectiones vel detractiones implere poetæ ſunt ſoliti, dictum autem nomen ab eo ꝙ veluti venenũ quodãmodo maledicti aut liuoris infundat, Tribrachus quia et chorus appella𝔱 dictus quia ſit ex tribus breuibus Molloſus dictus a ſaltatione moloſoꝝ quã exercuerũt armati, Anapeſtus gręce dici𝔱 repercuſſus, Gręce enim anapeſtim repcuſſionẽ dicunt, Qui ideo dr̃ repercuſſus eo ꝙ repcutiatur a dactylo, Eſt enim illi cõtrarius, dactylus a digito dictus ꝙ a longiore nodo inchoans in duas deſinat breues, Sic & iſte pes iuncturã vnã habet longam & duas breues, Vnde & manus oppãſa palma dici𝔱: & pẽdẽtes digiti dactyli, Amphibracus ꝙ ĩ vtraq; parte breuem habeat: lõga in medio interiacẽte, Brachis, n, breuis dici𝔱, Amphimacrus: ꝙ duę hinc & inde lõgę hẽant in medio iclauſam breuẽ, Macros, n, grece lõgus dici𝔱 Bacchius appellatus eſt: eo ꝙ iſto pede bachia, i, liberi ſacra celebrabãt, Antibachi⁹ vel palimbachi⁹ dict⁹ quia tractus a bachio ẽ, Proceleuſmaticus: eo ꝙ ſit ad celeuma canentiũ aptus, Diſpõdens aũt & ditroche⁹ & diiãbus dicti ꝙ geminis cõſtent iãbis, ſpõdeis vel trocheis Atiſpaſtus ꝙ ſit ex cõtrariis ſyllabis: ex breui, ſ, & lõga ex lõga & breui, Coriãb⁹ vero qa ex hoc pede cõpoſitũ carmẽ choris aptiſſimũ ſit, Ionici ſane ꝑpter nũerorũ inęqualẽ ſonũ dicti, hñt, n, binas longas ſyllabas binaſq; correptas, Pęones dicti ab inuentore Cõſtant ĩpi ex vna lõga & trib⁹ breuib⁹: q̃ longa iuxta noia eoꝝ variatim eſt conſtituta, Epitriti vocati ꝙ ſemꝑ tres lõgas habeãt ſyllabas & vnã breuẽ. Syzigiæ aũt ſunt pẽtaſyllabi & hexaſyllabi pedes: dicti apud græcos ſizigię quaſi q̃dã declinatiões. Sed hi non ſũt pedes: ſed appella𝔱 pẽtaſyllabi & hexaſillabi quia vltra quinq; & ſex ſyllabas nõ ꝓcedunt: vnde non oportet in carmine has ſyllabas quodlibet excedere nomẽ: vt carthaginenſiũ: hieroſolymitanorum: & cõſtantinopolitanoꝝ. Accidũt vnicuiq; pedi arſis & theſis. i. eleuatio & depoſitio vocis. Neq; n. ĩter vocis pedes dirigere poterũt: niſi alterna vice leuẽtur & deponan𝔱: vt arma: ar eleuatio eſt: ma depoſitio. In his duobus per diuiſionem pedes legitimi colliguntur: vt duo ad duo. Equa diuiſio eſt quotiẽs arſis & theſis æquali temporum diuiſione cędunt: vt quattuor ad duo. Dupla quotiens ex his vnum alterum duplo vĩcit. Seſcupla vero eſt quotiens vnum alterum ſeſcuplo ſuperat: dimidietate numeri: vt tria ad duo. In ſimpla

enim eius parte vnum plus inuenitur:in dupla vno minus habetur. Seſcuplum enim dimidium dupli dicitur Triplum eſt quando maior pars ter continet totum minus.i.tria &vnum. Epitritũ eſt qñ minus continet a maiore:& eius tercia pars. Cędunt vero pedũ mēbra vel p ęq̄litatē vel p duplũ vel p ſeſcuplũ vel p triplũ vel p epitritũ Partimur ergo i ęqua hos pedes. Pirrichiũ.vi.vi. vt fuga ęqua. Spōdeũ.–.ii.–.ii.vt ęſtas:ęqua. Dactylũ.–.ii.vi.vi.vt męnal⁹:ęqua. Anapeſtũ.vi.vi.–.ii.vt crato:ęqua. Diſpōdeũ.–.ii.–.ii.–.ii.vt oratores:eq̄.

Proceleuſmaticum.vi.vi.vi.vi. vt auicula. Diiambum.vi.–.ii.vi.–.vt propinquitas: ęqua. Ditrocheũ .–.ii.vi.–.ii.vi.vt cantilena:ęqua. Antiſpaſtum.vi.–.ii.–.ii.vi.vt ſalomin⁹:ęqua.Coriambũ. –.vi. vi.–.ii. vt armipotēs:ęqua. Item in dupla partimur hos pedes.

Trocheum.–.ii.vi.vt meta.dupla. Iambum. vi.–.ii.vt parens.dupla. Moloſum.–.ii.–.ii. –. vt ęneas. dupla. Tribrachum.vi.vi.vi. vt macula.dupla. Ionicum maiorē.–.ii.–.ii.vi.vi.vt iunonius. dupla. Ionicũ minorē.vi.vi.–.ii.–.ii.vt diomedes.dupla. Vn⁹ vero tantum eſt qui tripla partitione diuiditur: quę eſt maxima:atq; ideo minime metris adeſt. Amphibrachus.vi.–.ii.vi.vt carina.triplex. Seſcupli autem hi ſunt. Amphimacrus.–.ii.vi.ii-vt inſulę.ſeſculpũ Bachius.vi.–.ii.–.ii.vt achates.ſeſcuplum. Antibachi⁹. –.ii.–.ii,vi. vt natura.ſeſcuplum.Pęon primus.–.ii.vi, vi.vi.vt legitimus:ſeſcuplum. Pęon ſecũdus.vi.–.ii. vi.vi.vt colonia.ſeſcuplum. Pęon tercius.vi.vi.–.vi. menedemus.ſeſcuplum. Pęon quartus.vi.vi.vi.–.ii. vt celeritas.ſeſcuplum. Reſtant quos epitrita partitione diuidimus. Epitritus primus.vi.–.ii.–.ii.–.ii.vt ſacerdotes.epiter. Epitritus ſecũdus.–.ii.vi.–.ii.–.ii.vt cōditores.epiter. Epitritus tercius.–.ii.–.ii.vi.–.ii.vt demoſthenes.epiter. Epitritus quartus.–.ii.–.ii.–.ii. vi.vt feſcēninus.epiter.Sunt igitur hi.equi.x. dupli vero.vi.triplus vn⁹:ſeſcupli.vii.epitriti quattuor. Numerus autem ſyllabarum in pedibus a duobus vſq; ad ſex protenditur. vlterius enim non procedit quia vſq; ad ſex ſyllabas tendunt pedes. Tempora in pedibus ſunt: vt quanta vnuſquiſq; pes habeat.Reſolutio eſt pędum quando pro vna longa duę breues ponuntur : aut pro duabus longis quattuor breues ponuntur:vt ſectaq; intexunt abiete coſtas.Abiete nunc reſolutio eſt ſpondei in proceleuſmatico: in qua reſolutione ſemper ſynalepham ſequitur Virgilius. Ex vna autem longa duę breues fiunt:ex duabus aũt breuibus longa nunq̄ fit. Findi enim ſolida poſſunt:ſolidari ſciſſa nō poſſunt. Figura eſt cuius nota ſyllabę agnoſcuntur.Vbi enim circuli partem inferiorem bis poſitam aſpicis. pirrichius eſt. –.–.vbi geminatam iacentem ſpondeus.–.–.Nam nota breuis.inferior ſemicirculus eſt.v.nota lōga iacens eſt. –.Metra pedibus accidunt : vt a trocheo trochaicum:a dactylo dactylicum:a iambo iambicũ:de quibus paulo poſt dicendum eſt.

❡De accentibus. Cap.xlvii.

ACcentus qui gręce proſodia dicitur:ex gręco nomē accepit. Nā gręce pros: latinę ad: odē gręce:latinę cãtus eſt. Hoc eni nomen de verbo ad verbũ expreſſum eſt. Latini aũt habent & alia nomina. Nam accentus & tonos & tenores dicunt:quia ibi ſonus creſcit & deſinit. Accentus autem dictus ꝙ iuxta cantum ſit:ſicut aduerbiũ quia iuxta verbũ eſt. Acutus accentus dictus ꝙ acuat et erigat ſyllabā:grauis ꝙ deprimat & deponat. Eſt eni cōtrari⁹ acuto circũflexus quia de acuto & graui cōſtat. Incipiēs enim ab acuto in grauem deſinit:atq; ita dum aſcendit & deſcendit:circunflexus efficitur. Acutus aũt & circũflexus ſimiles ſunt. Nam vtraq; leuat ſyllabam. Grauis contrarius ambobus videt. Nam ſemper deprimit ſyllabas cum illi leuēt:vt vnde venit titan: & nox vbi ſidera condit: vnde hic grauis eſt:minus enim ſonat q̄ acutus & circũflexus. Monoſyllaba autem pars orationis ſi naturaliter breuis eſt vt vir:aut poſitione longa vt ars: acutum accentum habebit. Si vero naturaliter longa vt res:circũflexum. Diſyllaba pars oratiōis ſi priorem naturaliter longam habet:& vltimam breuem: circunflectitur vt muſa. Aliter acuitur. Triſyllaba pars orationis: ſi mediam breuem habet vt tibia:tũc primam acuim⁹. Si vero naturaliter longam habet ſecundam:& vltimã breuem:vt metellus:tunc mediam circũflectimus. Tetraſyllaba autem & pentaſyllaba ratione triſyllabarum retinentur. Grauis accentus cum vno accentu poni poteſt in dictione vna:cum vtriſq; nunq̄ vt catulus. In cōpoſita in dictione vnus accentus eſt vt armipotens omnipotens. Accentus autem reperti ſunt vel propter diſtinctionem:vt viridiq; in littore conſpicitur ſus: ne dicas vrſus. vel propter pronunciationem: ne dicas meta breuiter:& non producte meta:vel diſcernendę ambiguitatis cauſa vt ergo. Nam cum producitur go: cauſam ſignificat:cum corripitur coniunctionem.

❡De figuris accentuum. Cap.xviii.

FIgure accentuum.x.ſunt: quæ a grammaticis pro verborum diſtinctionibus opponuntur.


Oxia id eſt acutus accētus : linea a ſiniſtra parte in dextram partem ſurſum ducta fit ita.


Baria id eſt grauis linea a ſummo ſiniſtrę in dextram depoſita fit ita.


Periſpomene id eſt circũflexus: linea de acuto & graui facta exprimitur ita.


Macra autem id eſt longa virgula iacens eſt ita.


Brachia id eſt breuis pars circuli inferior iacens eſt ita.

Hyphen.i.cõiunctio quia duo verba cõiungit ſubiecta virgula verſui circũflexa fit ita.

Diaſtole.i.diſtinctio q̃ ecõtrario ſeparat dextra pars circuli ſuppoſita verſus fit ita

Apoſtrophos pars itẽ circuli dextra & ad ſummã litterã appoſita fit ita. Qua nota deeſſe oſtenditur in ſermone vltimas vocales: vt tribunal pro tribunale

Daſiã quod interpretatur aſpiratio.i. vbi h.littera poni debet tali figura notatur,

Pſile quod interpretatur ſiccitas ſiue purum id eſt vbi h.littera eſſe nõ debet: tali nota oſtenditur.

Quorum duorum accẽtuum figuram latini ex ipſa littera aſpirationis fecerunt. Vnde ſi iungas has facis eandem aſpirationis notam. Rurſum ſi medium eius apicem ſcindis daſian & pſilen facis.

¶De poſitura. Cap.XIX.

Poſitura eſt figura ad diſtinguẽdos ſenſus per cola & cõmata & periodos: quę dum ordine ſuo apponitur: ſenſum nobis lectionis oñdit. Dictę autẽ poſiturę: vel quia pũctis poſitis annotanť: vel quia ibi vox ꝑ interuallo diſtinctionis deponitur. Has graeci theſis vocant. latini poſituras. Prima poſitura ſubdiſtinctio dicitur: eadem & cõma. Media diſtinctio ſequens eſt: ipſa & cola. Vltima diſtictio quę totam ſententiam claudit: ipſa eſt periodus: cuius vt diximus partes ſunt cola & cõma: quarum diuerſitas pũctis diuerſo loco poſitis demonſtratur. Vbi enim in initio pronunciationis nec dum plena ſenſui pars eſt & tamen reſpirare oportet: fit cõma.i.particula ſenſus punctuſq; ad vnam litteram ponitur: & vocatur ſubdiſtinctio ab eo q̄ punctũ ſubtus.i. ad vnam litteram accipit vbi autem in ſequẽtibus iam ſententia ſenſum pręſtat ſed adhuc aliquid ſupereſt de ſententiae plenitudine: fit cola: mediamq; litteram puncto notamus & mediam diſtinctionem vocamus: quia pũctum ad mediam litteram ponimus. Vbi vero iam per gradus pronunciando plenam ſententię clauſulam facimus: fit periodus. punctumq; ad caput litterę ponimus: et vocatur diſtinctio: id eſt diſiunctio: quia integram ſeparat ſententiã. Hoc quidem apud oratores. Cęterũ apud poetas vbi ĩ verſu poſt duos pedes ſyllaba remanet cõma eſt: quia ibi poſt ſcanſionẽ pręciſio verbi facta eſt. Vbi vero poſt duos pedes de parte orationis nichil ſupereſt: colon eſt Totus autem verſus periodus eſt.

¶De notis ſententiarum. Cap.XX.

Preterea quędam ſcripturarũ notę apud celeberrimos auctores fuerunt: quaſq; antiqui ad diſtinctionem ſcripturarum carminibus & hyſtoriis appoſuerũt. Nota eſt figura propria ĩ litterę modum poſita ad demonſtrandam vnãquamq; verbi ſñiarumq; ac verſuũ rationem. Notę aũt verſibus appoñũť numero.xxvi. quę ſunt nominibus infra ſcriptis.

Aſteriſcus apponiť in his q̃ omiſſa ſũt vt illuceſcant per eam notam quę deeſſe videtur. Stella enim ἀστηρ greco ſermõe dicitur: a quo aſteriſcus eſt deriuatus.

Obelus.i. virgula iacens opponitur in verbis vel ſententiis ſuperflue iteratis: ſiue in his locis vbi lectio aliqua falſitate notata eſt: vt quaſi ſagitta iugulet ſuperuacua atq; falſa cõfodiat. Sagitta eni gręce obelus dicitur.

Obellus ſuperne appunctatus poniť in his de quibus dubitatur vtrum tolli debeant necne apponi.

Limmiſcus.i. virgula inter geminos punctos iacens apponitur in his locis quae ſacrae ſcripturae interpretes eodem ſenſu ſed diuerſis ſermonibus tranſtulerunt.

Antigraphus cum pũcto apponitur: vbi in tranſlationibus diuerſus ſenſus habetur.

Aſteriſcus cũ obelo: hac proprie ariſtarchus vtebatur: in his verſibus qui nõ ſuo loco poſiti erant.

Paragraphus ponitur ad ſeparandas res a rebus quae in connexu cõcurrũt: quęmadmodum in catalogo loca a locis & regiones a regionib⁹: in agone p̄mia a premiis: certamina a diuerſis certaminibus ſeparantur.

Poſitura eſt figura paragrapho cõtraria: & ideo ſic formata quia ſicut ille pricipia notat: ita iſta fines a pricipiis ſeparat

Criphia circuli pars inferior cũ pũcto ponitur in his locis vbi queſtio dubia & obſcura aperiri vel ſolui non potuit.

Antiſigma ponitur ad eos verſus quorũ ordo permutãdus eſt: ſicut & in antiquis auctoribus poſitum inuenitur

Antiſigma cum puncto ponitur i his locis vbi in eodẽ ſenſu duplices verſus ſũt & dubitatur qui potius eligẽdus ſit.

Diple: hanc ſcriptores noſtri apponũt in libris eccleſiaſticorũ virorum ad ſeparãda vel demõſtranda teſtimonia ſanctarũ ſcripturarum.

Diple periſtichon. hanc ꝑim⁹ leogoras ſyracuſan⁹ poſuit homericis verſib⁹ ad ſeparationem olimpi a cęlo.

Diple periſtigme.i. cum geminis pũctis hanc antiqui in his apponebant: quęm enodoth⁹ epheſius non recte adiecerat: aut detraxerat: aut permutauerat: in his & noſtri eaviſi ſunt.



Diple obeliſmene interponiſ ad ſeperandos in comediis vel tragediis periodos.
fatoꝝ: & fidei noſtre ſine dubitatione contraria ſunt: ſic
ignorari debent a chriſtianis: vt nec ſcripta eſſe videat̄.
Sed nōnulli ſiderū pulchritudine et claritate pellecti: i
lapſu ſtellarū cecatis mentibus corruerunt: ita vt ꝑ ſup
putationes noxias que matheſis dicitur: euentus rerū
preſcire poſſe conentur: quos non ſolum chriſtiane re=
ligionis doctores: ſed etiā gentiliū plato ariſtoteles at=
qꝫ alii veritate cōmoti: concordi ſententia dānauerunt
dicentes confuſionē reꝝ potius de tali ſuaſione genera
ri. Nā ſicut genus humanū ad varios actus naſcendi ne
ceſſitate premeretur: cur aut laudē mereantur boni: aut
mali legū percipiant vltionē. Et quāuis ipſi nō fuerint
celeſti ſapientie dediti: veritatis teſtimonio errores eo
rum merito pertulerunt. Ordo autē iſte ſeptem ſecula=
riū diſciplinarū: ideo a philoſophis vſqꝫ ad aſtra ꝑdu=
ctus eſt ſcilicet vt animos ſeculari ſapientia implicatos
a terrenis rebus abduceret: & in ſuperna contemplatio=
ne collocaret

¶ Incipit liber quartus.

¶ De medicina. Cap̄. I.

MEdicina eſt que corporis vel tuetur vel re=
ſtaurat ſalutem. Cuius materia verſatur in
morbis et vulneribus. Ad hanc itaqꝫ perti=
nent non ea tantum que ars eoꝝ exhibet q
ꝓprie medici nominātur. ſed etiā cibus & potus regi=
men & tegmen: defenſio deniqꝫ omnis atqꝫ munitio q̄
ſanū noſtrū corp⁹ aduerſ⁹ externos ict⁹ caſuſqꝫ ſeruat̄.

¶ De nomine eius. Cap̄. II.

NOmen autē medicine a modo id eſt tempera
mento impoſitū eſtimat̄: vt non ſatis: ſed pau
latim adhibeatur. Nam in multo cōtriſtat̄ na=
tura. mediocri autē gaudet: vnde & q pigmē
ta & antidota ſatis vel aſſidue biberint vexantur. Immo
deratio enim omnis ſalutem ſed periculū affert.

¶ De inuentoribus eius. Cap̄. III.

MEdicine autē artis auctor ac repertor apud
grecos perhibet̄ apollo. Hanc fili⁹ ei⁹ eſcu=
lapi⁹ laude & opere ampliauit. ſed poſtq̄ ful
minis ictu eſculapius interiit. interdicta fer
tur medēdi cura: & ars ſimul cū auctore defecit latuitqꝫ
ꝑ annos pene quingentos vſqꝫ ad temp⁹ artaxerxis re=
gis perſarum. Tūc eā reuocauit ad lucem hippocrates.
aſclepio patre genitus in inſula coo.

¶ De tribus hereſibus medicorum. Cap̄. IIII.

HIi itaqꝫ tres viri totidē hereſes iuenerūt. Pri=
ma metodica iuēta ē ab apolline. q̄ remedia
ſectat̄ & carmia. Secūda empirica. i. experiē=
tiſſima: inuenta eſt ab eſculapio: que non in
dictorum ſignis: ſed ſolis conſtat experimentis. Tertia
logica. i. rationalis iuēta ab hyppocrate. Iſte eni diſcuſ=
ſis etatū regionū vel egritudinū qualitatibus: artis curā
rationabiliter perſcrutatus eſt. Empirici enim experien
tiam ſolā ſectantur: logici experientie rōnē adiungunt

Metodici nec elemētorū rationē obſeruāt: nec tp̄a: nec ętates: nec cauſas: ſed ſolas morboꝝ ſubſtantias.

De quattuor humoribus corpoꝝ. Cap. V.

SAnitas eſt itegritas corporis & tēperātia naturę ex calido & humido: quod eſt ſanguis vñ & ſanitas dicta eſt q̄ſi ſanguis ſtat⁹. Morbi gñali vocabulo oīs paſſiones corporis cōtinent: ꝙ inde veteres morbū noiauerunt: vt ipſa appellatione mortis vim q̄ ex eo naſcitur demōſtrēt. Inter ſanitatē aūt & morbū media eſt curatio: q̄ niſi morbo congruat non perducit ad ſanitatē. Morbi oēs ex quattuor naſcūtur humorib⁹. i. ex ſanguine & felle: melācolica & flegmate. Ex ipſis eñ regūtur ſani: ex ipſis leduntur infirmi. Dum eñ ampli⁹ extra curſum naturę creuerint: ęgritudines faciunt. Sicut aūt quattuor ſunt elemēta: ſic et quattuor humores & vnuſqſq; humor ſuum elementū imitatur: ſanguis aerē: colera ignem: melācolia terram: flegma aquā. Et ſūt quattuor humores ſicut quattuor elemēta: quę cōſeruāt corpora noſtra. Sāguis ex gręca ętymologia vocabulū ſumpſit ꝙ vegetetur & ſuſtentetur & viuat. Coleram gręci vocauerunt ꝙ vni⁹ diei ſpacio terminetur: vnde & colera. i. fellicula nominata eſt: hoc eſt fellis effuſio. Gręci enim fel colē dicunt Melācolia dicta: eo ꝙ ſit ex nigri ſanguis fece admixta abundantia fellis. Gręci eñ melā nigrū vocant: fel autē colē appellāt. Sanguis latine vocatus ꝙ ſuauis ſit: vñ & hoies quib⁹ dñatur ſanguis dulces & blandi ſunt. Flegma autē dixerūt ꝙ ſit frigida: gręci eñ frigus flegmonē appellant. Ex his quattuor humoribus reguntur ſani: ex ipſis leduntur infirmi. Dum eñ ampli⁹ extra curſum naturę creuerint: egritudines faciunt. Ex ſanguine autē & felle acutę paſſiones naſcuntur: quas gręci oxias vocant. Ex flegmate vero & melācolia veteres cauſę pcedunt quas gręci cronia dicunt.

De acutis morbis. Cap. VI.

OXia eſt acut⁹ morbus qui aut cito tranſit aut celerius iterficit: vt pleureſis phreneſis. Oxi eñ acutū apud gręcos & velocē ſignificat. Chronia eſt prolixus corporis morb⁹: qui multis tēporib⁹ remoratꝛ vt podagra phthiſis. Chronon eñ apud gręcos tēpus dicitur. Quędā aūt paſſiones ex ppriis cauſis nomē acceperūt. Febris a feruore dicta ē: eſt eñ abundātia caloris. Phreneſis appellata ſiue ab impedimēto mētis: quia gręci mentē frenas vocāt: ſeu q̄ dentibus frendent. Nā frendere eſt dētes concutere. Eſt aūt perturbatio cū exagitatione & dementia ex colerica vi effecta. Cardia vocabulū a corde ſumpſit dum ex aliquo timore aut dolore afficitur. Cor enim gręci cardiā vocant. Eſt eñ cordis paſſio cū formidabili metu. Litargia a ſōno vocata: eſt eñ oppreſſio cerebri cū obliuione & ſōno iugi veluti ſtertentis. Synancia a continentia ſpūs & prefocatione dicta. Gręci eñ ſynechi continere dicunt. Qui eñ hoc vicio laborant: dolore faucium pfocantur. Flegmon eſt feruor ſtomachi cū extenſione atq; dolore. Flegmō eſt inquietudo cū rubore & dolore & extenſione & duritia & vaſtitate. Quę cū ceperit fieri: inquietudo & febris cōſequitur. Vnde & dicta ē flegmon apo tu phlegō. i. inflāmans: ſic eñ ſentitur: & inde nomē accepit. Pleureſis eſt dolor lateris acutus cum febre & ſputo ſanguinolento. Lat⁹ eñ gręce pleura dicitꝛ Vnde & pleuretica paſſio nomē accepit. Peripleumonia eſt pulmonis vicium cū dolore vehemēti & ſuſpirio. Gręci eñ pulmonē pleumō vocāt: vnde & egritudo dicta eſt. Apoplexia ē ſubita effuſio ſanguinis: qua ſuffocati intereunt. Dicta autē apoplexia ꝙ ex letali percuſſu repentin⁹ caſus fiat. Gręci eñ pcuſſionē apoplexin vocant. Spaſm⁹ gręce latine cōtractio ſubita partiū aut neruorū cū dolore nimio. Quā paſſionē a corde noiatam dixerunt: q̄a in nobis principatū vigoris habet. Fit autē duobus modis: aut ex repletione aut ex inanitione. Titanus maior eſt cōtractio neruoꝝ a ceruice ad dorſum. Telū lateris dolor eſt. Dictū aūt ita a medicis: ꝙ dolore corp⁹ tranſuerberet quaſi gladi⁹. Ileos dolor inteſtinorū: vnde & ilia dicta ſunt. Gręce eñ ειλειν obuoluere dicitꝛ: ꝙ ſe inteſtina pre dolore inuoluāt. Hi & torminoſi dicuntꝛ: ob inteſtinorū tormenta. Hydrophoba. i. aquę metus. Gręci eñ hydor aquā vocāt: phobō timorem dicunt: vnde & latini hunc morbū ob aquę metum lymphaticū vocāt. Fit aūt aut ex canis rabidi morſu: aut ex aeris ſpuma in terrā proiecta: quā ſi homo vel beſtia tetigerit: aut dementia repletur: aut in rabiā vertitꝛ. Carbūculus dictus ꝙ in ortu ſuo rubeus ſit vt ignis: poſtea niger vt carbo extinctus. Peſtilentia eſt contagiū quod dum vnū apprehenderit: celeriter ad plures tranſit. Gignitur autē ex corrupto aere & in viſceribus penetrādo mittitur. Hoc & ſi plerūq; per aereas ptātes fiat: tamē ſine arbitrio oīpotētis dei oīno nō fit. Dicta aūt peſtilentia: quaſi paſtulentia ꝙ veluti incendiū depaſcat: & toto deſcendit corpore peſtis. Idē & contagiū a contingēdo quia quē tetigerit polluit. Ipſa & inguinaria ab inguinū percuſſione. Eadem et lues: a labe & luctu vocata: q̄ tanto acuta eſt vt nō habeat ſpacium temporis quo aut vita ſperetur aut mors: ſed repētinus languor ſimul cū morte venit.

De chronicis morbis. Cap. VII.

CHronica eſt ꝓlixus morbus q̄ multis tp̄ibus remoratꝛ: vt podagra phthiſis. Chronos eñ apud gręcos tp̄s dicitꝛ. Cephalea ex cauſa vocabulū habet: capitis eñ paſſio eſt: & gręci caput cephalin vocāt. Scothomia ab accidēti nomē ſumpſit ꝙ repētinas tenebras ingerit oculis cū vertigine capitis. Vertigo aūt eſt quotieſcūq; ventus cōſurgit & terrā in circuitū mittit: ſic & i vertice hois: arterię & venę vētoſitatē ex reſoluta humectatiōe gignūt: & i oculis gyrū faciunt. Vnde & vertigo nūcupata ē. Epilepſia vocabulū ſumpſit ꝙ mentē apprehēdens: pariter etiā corp⁹ poſſideat. Gręci eñ apprehenſionē epilepſin vocāt. Fit autem ex melācholico humore quotiēs exuberauerit: & ad cerebrū cōuerſus fuerit. Hęc paſſio et caduca vocatur. eo ꝙ cadens eger ſpaſmū patiatꝛ. Hos etiā vulg⁹ lu-

naticos vocat ꝙ per lunę curſum comiteᷣ eos iſania de
monū. Idē & laruatio. Iſpe ē morb⁹ et comitialᷣ. i. maior
& diutin⁹ q̄ caduci teneneᷣ. Cui⁹ tāta vis eſt: vt hō valēs
cōcidat ſpumetqꝫ. Comitialis aūt dict⁹ ꝙ apud gētiles
cū comitiorū die cuiq̄ accidiſſet: comitia dimittebanᷣ.
Erat aūt apud romanos comitioꝝ dies ſolēnis i kalᷣ. ia
nuarii. Mania ab inſania vel furore vocata. Nā gręcoꝝ
vetuſtas furorē maniā appellabat: ſiue ab iiq̄tate: quam
gręci maniam vocauerūt. ſiue a diuinatiōe: qa diuinare
gręce mani dicitur. Melācolia dicta ē a nigro felle. Gręci
eñ nigrū melan vocāt: fel aūt colen appellant. Epile=
pſia aūt i phātaſia fit: melācolia i rōne: mania i memo=
ria. Typi ſunt frigidę febres q̄ abuſiue typi appellabanᷣ
ab herba q̄ i aqua naſciᷣ quę latine forma atqꝫ ſtat⁹ diciᷣ
Eſt eni acceſſionū vel receſſionū reuolutio ꝑ ſtatuta tē=
porū interualla. Reuma gręce: latine eruptio ſiue fluor
appellaᷣ. Catarrus eſt fluor reumę iugis ex narib⁹: q dū
ad fauces venerit brāchos vocaᷣ: dū ad thoracē vel pul=
monē phthiſis diciᷣ. Choriza ē quotiēs iſuſio capitis in
oſſa venerit nariū: & ꝓfocationē fecerit cū ſternutatiōe
vnde & choriza nomē accepit. Brāchos ē ꝓfocatio fau=
ciū cū frigido humore Gręci eñ guttur brāchos dicūt
circa quē fauces ſunt: quas nos corrupte brāchias dici=
mus. Raucedo amputatio vocis ē. Hęc & artheriaſis vo
catur eo ꝙ vocē raucā & clauſam reddat ab arteriarū in
iuria. Suſpiriū nomē ſumpſit: quia inſpiratiōis difficul=
tas ē: quā gręci dyſpnian dicūt. i. ſuffocatiōeꝫ. Peripleu
monia a pulmone nomen accepit. Eſt pulmonis tumor
cū ſpumarū ſanguinearū effuſione. Emoptois emiſſio
ſanguinis ꝑ os: vnde & nomē accepit: hęma eñ ſanguis
dicitur. Phthiſis eſt vlceratio & tumor in pulmonibus
q i iuuenib⁹ facili⁹ euenire ſolet. Phthiſis aūt apud gręcos
dicta ꝙ ſit toti⁹ corporis cōſūptio. Tuſſis gręce ab
altitudine vocaᷣ ꝙ a ꝓfundo pectoris veniat. Cuius cō
traria eſt ſuperior in faucib⁹ vbi vua diſtillat. Apoſtema
a collectiōe nomē accepit. Nā collectiōes gręci apoſte=
mas vocāt. Empis dicta ab apoſtemate intrinſec⁹ vel in
latere vel i ſtomacho cū dolore & febrib⁹ & tuſſi: & abū
dantib⁹ ſpumis & purulētis. Epatic⁹ morbus a iecoris
paſſione nomen accepit. Gręci eñ iecur ηπαρ vocant.
Lienoſis ab ſplene vocabulū ſūpſit. Gręci eñ ſplen lien
dicunt. Hydropiſis nomē ſumpſit ab aquoſo humore
cutis. Nā gręci hydor aquā vocauerūt. Eſt eñ humor
ſubcutane⁹: cū iflatiōe turgente. & anhelitu fetido. Ne
phreſis a renū lāguore nomē accepit: renes eñ gręci ne
phraſin dicūt. Paralyſis dicta a corporis īpenſatiōe: fa=
cta ex multa īfrigidatiōe: aut in toto corpore: aut in pte
Cacexia nomē ſūpſit a corporis iiuria. Cacexiā eñ ma=
lam vexationē gręci vocauerūt. Fit aūt hęc paſſio ex in=
tēperantia ęgrotātis: vel curatiōe mala medicamis: aut
poſt ęgritudinē tarda reſumptio. Atrophia nomen ac=
cepit a diminutiōe corpis. Nā gręci nutrimēti ceſſatio=
nē atrophiā dicūt. Eſt eñ tenuitas corpis ex cauſis laten
tibus & paulatim cōualeſcētib⁹. Sarcian ē ſuperfluū car=
nis īcremētū: quo vltra modū corpa ſaginantur. Gręci
eni carnē ſarca vocant: Iſchiaſis vocata a parte corporis
quā vexat. Nā vertebroꝝ oſſa: quoꝝ ſummitas iliorūꝫ
initio terminaᷣ: gręci iſchia vocāt. Fit aūt de flegmate
quotiēs deſcēderit in recta oſſa & efficit ibi glutinatio.
Podagrā gręci a retētiōe pedū dicūt noiatam & a ferali
dolore. Siquidē om̄e quod imite fuerit: abuſiue agreſte
vocam⁹. Arteric⁹ morb⁹ ab articuloꝝ paſſione vocabu
lū ſumpſit. Calcul⁹: lapis ē q in veſica fit. vnde & nomē
accepit. Gigniᷣ aūt ex materia flegmatica. Strāguria di
cta ē eo ꝙ ſtringat vrinarū difficultatē. Satyriaſis, iuge
deſideriū veneris cū extenſione naturaliū locoꝝ: dicta
paſſio a ſatyris. Diarria iugis vētris curſus ſine vomitu.
Dyſenteria ē diuiſio cōtinuatiōis. i. vlceratio inteſtini.
Dyſ. eñ diuiſio ē: entera iteſtina. Fit aūt antecedēte fluo
re: quē gręci diarriā vocāt. Lyenteria dicta ꝙ cibū tan=
q̄ ꝑ lineā iteſtini nullis obſtantibus faciat ꝓlabi. Colica
paſſio nomē ſumpſit ab iteſtino: quod gręci colon ap=
pellant. Ragadię dicunᷣ eo ꝙ fiſſurę ſint rugis collectę
circa orificiū. Hęc & hęmorroidę a ſanguinis fluore di
ctę. Gręci eñ ſanguinē hęma dicunt.

De morbis q̄ in ſupficie cutis videnᷣ. Cap. VIII.

ALopecia eſt capilloꝝ fluor circū ſcriptis pi=
lis fuluis aeris q̄litatē habētib⁹ vocata hoc
nomie a ſil̄itudie aīalis vulpeculę quā gręci
alopeciā vocāt. Parotidę ſunt duricię vl̄ col
lectiones quę ex febrib⁹ aut ex aliquo alio naſcunᷣ i au=
riū vicinitate: vnde & parotidę ſunt appellatę. Ota eñ
gręce auriculę dicunᷣ. Lētigo eſt veſtigia maculaꝝ ꝑuu
la in rotūditatē formata: a ſpecie lēticulę dicta. Hieriſi=
pira eſt quā latini ſacrū ignē appellāt. i. excecrādū: ꝑ āti=
fraſim. Siquidē in ſupficie: rubore flāmeo cutes rube=
ſcūt. Tūc moto rubore quaſi ab igne vicina inuadūtur
loca: ita vt etiā febris exciteᷣ. Serpedo eſt rubor cutis cū
puſtularū extātia: & nomē ſumpſit a ſerpēdo: eo ꝙ ſer
pat ꝑ mēbra. Impetigo ē ſicca ſcabies ꝓminēs a corpo=
re: cū aſꝑitate & rotūditate formę. Hāc vulg⁹ ſamā ap=
pellat. Prurigo vocata a perurēdo & ardendo. Myctal=
mus: ē paſſio q̄ ꝑ diē viſus patētibus oculis denegatur:
& nocturnis irruentib⁹ tenebris reddiᷣ. aut verſa vice vt
plęriqꝫ volunt: die reddiᷣ: nocte negatur. Verrucę aliud
ſunt: phthiriaſis aliud verrucę ſigillatim ſūt: phthiria=
ſis vero vna fortior: & circa iſpam plures īueniūtur. Sca=
bies & lepra vtraqꝫ paſſio eſt aſꝑitas cutis cū pruritu et
ſquamatione: ſed ſcabies tenuis aſperitas & ſquamatio
eſt. Hinc deniqꝫ nomen accepit: q̄ ita veluti purgamen
ta amittat. Nam ſcabies quaſi ſquamies. Lepra vero cu
tis aſperitas ſquamoſa lepidę herbę ſimilis: vnde & no
men ſumpſit. Cuius color nūc in nigredinē vertiᷣ: nūc
in alborē: nunc in ruborem. In corpore hominis ita le=
pra dinoſcitur: ſi variatim iter ſanas cutis partes color
diuerſus appareat: aut ſi ita ſe vbiqꝫ diffundatur: vt oia
vni⁹ coloris q̄uis adulteri faciat. Elephātiacus morbus
dicitur ex ſimilitudine elephātis: cuius naturaliter du=
ra pellis & aſpera: nomen morbo in hominibus dedit
quia corporis ſuperficiē ſimilē facit elephantorū cuti:

ſiue quia ingens paſſio eſt: ſicut aïal ipſm ex quo deriua
tũ ducit nomen. Icteris gręci appellant a cuiuſdã aïalis
noïe: ꝙ ſit coloris fellei. Hunc morbũ latini arcuatũ di
cunt a ſimilitudine cęleſtis arcus. Auriginẽ vero Varro
appellari ait a colore auri. Regiũ autẽ morbũ inde ęſti=
mant dicunt ꝙ vino bono & regalibus cibis facilꝰ cu=
retur. Cancer a ſimilitudine maritimi aïalis vocatũ vul=
nus ſicut medici dicunt nullis medicamentis ſanabile.
Ergo pręcidi ſolet a corpore membrũ vbi naſcit̃: vt ali
quantũ viuat: tñ inde mortẽ qualibet tardius affuturam
Hordeolus eſt paruiſſima ac purulenta collectio i pilis
palpebrarũ conſtituta: in medio lata & ex vtroq̧ cõdu=
cta hordei granum ſimilans: vnde & nomẽ accepit. Fu=
runculus eſt tumor in acutũ ſurgẽs dictus ꝙ ferueat: q̃=
ſi feruũculus: vñ & gręce antrax dicit̃ ꝙ ſit ignеꝰ. Oſce
do eſt qua infantũ ora exulcerantur: dicta ex languore
oſcitantiũ. Frenuſculi vlcera circa rictũ oris: ſimilia his
q̃ fiunt iumentis aſperitate frenoꝝ. Vlcus putredo ipſa
vulnus quod ferro fit: quaſi vi et vlcus: quod dolet qua=
ſi vlcus: vnde & vlcera. Puſtula eſt i ſuperficie corporis
turgens veluti collectio. Papula eſt paruiſſima cutis ere
ctio circũſcripta cũ rubore: & ideo papula dicta quaſi
pupula. Sanies dicta: quia ex ſanguine naſcitur. excita=
tio eñ calore vulneris ſanguis in ſaniẽ vertitur. Nã ſani
es nõ fit in quocũq̧ loco: niſi vbi ſanguis aduenerit. q̃a
oĩe quod putreſcit niſi calidũ & humidũ fuerit: qđ eſt
ſanguis: putrefieri non põt. Sanies aũt & tabes ſibi dif=
ferunt. Fluere enim ſanie viuoꝝ eſt. tabe vero mortuo=
rũ. Cicatrix eſt obductio vulneris: naturalẽ colorẽ par=
tibus ſeruans: dicta ꝙ obducat vulnera atq̧ obcęcat.

De remediis & medicaminibus. Cap. IX.

MEdicinę curatio non eſt ſpernenda. Memi=
nimus eñ & Eſaiã Ezechię languenti aliqđ
medicinale mandaſſe. & paulus apoſtolꝰ Ti
motheo modicũ vinũ ꝓdeſſe dixit. Curatio
aũt morboꝝ tribus gñibus cõſtat. Pharmacia quã lati=
ni medicamina vocant: chirurgia quã latini manuum
operationẽ appellant. manus enim apud gręcos chiro vo
catur: dieta quã latini regulã nuncupant: eſt eñ obſerua
tio legis & vitę. Sunt autem oïs curationis ſpecies tres.
Primũ genꝰ dieticũ: ſecundũ pharmaceuticũ. tertium
chirurgicũ. Dieta eſt obſeruatio legis ac vitę. Pharma=
cia eſt medicamẽtorũ curatio. Chirurgia eſt ferramen=
torum inciſio. Nã ferro exciduntur q̃ medicamentorũ
non ſenſerint medicinã. Antiquior autẽ medicina her=
bis tñ & ſuccis erat. Talis eñ medendi vſus cępit: dein
de ferro & cęteris medicamẽtis. Oĩs autẽ curatio: aut
ex contrariis aut ex ſimilibus adhibetur. Ex contrariis
vt frigidũ calido vel humido ſiccũ: ſicut & in homine
ſuperbia ſanari nõ põt niſi humilitate ſanetur. Ex ſimi=
libus vero ſicut ligamentũ: vel rotũdo vulneri rotũdũ
vel oblongo oblongũ apponitur. Ligatura eñ ipſa nõ
eadẽ membris & vulneribus oĩbus: ſed ſimilis ſimili
cooptatur: quę duo etiã ipſa adiutoria nominibꝰ ſuis ſi
gnificant. Nam antidotum gręce latine ex cõtrario da=
tum dicitur. Contraria eñ contrariis medicinę ratione
curantur. At contra ex ſimili: vt picra quod interpretat̃
amara: quia guſtus eius amarus eſt. Ex conuenienti eñ
nomẽ accepit: quia amaritudo morbi amaritudine ſol=
ui ſolet. Omnia autẽ medicamẽta ex ꝓpriis cauſis ha=
bent vocabula. Hiera eñ dicta quaſi diuina. Arteriaca
ꝙ apta ſint gutturis meatui: & tumores fauciũ & arteri=
arũ leniant. Tiriaca eſt antidotũ ſerpentinũ quo venena
pellũtur: vt peſtis peſte ſoluatur. Cathartica gręce latine
purgatoria dicuntur. Catapodia eo ꝙ modicũ potetur
ſeu inglutiatur. Diamoron a ſuco morę nomẽ ſumpſit
ex quo conficitur. ſicut diacodion: quia ex codia id eſt
ex papauere fit. ſicut diaſꝑmaton: q̃a ex ſeminibꝰ com=
ponitur. Electuariũ vocatũ eo ꝙ molle ſorbeatur. Tro=
chiſcus dictus: quia in modũ rotulę deformatur. Tro=
chos eñ gręce rota dicitur. Collyria latino ſonant ꝙ vi
cia oculorũ detergant. Epithema: eo ꝙ ſuperponat̃ aliis
adiutoriis precedẽtibus. Cataplaſma eo ꝙ inductio ſo
la ſit. Emplaſtrũ. eo ꝙ iducatur. Malagma. ꝙ ſine igne
maceretur & comprehendatur. Anema gręce. latine re=
laxatio dicitur. Peſſaria dicta ꝙ intus iniciãtur. Medi=
cinam iumentorũ chiron quidã gręcus inuenit: ide pin
gitur dimidia parte homo: dimidia equus. Dictus autẽ
chiron αϖο τισ χειρουργικησ: q̃a chirurgicus fuit
appellatus. Creticos dies medici vocant: quibꝰ credo ex
iudicio infirmitatis hoc nomen impoſitum eſſe. ꝙ q̃ſi
iudicent hominem & ſententia ſua aut puniant: aut li=
berent.

De libris medicinalibus. Cap. X.

AForiſmus eſt ſermo breuis. integrũ ſenſũ ꝓ
poſitę rei ſcribens. Prognoſtica preuiſio
ęgritudinũ. vocata a ꝓnoſcẽdo. Oportet eñ
medicũ & ꝑterita agnoſcere: & preſẽtia ſci=
re: & futura preuidere. Dynamidia ptãs eſt herbaꝝ. i. vis
& poſſibilitas. Nã in herbarũ cura vis ipſa dynamis di
citur. Vnde & dynamidia nuncupatur. vbi eorum medi
cinę ſcribuntur. Butanicũ hęrbariũ dicitur. ꝙ ibi herbę
notentur.

De inſtrumentis medicorum. Cap. XI.

ENchiridion dictũ ꝙ manu aſtrigat̃. dũ plu=
rima contineat ferramenta. Chir eñ gręce
manus vocatur. Flebotomũ ab inciſione vo
catũ. Nã inciſio gręce tomi dicit̃. Similaria
angiſtrũ ſpatomele. guuia quę a latinis a ſiĺitudine cu=
curbitę a ſuſpirio vẽtoſa vocat̃. Deniq̧ animata ſpiritu
ꝑ igniculũ: dehinc preciſo corpori ſuperpoſita. omne
quod inter cutem vel altius ęſtuat. ſiue humorẽ ſiue ſan
guinẽ vocat in ſuperficiẽ. Cliſtere eſt inſtrumentum ꝑ
quod anema iniicitur. Pila a pinſendis ſeminibus. i. te=
rendis. Hinc & pigmenta. eo ꝙ in pila & pilo aguntur
quaſi piligmẽta. Eſt eñ pila vas concauum & medico=
rum aptum vſui: in qua proprie tipſanę fieri & pigmen
ta concidi ſolent. Varro autẽ refert pilumnũ quẽdã in
italia fuiſſe. qui pinſendis prefuit aruis. vnde & pilum
ni & piſtores. Ab hoc ergo pilum & pilã inuenta quibꝰ

far pinſitur:& ex eius nomine ita appellata. Pilum autē eſt vnde contunditur quicquid in pila mittitur. Mortarium. ꝙ ibi iam ſemina in puluerem redacta & mortua condiātur. Citicula eſt in qua circūducta collyria reſoluuntur:erit eñ lenis. Nam aſpera frangi potius q̄ reſolui collyrium facit.

¶De odoribus & vnguentis. Cap̄.XII.

ODor vocatus ab aere. Thymiana lingua grȩca vocatur ꝙ ſit odorabile. Nā thymo dicit̃ flos q odorē refert:de quo Virgiliꝰ. Redolētq; thymo fragrātia mella. Incenſū dictū. qa igne cōſumit̃ dum offertur. Tetraidos. formulȩ inſcenſi in longitudinem porrectȩ:quȩ fiunt ex quattuor pigmētis. Quattuor eñ grȩce terra. formula idos dicitur. Stactȩ eſt incenſum quod ex preſſura manat. dictū a grȩcis απο του σταζειν. quod eſt manare ſiue diſtillare. Myrobalanū. quia fit ex glande odorata:de quo Oratius:Et preſſa tuis balanus capillis. Oleum eſt purū nulliq; rei admixtum. Vnguentum vero eſt omne qđ ex cōmuni oleo confectum. aliarū ſpecierum cōmixtione augetur. odoris iocunditatem ſumens:& longius redolens. Vnguenta autem quȩdā dicuntur a locis:vt telinū. cuius Iulius cȩſar meminit dicens. Corpuſq; ſuaui telino vngimur. Hoc conficiebatur in inſula telo:quȩ ē vna ex cycladibus. Sunt & quȩdā ab inuentorū nomie vt amaracinū. Nā quidā tradūt regiū quēdam puerum amaracū nomine. complura vnguentorum genera ferētem. caſu prolapſum eſſe & maiorē ex cōmixtione odorem creaſſe. vnde nunc optima vnguenta. amaracina dicunt̃. ſunt autem ex gn̄e florū. Item alia q̄ a materiȩ ſuȩ qualitate dicuntur. vt roſaceū a roſa: cyprinum a flore cypri. quȩ proinde & ꝓpriȩ materiȩ odorem referunt. Ex his quȩdā ſimplicia vnguēta ſunt q̄ ex vna tm̄ ſpecie exiſtūt:vnde & ſui nomis referūt odoratū. vt anetinum: eſt eñ ſincerū. ex oleo & aneto tm̄. Cōpoſita aūt ſunt:q̄ a pluribus admixtis fiunt. vn̄ & nōis ſui odorē non habēt. quia obtinentibꝰ aliis quȩ admiſcentur:icertū odorem inducūt. vt cerotū:calcaſticum:marciacum.

¶De initio medicinȩ. Cap̄.XIII.

QVȩritur a quibuſdā. quare inter cȩteras liberales diſciplinas medicinȩ ars nō cōtineat̃. Propterea quia ille ſingulares cōtinēt cauſas. iſta vero omniū. Nam & grāmaticā medicꝰ ſcire iubetur:vt intelligere vel exponere poſſit quȩ legit. ſimiliter & rhetoricā. vt veracibus argumētis valeat diffinire q̄ tractat. necnō & dialecticā ꝓpter infirmitatum cauſas ratione adhibita perſcrutandas atq; curādas. Sic & arithmeticā propter numerū horarū i acceſſionibus & periodis dierū:nō aliter & geometriā propter qualitates regionū & locoꝝ ſitus:in quibus doceat quid quiſq; obſeruare debeat. Porro muſica incognita illi non erit. Nam multa ſunt q̄ in ȩgris hominibus per hanc diſciplinam facta leguntur: ſicut de dauid legitur Quia ſpiritu immundo ſaulem arte modulationis eripuit. Aſclepiades quoq; medicus phreneticum quēdā per ſymphoniā priſtinȩ ſanitati reſtituit. Poſtremo & aſtronomiam notam habebit:per quā contēpletur rationem aſtrorum & mutationes tēporū. Nā ſicut ait quidā medicorū:cum ipſorum qualitatibus & noſtra corpora cōmutantur. hinc eſt ꝙ medicina ſecunda philoſophia dicitur. Vtraq; eñ diſciplina totū hominē ſibi vēdicat. Nam ſicut per illā aīa:ita per hanc corpus curatur.

¶Incipit liber quintus.

¶De auctoribus legum. Cap̄.I.

MOyſes gētis hebrȩȩ primus oīm diuinas leges ſacris litteris explicauit. Phoroneus rex grȩcis primꝰ leges iudiciaq; cōſtituit. Mercuriꝰ trimegiſtus primꝰ leges ȩgyptiis tradidit. Solon primꝰ leges athenieſibꝰ dedit. Licurgꝰ primꝰ lacedȩmoniis iura legū ex apollinis auctoritate cōfixit. Numa pompilius qui romulo ſucceſſit in regno. primus leges romanis edidit. Deinde cum populus ſeditioſos magiſtratus ferre nō poſſet decēuiros legibus ſcribendis creauit:qui leges ex libris ſolonis in latinū ſermonem tranſlatas. xii. tabulis expoſuerunt. Fuerunt autem hi. Appius claudius. T. genutius. P. feſtius. L. veturius. C. iulius. A. maulius. P. ſulpitiꝰ. P. curiati. T. remulius. Sp. poſthumius. Hi decem viri legum cōſcribendarū electi ſunt. Leges aūt redigere in libris primꝰ conſul pompeius inſtituere voluit:ſed nō perſeuerauit: obtrectatorū metu. Deinde cȩſar cepit id facere:ſed ante interfectus eſt. Paulatim autē antiquȩ leges vetuſtate atq; incuria exoluerunt:quarū & ſi nullus iam vſus eſt. noticia tm̄ neceſſaria videtur. Leges nouȩ a Conſtantino cȩſare ceperunt:& reliquis ſuccedentibus: erantq; permixtȩ & inordinatȩ. Poſtea Theodoſius minor:auguſtus ad ſimilitudinem gregoriani & hermogeniani codicem factum cōſtitutionū a cōſtantini temporibꝰ ſub proprio cuiuſq; imperatoris titulo diſpoſuit: quem a ſuo nomine Theodoſianum vocauit.

¶De legibus diuinis & humanis. Cap̄.II.

OMnes autē leges aut diuinȩ ſūt aut humanȩ Diuinȩ natura. hūanȩ moribꝰ cōſtant: iōq; hȩ diſcrepāt:qm̄ aliȩ aliis gentibꝰ placent. Fas lex diuina eſt. ius lex hūana. Tranſire ꝑ agrum alienum fas eſt:ius non eſt.

¶Quid differunt inter ſe ius leges & mores. Cap̄.III.

IVs gn̄ale nomē eſt. Lex aūt iuris eſt ſpecies Ius aūt dictū. quia iuſtū eſt. Oīe autem ius legibus & moribꝰ cōſtat. Lex eſt cōſtitutio ſcripta. Mos eſt vetuſtate probata cōſuetudo. ſiue lex non ſcripta. Nam lex a legendo vocata:qa ſcripta eſt. Mos aūt longa conſuetudo eſt:de moribus tm̄modo tracta. Cōſuetudo aūt eſt ius quoddam moribus inſtitutum. quod pro lege ſuſcipitur cū deficit lex:

nec differt ſcriptura an ratione conſiſtat quando et legē ratio cōmēdat. Porro ſi ratione lex cōſtat.lex erit oē iam quod ratione cōſtiterit. dūtaxat quod religioni cō gruat:quod diſciplinę conueniat:quod ſaluti proficiat vocata aūt cōſuetudo:quia in cōmuni eſt vſu.

¶Quid ſit ius naturale. Cap.IIII.

IVs aut naturale eſt:aut ciuile.aut gentiū.Ius naturale eſt cōmune oīū nationū eo ꝙ vbiq̄ inſtinctu naturę.nō cōſtitutiōe aliq̄ habet. vt viri & fœminę cōiunctio:liberorū ſucceſſio & educatio:cōmunis omniū poſſeſſio : & omnium vna libertas:acquiſitio eorū quę cœlo:terra mariq̄ capiuntur.Item depoſitę rei vel cōmodatę pecunię reſtitutio:violentię per vim repulſio.Nam hoc aut ſi quid huic ſimile eſt:nunq̄ iniuſtum : ſed naturale ęquumq̄ habetur.

¶Quid ſit ius ciuile. Cap.V.

IVs ciuile eſt:quod quiſq̄ populus vel quęq̄ ciuitas ſibi proprium:humana diuinaq̄ cauſa conſtituit.

¶Quid ſit ius gentium. Cap.VI.

IVs gentium eſt ſediū occupatio : edificatio munitio:bella:captiuitates:ſeruitutes : poſtliminia:fędera pacis.inducię:legatorum nō violandorū religio:connubia inter alienigenas prohibita:& inde ius gentium:quia eo iure omnes fere gentes vtuntur.

¶Quid ſit ius militare. Cap.VII.

IVs militare eſt belli inferendi ſolennitas:fœderis faciendi nexus:ſigno dato cōgreſſio in hoſtē vl' cōmiſſio itē ſigno dato receptio.Itē flagitii militaris diſciplina:ſi locus deſeratur Itē ſtipendiorum modus: dignitatū gradus: pręmiorū honor:veluti cū corona vel torques donātur.Item prędę deciſio:& ꝓ perſonarum qualitatibus & laboris iuſta diuiſio:ac principis portio.

¶Quid ſit ius publicum. Cap.VIII.

IVs publicum eſt in ſacris:& in ſacerdotibus:& in magiſtratibus.

¶Quid ſit ius quiritum. Cap.IX.

IVs quiritum eſt proprie romanorum:quod nulli tenēt niſi quirites.i.romani.tanq̄ de legitimis hereditatibus:decretionibus:de tutelis:de vſucapionibus: q̄ iura apud nullum aliū populū reperiunt:ſed propria ſunt romanorum:& in eoſdem ſolos conſtituta.Cōſtat autē ius quiritū ex legibus & plebiſcitis & conſtitutionibꝯ principum:& edictis ſiue prudentium reſponſis.

¶Quid lex. Cap.X.

LEx eſt cōſtitutio populi:q̄ maiores natu ſimul cū plebibus aliquid ſanxerunt.

¶Quid ſcita plebiū. Cap.XI.

Scita ſunt:que plebes tm̄ conſtituunt:& vocata ſcita ꝙ ea plebs ſciat:vel ꝙ ſciſcitatur & rogat vt fiant.

¶Quid ſenatuſconſultum. Cap.XII.

SEnatuſconſultū eſt:ꝙ tm̄ ſenatores populis conſulendo decernunt.

¶Quid cōſtitutio & edictū. Cap.XIII.

Conſtitutio vel edictum: quod rex vel imperator conſtituit vel edicit.

¶Quid reſponſa prudentium. Cap.XIIII.

REſponſa ſūt:que iuriſconſulti reſpōdere dicuntur conſulentibus: vnde & reſpōſa Pauli dicta. Fuerunt enī quidā prudentes & arbitri ęquitatis qui inſtitutiōes ciuiles iuris compoſitas ediderunt:quibus diſſidentium lites cōtentioneſq̄ ſopirent.

¶De legibus conſularibus & tribunitiis. Cap.XV.

QVędam etiā leges dicuntur ab his qui cōdiderūt:vt cōſulares:tribunitię iulię:cornelię Nā et ſub Octauiano cęſare ſuffecti cōſules Papiꝯ & Pompeiꝯ legem tulerūt:q̄ a nominibus eorū appellatur papia pōpeia. continens patrum premia pro ſuſcipiendis liberis. Sub eodē quoq̄ imperatore Falcidius tribunus plebis legē fecit:ne quis plus extraneis in teſtamento legaret q̄ vt quarta pars ſupereſſet heredibus:ex cuius nomine lex falcidia nuncupata eſt. Aquilius quoq̄ legem condidit:quę hactenꝰ aquilia nuncupatur.

¶De lege ſatyra. Cap.XVI.

SAtyra vero lex eſt:quę de pluribus rebus ſil' loquitur. dicta a copia rerū:& quaſi a ſatietate:vnde & ſatyrā ſcribere & poemata varia condere:vt Oratii Iuuenalis & Perſii.

¶De legibus rhodiis. Cap.XVII.

Rhodię leges naualium commertiorum ſūt ab inſula rhodo cognominatę : in qua antiquitus mercatorum vſus fuit.

¶De priuilegiis. Cap.XVIII.

PRiuilegia aūt ſūt leges priuatorū:q̄ſi priuatę leges. Nā priuilegiū ide dictū ꝙ i priuato feratur.

¶Quid poſſit lex. Cap.XIX.

OMnis aūt lex:aut permittit aliquid:vt vir fortis petat premiū:aut vetat:vt ſacrarū virginū nuptias nulli petere liceat. aut punit vt qui cędem fecerit capite plectatur. eius enī pmio aut pena vita moderatur humana.

¶Quare lex facta ſit. Cap.XX.

FActę ſunt aūt leges vt earū metu humana coerceatur audacia:tutaq̄ ſit inter improbos innocentia: & in ipſis improbis formidato ſupplicio. refrenetur nocendi facultas.

¶Qualis debeat fieri lex. Cap.XXI.

ERit aūt lex honeſta iuxta poſſibilis ſcdm naturam:ſecundum patrię conſuetudinē : loco temporiq̄ cōueniens:neceſſaria:vtilis:manifeſta quoq̄:ne aliquid per obſcuritatem in captione cōtineat:nullo priuato cōmodo:ſed pro cōmuni ciuium

vtilitate conſcripta.

¶ De cauſis. Cap.XXII.

PRagma grecũ eſt: quod latine cauſa dicit:
vnde & pragmatica negocia dicuntur & ac
tor cauſarum & negociorum pragmatic⁹
nuncupatur.

¶ De teſtibus. Cap.XXIII.

TEſtes ſũt a quib⁹ queritur veritas ĩ iudicio.
Quos quiſq; añ iudiciũ ſibi placitis alligat
ne cui ſit poſtea liberũ aut diſſimulare: aut
ſubtrahere ſe: vñ & alligati appellant. Item
teſtes dicti q teſtamẽto adhiberi ſolent: ſicut ſignato
res qui teſtamentum ſignant.

¶ De inſtrumentis legalibus Cap.xxiiii.

VOluntas eſt generale nomẽ oim legaliũ in
ſtrumentorũ. quæ qa nõ vi ſed voluntate p
cedit. ideo tale nomẽ accepit. Teſtamẽtum
vocatum. quia niſi teſtator mortuus fuerit:
nec confirmari poteſt nec ſciri quid in eo ſcriptum ſit.
quia clauſum & obſignatum eſt. inde dictum teſtamen
tum. quia nonvalet niſi poſt teſtatoris monumentum.
vnde & apoſtolus. Teſtamentum inquit in mortuis cõ
firmatur. Teſtamentum ſane in ſcripturis ſanctis non
hoc ſolum dicitur quod nõvalet niſi teſtatoribus mor
tuis. ſed omne pactum & placitum teſtamentumvoca=
bant. Nam laban & iacob teſtamentum fecerunt. quod
vtiq; etiam iter viuos valeret. Et in pſalmis legitur Ad
uerſus te teſtamentum diſpoſuerũt. hoc eſt pactum. &
innumerabilia talia. Tabulę teſtamenti inde appellatæ
ſunt. quia ante chartę & membranarumvſum. in dola=
tis tabulis nõ ſolum teſtamenta: ſed etiam epiſtolarum
alloquia ſcribebantur. Vnde & portitores earum tabel
larii vocabantur. Teſtamentum iuris ciuilis eſt. quinq;
teſtium ſignis ſubſcriptione firmatum Teſtamentum
iuris pretorii eſt ſeptem teſtium ſignis firmatũ: ſed il
lud apud ciues fit: inde ciuile iſtud apud pretores: inde
iuris pretorii. Teſtamentum autem ſignare: notare eſt
ideſt vt notum ſit quod ſcriptum eſt. Holographũ te=
ſtamẽtum eſt manu auctoris totum conſcriptum: atq;
ſubſcriptum. vnde & nomen accepit Greci enim holõ
totum: graphin litteram dicunt. Irritum teſtamentum
eſt: ſi is qui teſtatus eſt: capite diminutus eſt: aut ſi nõ ri
te factum ſit. Inofficioſum teſtamentum eſt: quod fru=
ſtra liberis exheredatis ſine officio naturalis pietatis in
extraneas perſonas redactum eſt. Ruptum teſtamentũ
indevocatum: eo q naſcente poſthumo: neq; exhere=
dato nominatim: neq; herede inſtituto dirumpitur.
Suppreſſum teſtamentum eſt: quod in fraude heredũ
vel legatariorum ſeu libertorum non eſt palam prola=
tum: quod ſi non latet: tamen ſi predictis perſonis non
proferatur: ſupprimi tamen videtur. Nuncupatio eſt=
quam in tabulis cęriſq; teſtator recitat: dicẽs. Hæc vt in
tabulis his cęriſq; ſcripta ſũt: ita dico: ita lego: itaq; vos
ciues romani mihi teſtimonium perhibere & hoc dici
tur nũcupatio. Nuncupare enim eſt in palam nomina=
re & confirmare. Ius liberorum eſt coniugum ſine libe
ris inuicem pro loco pignorũ hereditatis alterna con=
ſcriptio. Codicillum: vt veteres aiunt ſine dubio ab au
ctore dictum: qui hoc ſcripturę genus inſtituit. Eſt au=
tem ſcriptura: nulla indigens ſolẽnitate verborum: ſed
ſola teſtatoris voluntate: qualicunq; ſcripturę ſignifica
tione expreſſa. Cuius beneficio volũtatibus defuncto=
rum conſtat eſſe ſubuentum: propter legalium verbo=
rum difficultatem: aut certe propter neceſſitaté adhibẽ
dorum ſolennium: ita vt qui ſcribit titulum eiuſdem
ſcripturę codicillũ vocet. Sicut autem codicillus fit vi=
ce teſtamenti: ita epiſtola vice codicillorum. Cretio eſt
certus dierũ numerus: in quo inſtitutus heres aut adit
hereditatem: aut finito tempore cretiõis excluditur.
nec liberum illi eſt vltra captẽdę hereditatis. Cretio ap
pellata eſt: quaſi decretio. i. decernere vel conſtituere: vt
puta ille heres mihi eſto. additurq;: cernito q; ĩtra dies
tor. Adeundarum autem hereditatum centeſimus ſta=
tutus erat dies quibus non eſt cretio addita Fideicom
miſſum dictum: vt fiat quod a defuncto committitur.
Nam fides dicta eo q fiat: quod tamẽ non directis ver
bis: ſed pręcatiuis expoſcitur. Pactum dicitur inter par
tes ex pace conueniens. ſcriptura: legibus: ac moribus
comprobata: & dictum eſt pactum quaſi ex pace factũ:
ab eo q eſt pango: vnde & pepigit foedus. Placitũ quo
q; ſimiliter ab eo q placeat Alii dicunt pactum eſſe qđ
volens quiſq; facit: placitum vero etiam nolens cõpel
litur: veluti quando quiſq; paratus ſit in iudicio ad reſ=
pondendum: q nemo poteſt dicere pactum ſed placi=
tum. Mãdatum dictum q olim in commiſſo negocio
alter alteri manum dabat. Ratumvero quaſi rationabi=
le & rectum. vnde & qui pollicetur. dicit ratum me eſſe
profiteor: hoc eſt firmum atq; perpetuum. rite autem
eſſe non recte: ſed ex more. Chirographum: cautio vel
conſcriptio duarum inſtar chartarum: grece enim ma=
nu ſcriptum dicitur cautio. Emptio & venditio eſt rerũ
commutatio atq; contractus: ex conuenientia veniens
Emptio autem dicta: q a me tibi fit: venditio quaſi ve=
nũdatio ideſt a nũdinis. Donatio eſt cuiuſlibet rei trãſ
actio. Dictum autem dicunt donationem: quaſi doni
actionem: & dotem quaſi do item Pręcedente enim in
nuptiis donatione: dos ſequitur. Nam antiquus nupti=
arum erat ritus: quo ſe maritus & vxor inuicẽ emebãt:
ne videretur vxor ancilla: ſicut habemus in iure. Inde
eſt q præcedente donatione viri: ſequitur dos vxoris.
Donatio vſufructuaria iõ dicitur: quia donator ex ea
vſumfructum adhuc retinet: ſeruato cui donatum eſt
iure. Donatio directa ideo nuncupatur: quia & iure et
vſu ſtatim tranſit in alterum: nec vltra aliquid inde ad
ius donatoris retorquetur. Conditiones proprie teſti=
um ſunt: & dictæ conditiones: a condicendo quaſi cõ=
dictiones: quia non ibi teſtis vnius iurat. ſed vel duo vł
plures. Non enim in vnius ore: ſed in duorum aut tri=
um teſtium ſtat omne verbum. Item conditione: q in
ter ſe cõueniat ſermo teſtiũ quaſi cõdictões. Stipulatio

eſt promiſſio vel ſponſio:vnde &.pmiſſores ſtipulato
resvocant̃. dicta aũt ſtipulatio a ſtipula. Veteres enim
quãdo ſibi aliq̃d ꝑmittebãt:ſtipulã tenẽtes frangebãt:
quã iteꝝ iungẽtes:ſponſiones ſuas agnoſcebãt:ſiue ꝙ
ſtipulũ iuxta Paulũ iuridicũ firmũ appellauere. Sacra=
mentũ eſt pignus ſpõſionis:vocatũ aũt ſacramentum:
quia violare quod quiſq; promittit perfidię eſt.

¶De rebus. Ca.XXV.

Hereditas eſt res q̃ morte alicui⁹ad quẽpiã p
uenit:vel legato teſtõ.vel poſſeſſiõe retenta
Dicta aũt hęreditas a reb⁹aditis:ſiue ab ęre
quia qui poſſidet agrum et cenſum ſoluit.i
de & res. Res ſunt quæ in noſtro iure conſiſtunt. Iura
aũt ſunt:quę a nobis iuſte poſſidentur.nec aliena ſunt.
Dicta autem res a recte habẽdo: ius a iuſte poſſidendo
Hoc enim iure poſſidetur quod recte: hoc recte quod
bene. Quod autem male poſſidetur alienum eſt. Male
autem poſſidet:qui vel ſuis male vtitur. vt aliena pręſu
mit. Poſſidet autem iuſte.qui non irritetur cupiditate.
Qui autem cupiditate tenetur poſſeſſus eſt:non poſſeſ
ſor. Bona ſunt honeſtorum ſeu nobilium:quæ proinde
bona dicuntur:vt non habeãt turpem vſum:ſed ea ho=
mines ad res bona vtantur. Peculium proprie minoꝝ
eſt perſonarũ ſiue ſeruorum. Nam peculium eſt quod
pater vel dñs filium ſuum vel ſeruũ pro ſuo iure tracta=
re patitur. Peculium autem a pecudibus dictum:in qui
bus veterum conſtabat vniuerſa ſubſtantia. Bonorum
poſſeſſio eſt ius poſſeſſionis:certo ordine certoq; titu
lo acquiſita. Inteſtata hęreditas eſt:que teſtamento ſcri
pta non eſt:aut ſi ſcripta ſit:iure tamẽ nequaq̃ eſt edita.
Caduca inde dicuntur:quia eius hęredes ceciderũt. Fa=
milię herciſcundę eſt diuiſio hęreditatis iter hęredes
Herciſcundę enim apud veteres diuiſio nũcupat̃. Cõ=
muni diuidendo eſt inter eos quibus cõmunis res eſt:
quę actio iubet poſtulantibus his arbitrum dari:cuius
arbitratu res diuidantur. Finium regũdorum actio di=
cta eo ꝙ per eam regantur fines vtriq; ne diſſipẽtur:dũ
modo non anguſtiore quinq; pedũ loco ea controuer=
ſia ſit. Locatio eſt res ad vſum data.cũ diffinitione mer
cedis. Conductio eſt res in vſum accepta.cum cõſtituta
mercede. Res credita eſt.quę i obligationem ita dedu=
cta eſt.vt ex tẽpore quo contrahebat̃.certum ſit eam de
ferre Vſura eſt incrementum fenoris.ab vſu eris crediti
nũcupata Cõmodum eſt id quod noſtris iuris eſt:& ad
alios tẽporaliter tranſlatum eſt.cũ modo tẽporis q̃diu
apud eum ſit.vnde & cõmodũ dictũ eſt Pręcarium eſt
dũ prece creditor rogatus permittit debitorẽ in poſſeſ=
ſione fundi ſibi obligati demorari.& ex eo fructus ca=
pere. Et dictum precariũ.quia prece auditur.quaſi pre=
cadium r.pro d littera cõmutata. Mutuum appellatum
eſt.quia id quod a me tibi datur.ex meo tuũ fit Depoſi
tũ eſt pignus commendatum ad tẽpus. quaſi diu poſi=
tum. Deponere autem quis videtur.cum aliquid metu
furti incendii.naufragii.apud alium cuſtodię cauſa de
ponit. Intereſt autẽ in loquẽdi vſu inter pignus & arrã.
Nam pignus eſt quod datur ꝑpter rem creditam quæ
dum redditur ſtatim pign⁹aufertur. Arra vero eſt quæ
primum pro re bonefidei contractu empta ex parte da
tur.& poſtea cõpletur. Eſt enim arra cõplenda. non au=
ferenda .vnde qui habet arram non reddit ſicut pign⁹
ſed deſiderat plenitudinẽ.& dicta arra.a re pro qua tra=
ditur. Item inter pign⁹& fiduciam & hypothecã. hoc i
tereſt. Pignus enim eſt quod ꝑpter rem editam obliga
tur.cuius rei poſſeſſionem ſolam ad tempus conſequi=
tur creditor.cæterum dñium penes debitorẽ eſt. Fidu
cia eſt.cũ res aliqua ſumendę mutuę pecunię gratia vł
mãcipat̃ vel in iure creditur. Hypotheca eſt. cũ res aliq̃
cõmodatur.ſine depoſitione pecunię vel pignoris.pa=
cto vel cautione ſola interueniente. Momentum dictũ
a tẽporis breuitate vt tam cito q̃ ſtatim ſaluo negocio
reformetur.nec in vllam moram produci debeat quod
repetitur.ſicut nec vllum ſpaciũ eſt momenti. cuius tã
breuis eſt tẽporis punctus vt in aliquã morã nullo mo
do producat̃. Inſtrumentũ eſt vnde aliquid cõſtruim⁹.
vt cultrus.calamus.aſcia. Inſtructũ quod per inſtrumẽ
tũ efficit̃.vt baculus codex. tabula. Vſus quo i re iſtru=
cta vtimur.vt in baculo initi.in codice legere: in tabula
ludere.ſed & ipſe fruct⁹agrorũ quia eo vtimur vſus vo
catur. Hęc ſunt illa tria. Vſuſfructus autem vocat̃ quia
ſolo vſu habetur eius fructus: manente apud alium iu=
re. Vſucapio eſt ademptio dominii:per continuationẽ
iuſte poſſeſſionis vel biẽnii aut alicuius temporis. Mã=
cipatio dicta eſt:quia manu res capitur. Vnde oportet
eum qui mancipium accipit: cõpræhendere idipſum
quod de mãcipio datur. Ceſſio eſt proprię rei cõceſſio
ſicut eſt illud:cedo iure propinqtatis Cedere enim dici
mus quaſi concedere.i.quę ꝓpria ſunt Nam ſi aliena re
ſtituimus:nõ cedimus. Nam cedere ꝓprię dicit̃:qui cõ
tra veritatẽ alteri conſendit:vt Cicero. Ceſſit inquit am=
pliſſimi viri auctoritati vel potius paruit. Interdum eſt
quod a iudice nõ imperpetuũ ſed pro reformãdo mo=
mento ad tẽpus:interim dicit̃:ſalua ꝓpoſitione actiõis
eius. Precium vocatũ eo ꝙ prius illud damus:vt p ei⁹
vice:rem quã appetimus poſſidere debeamus. Cõmer
tium dictũ a mercibus quo nõie res venales appellam⁹
Vnde & mercatus dicit̃ cetus multorum hoim: qui res
vendere vel emere ſolent. Integri reſtitutio eſt cauſę vel
rei reparatio. Cauſa redintegratur:quę vi poteſtatis ex=
pleta non eſt. Res redintegratur:quę vi poteſtatis abla=
ta atq; exorta eſt.

¶De criminibus in lege conſtitutis. Cap.XXVI.

Crimẽ a carẽdo nomẽ habet vt furtũ falſitas
et cętera que nõ occidũt:ſed iſamãt. Facin⁹
dictũ a faciẽdo malũ qđ noceat alteri Flagi
tiũ:a flagitãdo corruptelã libidinis qua no
ceat ſibi. Hæc ſunt duo genera omnium peccatorum.
Vis eſt virtus poteſtatis:per quam cauſa ſiue res vel au=
fertur vel extorquetur. Vis priuata eſt ſi quiſq; ante iu=
diciũ armatis hoibus quẽq̃ a ſuo deiecerit vel expugna
uerit Vis publica eſt ſi quis ciuẽ ante populũ vel iudicẽ

vel regem appellãtem necauerit:aut torſerit:ſiue verbe
rauerit vel vinxerit. Dolus eſt mẽtis calliditas : ab eo ꝙ
deludat. Aliud enim agit: & aliud ſimulat. Petroniꝰ ali=
ter eſtimat dicẽs Quid eſt iudicis dolus? Nimirum vbi
aliquid factum eſt: quod legi dolet: habetis dolum: ac=
cipite nunc malum. Calumnia eſt iurgium alienę litis.
a caluendo.i. decipiendo dicta. Falſitas appellata a fan=
do aliud q̃ verum eſt. Iniuria eſt iiuſticia. Hinc eſt illud
Virgilii. Cum turni iniuria matrem admonuit. Iniuria
eſt qui audet aliquid contra ordinem iuris. Seditio di=
cit̃ diſſenſio ciuium: ꝙ ſeorſum alii ad alios eunt Naꝫ
hi maxime turbatione rerum & tumultu gaudent. Sa=
crilegium proprie eſt ſacrarũ rerum furtum : poſtea &
in idolorum cultu heſit hoc nomen. Adulterium eſt il
luſio alieni cõiugii: ꝙ quia alter alterius thorum cõma
culauit: adulterii nomen accepit. Stuprum: raptus pro=
prie eſt illicitus coitus: a corrũpendo dictus. Vnde Vir
gilius: Rapto potitur.i. ſtupro fruitur. Homicidii voca
bulum compoſitum eſt ex homine & cede. Qui enim
cedẽ in hominem feciſſe compertus erat homicidã ve=
teres appellabant. Parricidii actio non ſolum ĩ eum da
batur qui parentem.i. qui patrem vel matrẽ interemiſ=
ſet: ſed & in eum qui fratrem occiderat & dictum parri
cidium quaſi parentis cedium. Interneciei iudicium in
eum dabatur qui falſum teſtamentum fecerat: & ob id
hominem occiderat. Accuſatorem eiꝰ poſſeſſio bono=
rum ſequebatur. Interneciei autem ſignificatio eſt qua
ſi hominis quędam enecatio. Nam prępoſitionem in=
ter prępone bant ne. Neuius. Mare interbibere. & Plau=
tus. Interluere mare.i. ebibere & eluere. Furtũ ẽ rei alie
nę clandeſtina contrectatio: a furuo.i. fuſco vocatũ : qa
ĩ obſcuro fit. Furtum autem capitale crimẽ apud maio
res fuit: ante poenam quadrupli. Peruaſio eſt rei alienę
manifeſta prę ſumptio. Furtũ autem earundẽ rerum fit
quę de loco in locum transferri poſſunt: peruaſio autẽ
& earum que tranſferũtur & earum quę imobilia ſunt.
Inficiatio eſt negatio debitę rei cũ a creditore depoſcit̃
Idem & abiuratio.i. rei creditę abnegatio. Ambitus iu=
dicium in eum eſt qui largitione honorem capit & am
bit: amiſſurus dignitatem quam munere inuadit. Pecu
latus iudicium in eos datur: qui fraudem erario faciũt:
pecuniamq; publicam interuertũt. Nam a pecunia pe=
[illegible] dictum eſt iudiciũ Non autem ſi iudicatur fur
tum rei publicę ſicut rei priuatę. Nam ille ſic iudicatur
vt ſacrilegus: quia fur eſt ſacrorum. Repetundarum ac
cuſatur qui pecunias a ſociis cępit. In hoc iudicio reus
ſi ante moriatur: in bona eius iudicium redditur. Ince
ſti iudicium in virgines ſacratas vel ꝓpiquas ſanguine
conſtitutum eſt. Qui enim talibus miſcentur: inceſti id
eſt incaſti habentur. Maieſtatis reatu tenentur hi qui re
giam maieſtatem leſerunt vel violauerunt: vel qui rem
publicam prodiderunt: vel cum hoſtibus conſenſerũt
Piaculum dictũ pro eo ꝙ expiari poteſt : cõmiſſa ſunt
enim quę erant quoquo ordine expianda.

¶ De poenis in legibus conſtitutis. Cap. XXVII

DVpliciter malũ appellat̃. vnũ qd̃ hõ facit: al
terũ quod patit̃. Quod facit: peccatum eſt:
quod patitur pęna. Malũ aũt tunc plenũ eſt
cum & prateritum eſt. & impendit vt ſit &
dolor & metus. Poena dicta ꝙ puniat. Eſt autem epi=
thethon nomen & ſine adiectione non habet plenũ ſen
ſum: adiicis poenaꝫ carceris: poenam exilii: poenã mor
tis & imples ſenſum. Supplicium proprie dicitur non
qui quoquo modo punitur: ſed qui ita damnatur vt bo
na eius conſecrentur. & in publicum redigantur. Nam
ſupplicia dicebantur ſupplicamenta. et ſupplicium di=
citur: de cuius damnatione delibatur aliquid deo : vn=
de et ſupplicare. Octo genera poenarum in legibus cõ=
tineri. Tullius ſcribit.i. damnum: vincula: verbera: ta=
lionem: ignominium: exilium: ſeruitutem: et mortem
His namq; poenis vindicatur omne perpetratum pec=
catum. Damnum a diminutione rei vocatum. Vincula
a vinciendo.i. artando dicta: eo ꝙ conſtringant atq; re
tineant: vel quia viligant colla Compedes dicti: quia cõ
tinent pedes. Pedicę ſunt laquei quibus pedes illaqueã
tur. dictę a pedibus capiendis. Catenę autem ꝙ capien
do teneant vtraq; veſtigia nc progrediantur. Item cate
nę ꝙ ſe capiendo teneant plurimis nodis. Manicę ſũt
vincula quibus manus capiuntur: licet et manicę tuni=
carum ſint Neruus eſt ferreum vinculum: quo pedes vl̃
etiam ceruices impediuntur. Boia eſt torques damna=
torum quaſi iugum boum: ex genere vinculorum eſt.
Carcer eſt in quo cuſtodiũtur noxii. et dictus carcer ꝙ
eo hoies coerceãtur. includanturq;. quaſi arcer ab arcẽ
do.ſ. Locum aũt in quo ſeruantur noxii carcerem dici
mus numero tantũ ſingulari. vnde vero emittunt̃ qua=
drigę carceres vocamus. numero tantum plurali. Ver=
bera dicta. quia cũ agitantur aerem verberant. Hinc fla
gra et plagę et flagella: quia cũ flatu & ſtrepitu in corpo
re ſonãt Nam plagę quaſi flagę. ſed plagę et flagra pri
mę poſitionis ſunt: flagella aũt per diminutionem di=
cta. Anguilla eſt qua coercẽt̃ ĩ ſcholis pueri: quę vulgo
ſcutica dicitur Fuſtes ſunt quibus iuuenes pro crimini
bus feriuntur: appellati ꝙ prę fixi in foſſis ſtent quos
palos ruſtici vocant. Vectes dicti ꝙ manibus vectẽtur:
vnde oſtia ſaxaq; velluntur: ſed hi ad penas legum non
pertinent. Virgę ſũt ſummitates frondium arborũq;:
dictę ꝙ virides ſint: vel ꝙ vim habeant arguendi: quas
ſi lenis fuerit: virga eſt: ſi certe nodoſa vel aculeata: ſcor
pio rectiſſimo nomine vocatur : quia arcuato vulnere
in corpus infigitur. Ictus proprie flagellorum ſunt: ab
agitando vocati. Vngulę dictę ꝙ effodiant. Hę et fidi=
cule: quia his rei in eculeo torquentur: vt fides inuenia
tur. Eculeus autem dictus ꝙ extendat. Tormenta vero
ꝙ torquendo mentem inueniant. Eſt et lautumnũ ſup
plicii genus ad verberandum aptum: inuentum a tar=
quinio ſuperbo ad pęnas ſceleratorum Iſte enim prior
lautumnas tormenta: fuſtes: metalla atq; exilia adinue=
nit. et ipſe prior ex regibus exilium meruit. Talio eſt ſi
militudo vindictę: vt taliter quis patiatur vt fecit. Hoc

enim et natura et lege et inſtitutum: vt ledētem ſimilis
vindicta ſequatur. Vnde & illud eſt legis: oculum pro
oculo dentē pro dente. Talio aūt nō ſolū ad iniuriam
referendā: ſed etiā pro beneficio reddendo ponitur Eſt
enim cōmunis ſermo & iniurie & beneficētie. Ignomi
niū dictū eo φ deſinat habere honeſtatis nomē is q in
aliquo crimine dep̄hendit̄. Dictū aūt ignominiū quaſi
ſine noie: ſicut ignarus ſine ſciētia: ſicut ignobilis ſine
nobilitate. Hoc quoq; & īfamiū: quaſi ſine bona fama.
Fama aūt dicta. qa fando. i. loquēdo peruagat̄: per tra=
duces linguaꝝ. & auriū ſerpēs. Eſt aūt nomē & bonaꝝ
rerū & malaꝝ. Nam fama fęlicitatis interdū eſt: vt illud
eſt. Illuſtris fama: φ laus eſt: malaꝝ. vt Virgilius. Fama
malū quo nō aliud velocius vllū. Famę aūt nomē certi
locū nō habet: qa plurimum mēdax eſt adiiciēs multa
vel demutās de veritate: quę tandiu viuit: q̄diu nō pro=
batur. At vbi probaueris: eſſe fama ceſſat: & exinde res
noiatur: non fama. Exiliū dictū: quaſi extra ſolū. Nam
exul dicit̄. qui extra ſolū eſt. Vnde poſtliminio redeūti
bus. hoc eſt de exilio reducēdis: qui ſunt eiecti in iīuriā
ideſt extra limē patrię. Diuidit̄ aūt exilium in relegatis
& deportatis. Religat⁹ eſt quē bona ſua ſequunt̄. depor
tatus quē nō ſequunt̄. Proſcriptio exilii ꝑcul dānatio:
quaſi porro ſcriptio. Itē ꝓſcriptus qa palā ſcriptus. Me
tallū eſt vbi exules deputant̄ ad eruendā venā: marmo=
raq; ſecanda i cruſtis. Seruitus a ſeruando vocata apud
antiquos eni q in bello a morte ſeruabant̄: ſerui vocabā
tur. Hęc eſt ſola maloꝝ oim poſtrema: q̄ liberis oi ſup
plicio grauior eſt. Nam vbi libertas periit: vna ibi perie
runt & oia Mortiū vero diuerſi caſus: ex qbus crux vel
patibulū in quo hoies appēſi cruciant̄ vel patiunt̄: vndę
& noia habent: patibulum eni vulgo furca dicit̄: quaſi
ferens caput: ſuſpēſum eni & ſtrāgulatū hęc exanimat.
ſed patibuli minor poena q̄ crucis. Nā patibulū appen=
ſos ſtatim exanimat. crux āt ſuffixos diu cruciat: vnde
& in euāgelio latronibus vt morerent̄ & de ligno ante
ſabbatū deponerent̄: crura cōfracta ſūt qa ligno ſuſpē=
ſi cito mori nō poterāt. In ipſo quoq; gn̄e necis differt
Crudelius eſt enim in aqua ſpiritū torquētis extingui:
ignibus vri: frigore & fame necari: canibus & beſtiis ex
poni. Nā ferro mori: ętas quoq; maior optauit. Gladi⁹
eni ſine grauiori cruciatu cōpendioſa morte vitā finire
nouit. Culleū eſt parricidale vaſculū ab oculēdo. i. clau=
dendo dictū. Eſt aūt vter ex corio factus: in quo parrici
dę cū ſimia & gallo & ſerpēte incluſi in mare p̄cipitāt̄.
Oīm aūt iſtaꝝ mortiū gen⁹ aiaduerſio noiat̄. Aiaduer
ſio enim eſt: quādo iudex reū punit. et dr̄ aiaduertere. i.
animū illuc vertere: intēdere vtiq; ad puniendū reū qa
iudex eſt. Ideo autem romani aquam & ignem interdi
cebant quibuſdam damnatis: quia aer & aqua cunctis
patent. & omnibus data ſunt: vt illi nō fruerentur quod
omnibus per naturam conceſſum eſt.

¶ De chronicę vocabulo. Cap. XXVIII.

CHronica gręce dr̄ quę latine tēporū ſeries ap
pellatur: quale apud gręcos euſebius ceſarien
ſis epiſcopus edidit. & Hieronym⁹ preſbyter in latinā
linguam conuertit. Chronos enim gręce: latine tem=
pus interpretatur.

¶ De momentis et horis. Cp̄. XXIX.

TEmpora aūt momētis: horis: dieb⁹ mēſib⁹
annis: luſtris: ſeculis: ętatibus diuiduntur.
Momētū eſt minimū atq; anguſtiſſimū tē=
pus: a motu ſiderū dictū Eſt eni extremitas
horę in breuibus interuallis: cum ſol aliquid ſibi cedit
atq; ſuccedit. Hora gręcum nomen eſt: et tamen latinū
ſonat. Hora enim finis eſt temporis: ſicut & orę ſunt fi
nes maris: fluuiorum & veſtimentorum.

¶ De diebus. Cap. XXX.

DIes eſt p̄ſentia ſolis: ſiue ſol ſupra terras: ſi=
cut nox ſol ſub terris Vt ei dies aut nox ſit:
cauſa ē: aut ſupra terrā ſol: aut ſub terris Di
es legitim⁹. xxiiii. horaꝝ ē: vſq; dū dies &
nox ſpacia ſui curſ⁹ ab oriēte vſq; ad aliū oriētalē: ſolē
cęli volubilitate concludat. Abuſiue autem dies vnus
eſt: ſpacium ab oriente ſole vſq; ad occidētem. Sunt au
tem diei ſpacia duo: interdianum atq; nocturnū et eſt
dies quidem horarū. xxiiii. ſpaciū aūt horarū. xij. Vo=
catus autem dies: a parte meliore. Vnde & in vſu eſt vt
ſine cōmemoratione noctis: numerum dicamus dieꝝ
ſicut & in lege diuina ſcriptum eſt: factū eſt veſpere &
mane dies vnus. Dies ſecundum ęgyptios inchoat ab
occaſu ſolis. ſecundum perſas ab ortu ſolis: ſecūdum
atheniēſes a ſexta hora diei: ſecundum romanos a me
dia nocte. Vnde & tunc gallicinium eſt quorū vox diei
oſtenditur: pręconium: quando & meſonyctius afflat⁹
fit. Dies dicti a diis: quorū nomina romani quibuſdam
ſideribus ſacrauerunt Primum enim diem a ſole appel
lauerūt: qui princeps eſt omnium ſiderum: ſicut & idē
dies caput eſt cunctorum dierum. Secundū a luna quae
ſoli et ſplēdore et magnitudine ꝓxima eſt. et ex eo mu
tuat lumen. Tercium a ſtella martis: quae veſper vocatur
Quartum a ſtella mercurii: quam quidam candidum
circulum dicunt. Quintum a ſtella iouis: quam phętō
tem aiūt. Sextum a veneris ſtella: quam luciferum aſſe=
runt: quę inter omnia ſidera plus lucis habet. Septimū
a ſtella ſaturni: quae ſexto coelo locata. xxx. ānis fertur
explere curſum ſuum. Proinde autem ex his. vii. ſtellis
nomina diebus gentiles dederunt: eo φ per eoſdē ali=
quid ſibi effici aeſtimarent: dicentes habere a ſole ſpiri=
tum: a luna corpus: a mercurio ingenium et linguam: a
venere voluptatem: a marte ſanguinem: a ioue tēperā=
tiam: a ſaturno humorem. Talis quippe extitit gentili=
um ſtulticia: qui ſibi finxerunt tam ridiculoſa figmen=
ta. Apud hebreos autem dies prima: vna ſabbati dicit̄:
qui apud nos dies dominicus eſt: quem gētiles ſoli de
dicauerunt. Secunda ſabbati: ſecunda feria quem ſęcu
lares diem lunę vocant. Tercia ſabbati: tercia feria: quē
illi diem martis vocant. Quarta ſabbati: quarta feria:
qui mercurii dies dicitur a paganis Quinta ſabbati: qu
ta feria eſt. i. quintus a die dominico: qui apud gētiles

iouis vocaᷓ. Sexta ſabbati: ſexta feria eſt: qui apud eoſdem paganos veneris nũcupatur. Sabbatum aũt ſeptimus a dñico die eſt quē gentiles ſaturno dedicauerunt & ſaturnum noiauerunt. Sabbatum autē ex hebreo in latinum requies interpretatur: eo ꝙ deus in eo requieuiſſet ab omnibus operibus ſuis. Melius aũt invocabulis dierum de ore chriſtiano ritus loquendi eccleſiaſticus procedit. Tamen ſi quē forte cõſuetudo traxerit vt illud exeat ex ore quod improbat corde: intelligat illos oēs: de quorum nominibus appellati ſunt hi dies: homies fuiſſe & propter beneficia quædã mortalium: quia plurimũ potuerunt et eminuerunt in hoc ſęculo. delati ſunt eis ab amatoribus ſuis diuini honores & i diebus & in ſideribus. ſed primũ a noib⁹ hoim ſidera nũcupata. & a ſideribus dies ſunt appellati. A fando autem ferię nũcupatę ſunt ꝙ in eis nobis ſit tēpus dictionis. i. in diuino vel humano officio fari. ſed ex his feſti dies hoim cauſa inſtituti ſunt. feriati cauſa diuinorũ ſacrorũ. Partes diei tres ſunt: mane. meridies & ſuprema Mane lux matura & plena. nec iam crepuſculum. Et dictum mane a manu. manũ enim antiqui bonum dicebant. Quid enim melius luce? Alii mane exiſtimant vocari a diis manibus. quorũ cõuerſatio a luna ad terram eſt. Alii putãt ab aere quia manus. i. rarus eſt atq; pſpicuus. Meridies dictus quaſi medidies. hoc eſt medius dies: vel quia tunc purior dies eſt. Merũ enim purũ dicitur. In toto enim die nihil clarius meridie. quando ſole medio cælo rutilat. & oēm orbē pari claritate illuſtrat. Suprema eſt poſtrema pars diei: quãdo ſol curſum ſuũ in occaſũ vertit. dicta eo ꝙ ſupeſt ad partē vltimã diei. Serum vocatũ a clauſis ſeris. quando iam nox venit vt vnuſqſq; a ſomno tutior ſit. Hodie q̃ſi hoc die. & quotidie nõ cotidie. vt ſit quot dieb⁹. Cras quod eſt poſtea Heſternum eſt pridie. & dictũ heſternum ab eo ꝙ iam dies ipſe ſit a nobis extraneus & prætereundo alienus. Pridie aũt quaſi priori die. Perendie. i. per ante die. vel in anteceſſu. i. prius.

ℭ De nocte. Cap. XXXI.

NOx a nocēdo dicta. eo ꝙ oculis noceat Quę idcirco lunę ac ſiderũ lucē hʒ ne idecora eſſet & vt cõſolarenᷓ hoies nocte operãtes. & vt quibuſdã aiantibus quæ lucē ſolis ferre nõ pñt. ad ſufficientiã temperareᷓ. Noctis aũt & diei alternatio propter viciſſitudinē dormiendi vigilãdiq; effecta eſt: & vt operis diurni laborē: noctis requies tēperaret. Noctem autē fieri. aut quia lõgo itinere laſſatur ſol & cum ad vltimũ cęli ſpaciũ peruenerit elãgueſcit ac tabefact⁹ efflat ſuos ignes. aut qa eadē vi ſub terras cogiᷓ. qua ſuper terras ꝓtulit lumē. & ſic vmbra terrę noctē facit Vnde & Virgilius. Ruit oceano nox inuoluēs vmbra magna terrãq; polũq; Noctis partes ſeptem ſunt. i. veſper crepuſculũ. conticiniũ. intēpeſtum. gallíciniũ. matutinum. diluculũ. Veſper a ſtella occidētali vocitur: quæ ſolem occiduũ ſequiᷓ. et tenebras ſeq̃ntes pręcedit De qua. Virgilius. Ante diem clauſo cõponit veſper olympo. Tenebras autem dictas ꝙ teneant vmbras. Crepuſculum eſt dubia lux. Nam creperum dubium dicimus hoc eſt inter lucem et tenebras. Conticiniũ eſt. quando omnia ſilent. Conticeſcere enim ſilere eſt. Intēpeſtũ eſt medium & inactuoſum noctis tēpus: quãdo agi nihil poteſt et oĩa ſopore quieta ſunt Nam tēpus per ſe nõ intelligitur niſi per actus hũanos. mediũ autem noctis actu caret. Ergo intēpeſta inactuoſa quaſi ſine tempore hoc eſt ſine actu per quē dinoſcitur tempus. Vñ eſt. Intēpeſtiue veniſti. Ergo intēpeſta dicitur. quia caret tempore. i. actu. Galliciniũ propter gallos lucis ꝑnuncios dictum. Matutinũ eſt inter abceſſum tenebrarum et aurore aduentum: et dictum matutinum ꝙ hoc tēpus inchoante mane ſit. Diluculum. quaſi iam incipiens parua diei lux. Hæc et aurora quæ ſolem pręcedit. Eſt aũt aurora diei clareſcentis exordium. et primus ſplendor aeris. qui gręce eoos dicitur. quē nos per deriuationeʒ auroram vocam⁹. quaſi euroram. Vnde eſt illud. Et letus eois eurus equis. Et iterum. Eoaſq; acies.

ℭ De hebdomada. Cap. XXXII.

HEbdomada dicta a nũero dieꝝ ſeptē quoꝝ repetitiõe et menſes & anni et ſęcula peragũtur. Hepta eñ græci ſeptē dicũt hãc nos ſeptimanã vocam⁹. quaſi ſeptē luces. Nam mane lux eſt. Octauus autem dies. i. primus eſt. ad quē reditur. et a quo ruſis hebdomadis ſeries orditur.

ℭ De menſibus. Cap. XXXIII

MEnſib⁹ nomē eſt græcũ de lunę noie tractũ Luna eni mene gręco ſermone vocaᷓ. Vñ & apud hebreos menſes legitimi nõ ex ſolis circulo. ſed ex lunę curſu enumeraᷓ. qd eſt de noua ad nouam. Egyptii autem primi ꝑpter lunę velociorem curſum. et ne error cõputationis ei⁹ velocitate accideret. ex ſolis curſu diem menſis adinuenerunt. quo tardior ſolis motus facilius poterat comprehendi. Ianuarius menſis a iano dictus. qui fuit a gētilibus conſecratus. vel quia limes et ianua ſit anni. Vnde et bifrons idem ianus pingitur. vt introitus anni et exitus demonſtretur. Februarius nuncupaᷓ a februo ideſt plutone. cui eo menſe ſacrificabatur. Nam ianuarium diis ſuperis / februarium diis manibus romani cõſecrauerunt. Ergo februarius a februo ideſt a plutone. non a febre ideſt ægritudine nominatur. Martius appellatur propter martem romanę gētis auctorem. vel ꝙ eo tempore cuncta animantia agantur ad marem et ad cõcubendi voluptatem. Idem appellatur et menſis nouorum quia anni initiũ menſis eſt martius. Idem et nouũ ver indiciis. ſ. germinũ. quia in eo vireſcētib⁹ fructib⁹ nouis tranſactorũ probaᷓ occaſus. Aprilis pro venere diciᷓ: quaſi aphroditi: græce eni aphroditi venus diciᷓ vel qa hoc mēſe omia aperiuntur in florē: q̃ſi aperilis. Maius dictus a maia matre mercurii: vel a maiorib⁹ natu: qui erant principes reipublicę. Nã hũc mēſem maioribus: ſequentē vero minorib⁹ romani cõſecrauerũt vnde et iuni⁹ dicitur. Añ eni popul⁹ i cēturias ſenioꝝ &

iuniorum diuiſus erat. Iulius vero & auguſtus de ho=
noribus hominū iulii et auguſti ceſarū nūcupati ſunt.
Nam prius quintilis & ſextilis vocabant: quintilis: qa
quintus erat a martio: quem principem anni teſtantur
eſſe romani. ſextilis ſimil'r q ſext⁹ ſit. Septēber nomē
habet a nūero & imbre: qa ſeptimus eſt a martio & im=
bres hab3. Sic & October: nouēber atq3 decēber ex nu
mero & imbribus acceperūt vocabula: quē numerum
decurrētem decēber finit: pro eo q denarius numerus
pręcedentes numeros claudit. Calendas autē & nonas
& idus propter feſtos dies romani inſtituerūt: vel pro=
pter officia magiſtratuum. In his eni diebus cōuenie=
bātur in vrbibus. Quidam autē calendas a colendo ap=
pellari exiſtimant. Apud veteres enim omniū menſiū
principia colebantur: ſicut & apud hebreos. Idus autez
plęriq3 latinoꝝ ab edendo dictū putāt: q hi dies apud
veteres epulaꝝ eſſent. Nonę a nūdinis vocatę: nundinę
enim ſunt publicę conuentiones ſiue mercimonia.

De ſolſtitiis & equinoctiis Cap. XXXIIII.

SOlſticiū dictū quaſi ſolis ſtatium: q tūc ſole
ſtāte creſcant dies vel noctes. Equinoctiū ap=
pellatū q tūc dies & nox horarū ſpacio ęqua
li cōſiſtūt. Duo ſūt aūt ſolſticia: vnū eſtiuum
octauo kalēdas iulias: de quo tēpore remeare ſol ad in
feriores incipit circulos: aliud hyemale: octauo kalen=
das ianuarias: quo tēpore ſol altiores icipit circulos pe
tere. Vnde & hyemalis ſolſticii dies minim⁹ ſicut eſtiui
maximus inuenitur. Item duo ſunt equinoctia. vnum
vernale. & aliud autūnale. quæ græci ισομεριασ vo=
cant. Sunt aūt hęc eqnoctia die octauo kalendas apri=
lis. & octauo kalēdas octobris: qa annus olim in duas
partes tantum diuidebatur: hoc eſt: in eſtiuū et in hye=
male ſolſtitium. & in duo hemiſperia.

De temporibus anni. Cap. XXXV.

TEmpora āni ſūt quattuor: ver: ęſtas: autūn⁹
& hyems. Dicta ſūt aūt tēpora a cōmuniōis
tēperamento: q inuicē ſe humore ſiccita=
te: calore & frigore tēperēt. Hęc & curricu
la dnr: qa non ſtant ſed currunt. Conſtat autem poſt fa=
ctum mundum ex qualitate curſus ſolis tempora inter
nos menſes fuiſſe diuiſa. Quorum tēporum talem vete
res diſcretionem faciunt: vt primo menſe ver nouū di
catur: ſecūdo adultū: tertio pręceps. Sic & ęſtas in ſuis
tribus menſibus: noua: adulta & pręceps. ſic & autūn⁹
nouus. adultus & præceps. Item hyems noua: adulta.
& pręceps ſiue extrema. Vnde eſt illud Virgilii. Extre=
mę ſub caſum hyemis. Ver autem dictū q vireat. Tūc
enim poſt hyemē veſtitur tellus herbis. & i florē cūcta
prorūpunt. Eſtas dicitur ab eſtu. i. a calore. & ęſtas qua=
ſi vſta. i. exuſta & arida. nam calor aridus eſt. Autūnus
a tempeſtate vocatus: quando & folia arborum cadūt
& omnia matureſcunt. Hyemem autem ratio hemiſpe
rii nuncupauit. quia tunc breuiori ſol ſoluitur circulo.
Vnde & hoc tēp⁹ bruma dicit quaſi βραχειαημερο
idest breuis dies. vel a cibo q maior tūc ſic veſcēdi ap
petitus. Edacitas enim gręce bruma appellat. Vnde &
imbrumari dicuntur quibus faſtidiū eſt ciborum. Hi=
bernus autē inter hyemem & vernū eſt. quaſi hiuernus
qui plęrūq3 a parte totam hyemē ſignificat. Hæc tēpo
ra. ſingulis etiam cęli partibus aſcribūtur. Ver quippe
orienti datur. quia tunc ex terris omnia oriuntur. ęſtas
ero meridiano. eo q pars eius calore flagrantior ſit.
hyems ſeptētrioni eo q frigorib⁹ & perpetuo gelu tor
peat. Autūnus occiduo. eo q graues morbos habeat.
Vnde & tunc omnia folia arborum defluunt. Vt autē
autūnus abūdet morbis. facit hoc confiniū frigoris &
caloris. & cōpugnantia inter ſe contrariorum aerum.

De annis. Cap. XXXVI.

ANnus eſt ſolis anfractus. cum peractis tre=
centis. lxv. dieb⁹ ad eadē loca ſiderū redit.
Ann⁹ autē dict⁹: quia mēſib⁹ i ſe recurrēti
b⁹ voluit. Vnde et annulus quaſi annuus id
eſt circulus q in ſe redeat. vt Virgilius. Atq3 in ſe ſua p
veſtigia voluitur annus. Sic enim apud ęgyptios indi=
cabatur ante inuentas litteras. picto dracone. caudam
ſuam mordente. quia in ſe recurrit. Alii annum dicunt
απο του ανανεουσθαι id eſt ab innouatione: reno=
uatur enim ſemper. Tria ſunt autē genera annorū. Aut
enim lunaris ann⁹ ē. xxx. dierū. aut ſolſtitialis qui. xii.
continet menſes. aut magnus omnibus planetis in eū=
dem locum recurrētibus. qui fit poſt annos ſolſtitiales
plurimos. Era ſingulorum annorū conſtituta eſt a cęſa
re auguſto quādo primū cenſu excogitato romanum
orbem deſcripſit. Dicta autē ęra ex eo q omnis orbis
ęs reddere profeſſus eſt reipublicę.

De olympiadibus et luſtris et iubileis. Ca. XXXVII

OLympias apud gręcos cōſtituta apud elidē
gręcię ciuitatē. eliis a gētibus agonē et qn=
quēnale certamen. qttuor mediis ānis vacā
tib⁹ & hoc ob elidū certaminis tēp⁹ olympia
dem vocauerunt. quadriennio in vna olympiade ſup=
putato. Luſtrum vero eſt penteteris. i. quinquennium.
quod quinto anno dicitur condi propter olypiadas a
romanis. adhuc enim conſules: adhuc æra nondum
erant. Eſt enim quinquennale tēpus. Ideo vero ſic voca
tur eo q cenſu per quīquennium in republica peracto
vrbs roma luſtrabatur. Iubileus interpretatur remiſſio
nis annus. Eſt enim hebraicus et ſermo et numer⁹ qui
ſeptennis annorum hebdomadibus. i. xl. &. ix ānis te
xitur in quo clangebatur tubis. et ad omnes reuertebat
antiqua poſſeſſio. debita abſoluebantur. confirmaban
tur libertates. Hunc numerū etiā in diebus pentecoſtē
et ipſi celebram⁹ poſt domini reſurrectionem remiſſa
culpa. et totius debiti chirographo euacuato. ab oī ne
xu liberi. ſuſcipiētes aduenientē in nos gratiā ſpūs ſācti

De ſęculis et ętatibus. Cap. XXXVIII.

SEcula generationibus conſtant. et inde ſęcu
la q ſequant. Abeuntibus enim aliis alia ſuc
cedunt. Hunc quidā quinquageſimū annū
dicūt. quē hebręi iubileū vocāt. Ob hāc cauſā

& ille hebreus qui ꝓpter vxorem & liberos amãs dñm
ſuũ. aure pertuſa. ſeruitio ſubiungatus. ſeruire iubeť in
ſeculũ. hoc eſt vſq; ad annũ quinquageſimũ. Etas plæ-
rũq; dicitur & pro vno anno vt in annalibus. & pro. 7.
vt hominis. & pro centũ & pro quouis tempore. Vnde
& ætas tempus quod de multis ſæculis inſtruitur. Et di
cta etas quaſi euitas. i. ſimilitudo eui. Nã æuũ eſt ætas
perpetua. cuius neq; ĩitiũ neq; extremũ noſcitur. quod
græci vocant enoas. quod aliquando apud eos ꝓ ſecu
lo. aliquãdo ꝓ eterno ponitur. vnde & apud latinos eſt
deriuatum. Etas aũt proprie duobus mõis dicitur. aut
enim hois: ſicut infantia. iuuentus ſenectus. aut mũdi.
cuius prima ætas eſt ab adã vſq; ad noe. ſecunda a noe
vſq; ab abraham. tertia ab abrahã vſq; ad dauid. quar
ta a dauid vſq; ad trãſmigrationẽ iude in babylonem.
quinta deinde vſq; ad aduentũ ſaluatoris in carnẽ. ſex-
ta que nũc agitur vſq; quo mundus iſte finiatur. Quarũ
decurſus per generationes & regna. primus ex nr̃is iu-
lianus africanus ſub imperatore marco aurelio anto-
nino ſimplicis hiſtorie ſtilo elicuit. Dehic euſebius eps
cæſarienſis. atq; ſancte memorie. Hieronymus preſby
ter chronicorum canonẽ multiplicem ediderũt. hiſto-
riã regnis ſimul & temporibus ordinatam. Dehinc alij
atq; alij. iter quos precipue victor turoneñ. eccleſie eps
recenſitis priorum hiſtorijs geſta ſequẽtium etatũ vſq; ad
conſulatũ iuſtini iunioris imperatoris expleuit. Horũ
nos temporũ ſummã ab exordio mũdi ad auguſti Erá
clij imperatoris vel ſuintilani regis gotthorum. quãta
potuimus breuitate notauimus tempora. adiacente e
latere deſcendente linea temporum cuius indicio ſum
ma preterita ſeculi cognoſcatur. Quarũ decurſus per
generationes & regna ita inſpicitur.

De diſcretione temporum. Cap. XXXIX.

PRima ætas continet in exordio ſui creationem
mũdi. Primo enim die deus in lucis nomine cõ
didit angelos. ſecundo in firmamenti appella-
tiõne celos. tertio in diſcretiõis vocabulo ſpeciẽ aqua-
rum & terræ. quarto luminaria cæli. quinto animantia
ex aquis. ſexto animantia ex terra & hominem quem
appellauit adam.

ADam anno. 230. genuit Seth. a quo filij dei 230.
Seth an. 205. genuit Enos. qui primus cepit inuo
care nomẽ domini. 435. Enos an. 190. genuit caynan.
625. Caynan an. 170. genuit malaleel. 795. Malaleel
an. 165. genuit lareth. 960 lareth an. 162. gẽuit enoch.
qui tranſlatus eſt. 1122. Enoch an. 165. genuit matuſalã
1287. Matuſalã an. 167. gẽuit lamech. 1454. Lamech
an. 188. gẽuit noe. Archa edificatur. 1642. Noe autem
an. 600. factum eſt diluuium. 2242.

Secunda etas.

SEm poſt diluuiũ. 11. ãno gẽuit arfaxat a quo
chaldei. 2244. Arfaxat an. 135. genuit ſala.
a quo ãtiqui ſamarite & indi fuerunt. 2379.
Sala an. 10. gẽuit heber. a quo hebrei. 2509.
Heber an. 134. genuit falech. Turris edificať. 2643. Fa
lech an. 130. gẽuit ragau. Dij primũ adoranť. 2773. Ra
gau an. 132. gẽuit ſeruch. Regnũ ichoat ſcytharum. 2905.
Seruch an. 130. genuit nachor. Regnũ ægyptiorum na
ſcitur. 3035. Nachor an. 79. genuit tharã. Regnum aſſy
riorum ſycimorũq; exoritur. 3114. Thara an. 70. genuit
abraham. Zoroaſtes magicam repperit. 3184.

Tertia etas.

ABrahã an. c. gẽuit yſaac ex ſara libera. Nam
prius & Iſmahel: a quo & Iſmaelite. 3284.
Yſaac an. 60. genuit iacob. Argiuorum re-
gnũ ĩchoat. 3344. Iacob an. 91. gẽuit ioſeph
Phoroneus grecie legis dedit. 3435. Ioſeph an. 110. vi-
xit. Grecia ſegetes hr̃e cepit. 3545. Hebreorum ſeruitutis
in ægypto an. 144. Athlas aſtrologiam inuenit. 3689.
Moyſes an. 40. rexit populũ ĩ heremo. Hebrei legem
& lr̃as habere ceperunt. 3729. Ioſue an. 27. Erichtho-
nius in troia primus quadrigã iũxit. 3756. Othoniel an
40. Cadmus lr̃as grecis dedit. 3796. Aoth an. 80. Fa-
bule ficte ſunt. 3876. Delbora an. 40. Apollo medici-
ne artem inuenit & cytharam repperit. 3916. Gedeon
an. 40. mercurius lirã repperit & orpheo tradidit. 3856
Abimelech an. 3. Chorus in græcia inuentus eſt. 3959.
Tola an. 22. Priamus regnauit ĩ troia. 3981. Iair an. 22.
Carmẽtis latinas lr̃as repperit. 4003. Iepte an. 6. Her
cules flãmis ſe iniecit. 4009. Abeſſan an. 7. Alexander
helenam rapuit. 4016. Abdon an. 8. Troia capta eſt: &
eneas in Italiã venit. 4024. Sãſon an. 20. Aſcanius al-
bam cõdidit ciuitatem aqua albani. 4044. Heli ſacer
dos an. 40. Archa teſtamẽti capitur. 4084. Samuel &
ſaul an. 40. Homerus fuiſſe putatur. 4124.

Quarta ætas.

DAuid an. 40. Carthago a didone cõdiť. Gad
nathan & aſaph prophetauerunt. 4164. Sa-
lomon an. 40. Templũ hieroſolymis edifi-
catur. 4204. Roboan an. 17. Regnũ iſrael &
iuda diuidiť. 4221. Abia an. 3. ſub quo achimelech põti
fex fuit. 4224. Aſa an. 41. Achias amos iehu iohel &
azarias ꝓphetauerũt. 4265. Ioſaphat an. 25. Prophe
tauit helias & heliſeus abdias & micheas. 4290. Iorã
an. 8. Prophetauit helias & heliſeus. 4298. Ochozias
an. 1. Helias rapiť. 4299. Athalia an. 7. Ionadab filius
rechab ſacerdos claruit & ioiada põtifex. 4306. Ioas
an. 40. Zacharias ꝓpheta occidiť inter templũ & alta
re. Heliſeus moritur. 4346. Amaſias an. 29. Carthagi
nem quidam hoc tempore aſſerunt conditam: alij non
vt ſupra. 4375. Ozias an. 52. Olympias a grecis iſtitui
tur: aſſyriorumq; regnum in medos trãſfertur. 4427.
Ioathan an. 16. Remus & Romulus naſcuntur. 4443.
Achaz an. 16. Roma cõditur. 4459. Ezechias an. 29.
Sẽatus rome fit. 4488. Manaſſes an. 55. Sibilla ſamia
claruit. 4343. Amon an. 12. Cenſus primũ agiť. 4555.
Ioſias an. 32. Thales philoſophus agnoſcitur. 4587.
Ioachim an. 11. Nabuchodonoſor iudeã capit. 4598.
Sedechias an. 11. Templum hieroſolymis incẽſum eſt.
Sapho mulier diuerſo poemate claruit. 4609.

Quinta ętas.

HEbreorum captiuitas an 70 Iudith hiſtoria conſcribitur 4679. Darius an 34 Iudæorum captiuitas reſoluitur 4713 Xerxes an 20. Sophocles & euripides tragędi celebrãt iſignes 4733 Artaxerxes an 40 Eſdras incẽſam legẽ renouat 4773 Darius q & nothus an 19 Hęc ętas habuit platonẽ & gorgiã primũ rhetorẽ 4792. Artaxerxes an 40. Heſter hiſtoria ſcribiť. 4832. Artaxerxes qui & ochus an 26 Demoſthenes & ariſtoteles predicantur 4853. Xerxes an 4 Xenocrates illuſtris habeť 4862 Darius an 6 Alexander hieroſolymam cepit 4865. Alexãder magnus an 5. Aſiam obtinuit 4873. Ptolemęus an 40 Machabeorum liber inchoat primus. 4913. Philadelphus an 38. Septuaginta interpretes agnoſcunť. 4951. Euergetes an. 26. Ieſus ſapientiæ librum compoſuit. 4977. Philopater an 17 Ab iſto iudæi prelio victi. 40. milia corruerũt armatorum 4994. Epiphanes an 24 Machabeorum ſecunda libri hiſtoria componitur. Romani gręcos obtinuerunt 5018. Philomethor an 35. Scipio africam vicit 5053 Euergetes an 29 Brutus hiſpaniam ſubegit 5082 Sother an 17 Thraces romanis ſubijciuntur 5099 Alexãder an 10. Syria romanis ſubiecta eſt. 5109. Ptolemæus an 9. Rhetorica ars romæ cępit 5117 Dionyſius an 30. Pompeius iudæam capit. 5147. Cleopatra an 2 Egyptus romanis ſubditur. 5149. Iulius cæſar an 5 Hic primus monarchiam tenuit 5154.

Sexta ętas.

Octauianus an 56 Chriſtus naſcitur 5210 Tiberius an 23 Chriſtus crucifigitur 5233 Caius galicula an 4 Mattheus euãgeliũ ſcripſit 5237. Claudius an 14 Marcus euangelium edidit 5251 Nero an 14 Petrus & Paulus necantur 5265 Veſpaſianus an 10 Hieroſolyma a tito ſubuertitur. 5275. Titus an 2 Hic facũdus & pius fuit 5277. Domitianus an 16 Ioãnes in pathmos relegať 5293 Nerua an 1. Ioannes epheſũ redijt 5294 Traianus an 19 Ioãnes apoſtolus requieſcit 5313. Adrianus an 21 Aquila interpres habetur 5334 Antoninus pius an 22 Valẽtinus & Marcion agnuſcuntur 5356 Antoninus verus an 19 Catafrigarum hereſis oritur 5375 Cõmodus an 13 Theodocion tertius interpres habetur 5388 Elius pertinax an 1. Nihil habet hiſtorię 5389 Seuerus an. 18. Simmachus interpres quartus habetur 5407 Antoninus caracalla an 7 Quinta editio hieroſolymis inuenitur 5414 Macrinus an. 1. Huius breuitas vitæ nihil geſtorum habet 5415 Aurelius antoninus an 4. Sabellij hereſis oritur 5419 Alexander an 13 Origenes inſignis habetur 5432 Maximus an 3 Iſte germãos vicit 5435 Gordianus an 7 Iſte de parthis & perſis triũphauit 5441 Philippus an 7 Hic primus chriſtianus imperator fuit 5448 Decius an 1 Antonius monachus claruit 5449 Gallus an 2 Nouatus hereſim cõdidit 5451 Valerianus an. 15 Cyprianus martyrio coronatur 5466 Claudius an 6 Iſte gotthos ab illirico expulit 5468 Aurelianus an 5 Iſte chriſtianos perſequitur 6474 Tacitus an 1. Huius breuitas vitę nihil habet hiſtorię. 5475. Probus an. 6. Manich eorum hereſis orta eſt. 5481. Carus an. 2. Iſte de perſis triumphauit. 5483. Diocletianus an. 20. Iſte diuinis libris aduſtis martyria facit 5503. Galerius an. 2. Huius breuitas vitæ nihil dignũ hiſtoriæ cõtulit. 5505. Conſtantinus an. 30. Nycena ſynodus congregatur. 5535. Conſtantius an. 24. Antropomorphitarum hereſis oritur. 5559. Iulianus an. 2. Hic ex chriſtiano paganus effectus eſt. 5561. Iouinianus an 1. Iſte iterum xp̃ianus effectus eſt. 5562. Valens an. 14. Gotthi heretici efficiuntur. 5576. Gratianus an. 6. Priſcillianus agnoſcitur. 5582. Valentinianus an. 7. Hieronymus in bethleẽ predicatur. 5589. Theodoſius an 3. Ioannes anachorita claruit. 5592. Archadius an. 13. Ioãnes chriſoſtomus floruit. 5605. Honorius an. 15. Auguſtinus epiſcopus claruit. 5620. Theodoſius an. 27. Neſtorius hereſiarches extitit. 5647. Marcianus an. 6. Calcedonenſis ſynodus agitur. 5653. Leo maior an. 16. Egyptus errore dioſcon latrat. 5669. Zenon an. 17. Acephalorum hereſis orta eſt. Corpus barnabę apoſtoli & euangelium Matthei repertum eſt. 5686. Anaſtaſius an. 27. Fulgẽtius epiſcopus predicatur. 5713. Iuſtinus an. 8. Acephalorum hereſis abdicatur. 5721. Iuſtinianus an. 29. Vvãdali in africa Beliſario extinguuntur. 5760. Iuſtinus an 11. Armenij fidem Chriſti ſuſcipiunt. 5771. Tiberius an. 7. Longobardi italiã capiunt. 5778. Mauritius an. 21. Gotthi catholici effecti ſũt. 5799. Focas an. 8. Romani cedũtur a perſis. 5807. Eraclius an. 27. Huius qnto & quarto religioſiſſimi principis ſiſeputi in hiſpania iudæi baptizantur. Reſiduum ſextę ætatis tẽpus ſoli deo eſt cognitum. 5857.

Incipit liber ſextus.

De veteri & nouo teſtamento. Cap. I.

VEtus teſtamentum ideo dicitur: quia veniẽte nouo ceſſauit. De quo apoſtolus meminit dicens: Vetera tranſierunt: & ecce omnia noua facta ſunt. Teſtamentum autem nouum ideo nuncupatur. quia innouat. Non eni illud diſcunt: niſi homines renouati ex vetuſtate per gratiam: & pertinentes iam ad teſtamẽtum nouũ: quod eſt regnum cęlorum. Hębrei autẽ vetus teſtamentum Eſdra auctore iuxta numerum litterarum ſuarum in. xxij. libris accipiunt. diuidentes eos in tres ordines. legis. ſ. & pphetarum & agiographorũ. Primus ordo legis in quinq; libris accipitur: quorum primus eſt breſith quod eſt geneſis. ſecũdus elleſmoth: quod eſt exodus tertius vagecra: quod eſt leuiticus. quartus vagedaber: quod eſt numerus. qntus elleaddabarim: quod ẽ deuteronomiũ. Hi ſunt quinq; libri moyſi: quos hebręi thorat vocant latini legem appellant. Proprię aũt lex appellatur: qa per moyſen data eſt. Secũdus ordo eſt pphetarum in

quo continentur libri octo: quorũ primus ioſue bennũ qui latine ieſu naue dicitur. ſecũdus ſopthim. quod eſt iudicum. tertius ſamuel. qui eſt regum primus. quartus malachum. qui eſt regũ ſecundus. quintus eſaias. ſextus hieremias. ſeptimus ezechiel. octauus tareſra: qui dicit̃ 12. prophetarum. qui libri quia ſibi pro breuitate adiũcta ſunt pro vno accipiuntur. Tertius eſt ordo agiographorum. i. ſancta ſcribentium. in quo ſunt libri nouem: quorũ primus iob. ſecundus pſalteriũ. tertius maſloth: quod eſt prouerbia ſalomonis. Quartus coleth: quod eſt eccleſiaſtes. quintus ſyraſirim: quod eſt cantica cãticorũ. ſextus daniel. ſeptimus dabreiamin: quod eſt verba dierũ hoc eſt paralypomenon qui eſt criſtonicon. q in duos libros diuiditur apud grecos & latios. octauus eſdras. nonus Heſter: qui ſimul oẽs. 5. 8. &. 6. ſunt. 22. ſicut ſuperius comprehenſi ſunt. Quidã autẽ ruth & cinoth: quod latine dicit̃ lamentatio hieremie: agiographis adijciũt. &. 24. volumina teſtamẽti veteris faciũt. iuxta. 24. ſeniores qui ãte cõſpectũ dñi aſſiſtũt. Quartus eſt apud nos ordo veteris teſtamẽti eorũ librorum qui in canone hebraico non ſunt. Quorũ primus ſapiẽtiæ liber eſt. ſecundus eccleſiaſticus. tertius tobie. quartus iudith. quintus & ſextus machabeorum: quos licet iudæi inter apocrypha ſeparent: eccleſia tñ xp̃i inter diuinos libros & honorat & predicat. In nouo aũt teſtamẽto duo ſunt ordines. primus euãgelicus: in quo ſũt mattheus: marcus: lucas: & Ioannes. ſecũdus apoſtolicus: in quo ſunt paulus in. 14. epiſtolis. petrus in duobus. ioannes in tribus. iacobus & iudas in ſingulis. actus apoſtolorum & apocalypſis ioannis. Sũma autem vtriuſq; teſtamenti trifarie diſtiguitur. i. in hiſtoria: in moribus: in allegoria. Rurſus iſta tria multifarie diuiduntur: id ẽ quid a deo: quid ab angelis vel ab hominibus geſtũ dictumq; ſit. quid a prophetis nũciatum de xp̃o & corpore eius. quid de dyabolo & membris eius. quid de veteri & nouo populo. quid de preſenti ſæculo & futuro regno atq; iudicio.

¶ De ſcriptoribus & vocabulis ſctõrum librorũ. Cap̃. II.

Veteris teſtamenti ſecundum hebreorum traditionem hi perhibẽtur auctores. Primus moyſes diuinæ hiſtoriæ coſmographiam in quinq; voluminibus edidit: quod pentateucũ nominatur. Pentateucum autem a quinq; voluminibus dicitur. Penta enim græce quinq;: teucen volumen vocatur. Geneſis liber inde appellatur: eo q̃ exordium mũdi & generatio ſæculi in eo cõtineatur. Exodus vero exitũ ab ægypto vel egreſſum populi iſrael digerit: & ex ea cauſa nomẽ accepit. Leuiticus appellatur eo q̃ leuitarũ miniſteria & diuerſitatẽ victimarũ exequitur: totuſq; in eo ordo leuiticus annotatur. Numerorum liber vocat̃ eo q̃ in eo egreſſę de egypto tribus dinumerant̃: &. xl. duarũ per heremũ manſionũ in eo deſcriptio continetur. Deuteronomiũ græco ſermone appellatur: quod latine interpretatur ſecũda lex. i. repetitio & euangelicę legis prefiguratio: q̃ ſic ea habet que priora ſunt vt tamẽ noua ſint oĩa q̃ in eo replicantur. Ioſue liber nomen accepit a ieſu filio naue cuius hiſtoriã cõtinet: ſcriptorem vero eius eundem ioſue hebręi aſſeuerant: in cuius textu poſt iordanis tranſitum regna hoſtiũ ſubuertunt̃: terra victori populo diuiditur & per ſingulas vrbes viculos montes atq; confinia eccleſię cęleſtiſq; hieruſalẽ ſpiritualia regna prefigurantur. Iudiciũ nominatur a principibus populi: qui prefuerunt in iſrael poſt moyſen & ioſue ãteq̃ dauid & cæteri reges exiſterent. Hunc librũ & ruth: edidiſſe creditur ſamuel. Liber ſamuel eiuſdẽ ſamuelis natiuitatẽ & ſacerdotiũ & geſta deſcribit. icciréo & ab eo nomen accepit. Et q̃uis hic liber ſaul & dauid hiſtoriã cõtineat vtriq; tamen ad ſamuel referuntur: quia ipſe vnxit ſaul in regnũ: ip̃e dauid in regem futurũ. Cuius libri primã partem conſcripſit idem ſamuel: ſequẽtia vero eius vſq; ad calcem ſcripſit dauid. Malachum liber proide appellatur eo q̃ reges iudę iſraheliticę gentis: geſtaq; eorũ per ordinẽ digerat temporum. Malachim enim hebraice latine regum interpretatur. Hũc librum hierẽmias primus in vnũ volumen coegit. Nam antea ſparſus erat per ſingulorũ regũ hiſtorias. Paralypomenõ gręce dr̃ q̃ nos p̃termiſſorũ vel reliquorũ dicere poſſumus: qa ea quę in lege vel regum libris: vel omiſſa: vel nõ plene relata ſunt in iſto ſummatim & breuiter explicantur. Librum iob quidã moyſen ſcripſiſſe arbitrãtur: alij vnũ ex p̃phetis: nõnulli vero eundẽ iob poſt plagã ſuę paſſionis ſcriptorẽ fuiſſe exiſtimant: arbitrantes: vt qui certamina ſpecialis pugnę ſuſtinuit: ip̃e narraret quas victorias expediuit. Principia autẽ & fines libri iob apud hebręos proſaica oratiõne texta ſunt: media aũt ipſius ab eo loco in quo ait. Pereat dies in qua natus ſũ: vſq; ad eũ locum. Icciréo ego me reprehẽdo & ago pęnitẽtiam. oĩa heroico metro diſcurrunt. Pſalmorum liber gręce pſalteriũ: hebraice nablũ: latine organũ dicit̃. Vocatus autem liber pſalmorum q̃ vno propheta canẽte pſalteriũ chorus cõſonando reſpõderit. Titulus aũt in pſalmis hebraicis ita eſt. quod interpretatur volumen hymnorum. Auctores autẽ pſalmorum ſunt quę ponuntur in titulis moyſes. ſ. & Dauid: & ſalomõ aſaph: ethan: & iditun & filij chorę heman ezraite & reliquorũ: quos eſdras vno volumine cõprehendit. Oẽs autẽ pſalmi apud hebreos metrico carmine cõſtãt eſſe compoſiti. Nam in more romani flacci & græci pindari: nunc alij iambo currunt: nũc elegiaco perſonã: nunc ſapphico nitent trimetro vel tetrametro pede incedentes. Salomon filius Dauid regis iſrael iuxta numerum vocabulorum ſuorum tria volumina edidit: quorũ primus ẽ hebraice maſloth: quẽ græci parabolas: latini prouerbiorũ nominant: eo q̃ in ip̃o ſub comparatiua ſimilitudine figuras verborũ & imagines veritatis oſtenderit: ip̃am aũt veritatem ad intelligendũ legẽtibus reſeruauit. Secundũ librũ coleth vocauit: q gręce eccleſiaſten dicitur: latine concionator: eo q̃ ſermo eius nõ ſpecialiter ad vnũ ſicut in p̃uerbijs: ſed ad vniuerſos generaliter dirigatur: docens omnia q̃ in mundo ſunt caduca

eſſe & breuia:& ob hoc minime appetenda. Tertiũ li-
brum ſiraſirim p̄notauit:qui in latina lingua vertiť can
tica canticorũ:vbi per epitalamiũ carmen coniunctio-
nem xp̄i & eccleſię myſtice canit. Dictũ aũt canticũ cã-
ticorum eo ꝙ oibus cãticis p̄feratur quę in ſcripturis ſa
cris habentur:ſicut q̄dam in lege dicunť ſancta:quibus
maiora ſunt ſancta ſanctorũ. Hoꝝ aũt trium librorum
Carmina:Hexametris: & pentametris verſibus apud
ſuos cõpoſita perhibenť: vt Ioſephus & Hieronymus
ſcribũt. Eſaias euãgeliſta potius q̄ ꝓpheta edidit librũ
ſuũ. cuius & oĩs textus eloquẽtiæ ꝓſa incedit:canticum
vero hexametro & pẽtametro verſu diſcurrit. Hieremi
as ſimiliter edidit librum ſuũ cũ threnis ſuis: quos nos
lamẽta vocamus:eo ꝙ i triſtioribus rebus funeribuſqꝫ
adhibeantur:in quibus quadruplex diuerſo metro cõ-
poſuit alphabetũ. Quorũ duo prima quaſi ſapphico
metro ſcripta ſunt:quia tres verſiculos qui ſibi nexi ſũt
& ab vna tãtũ littera incipiunt:heroicũ cõma cõcludit.
Tertiũ alphabetum trimetro ſcriptũ eſt.& a ternis litte
ris:id eſt terni verſus incipiũt. Quartũ alphabetũ ſimi-
le primo & ſecundo habeť. Ezechiel & daniel a viris:q
buſdam ſapientibus ſcripti eſſe perhibentur:quoꝝ eze
chiel principia & fines:multis habet,obſcuritatibus in-
uoluta. Daniel vero claro ſermone regna orbis ꝓnun
ciat & tẽpus aduẽtus xp̄i manifeſtiſſima p̄dicatione an
notat. Hi ſunt q̄ttuor prophetę qui maiores vocantur
quia prolixa volumina condiderunt. Liber autẽ.12.ꝓ-
phetarũ auctoꝝ ſuorum nominibus p̄notatur: qui pro
pterea dicuntur minores: quia ſermones eorũ breues
ſunt. Vnde & connexi ſibimet inuicem invnovolumine
continentur: quoꝝ nomina ſunt:oſee:iohel:amos:ab-
dias:ionas:micheas:naũ:abachuc:ſophonias:aggeus
zacharias:& malachias. Eſdrę liber auctoris ſui titulo
prenotatur:in cuius textu eiuſdẽ eſdrę neemięqꝫ ſermo
nes pariter cõtinentur. Ne quẽq̄ moueat ꝙ vnus eſdræ
diciť liber:q̄a ſecundus tertius & quartus non habẽtur
apud hebreos:ſed inter apocryphos deputanť. Heſter
librum eſdras crediť conſcripſiſſe:in quo eadem regina
ſub figura eccleſiæ dei populũ a ſeruitute & morte eri-
puiſſe ſcribitur:atqꝫ interfecto hoſte aman qui interpre
tatur iniquitas:diei celebritas in poſteros mittitur. Li-
ber ſapientiæ apud hebreos nuſq̄ eſt: vñ & ipſe titulus
græcã magis eloquentiã redolet. Hunc iudæi philonis
eſſe affirmant:qui proinde ſapiẽtię nominatur: quia in
eo xp̄i aduentus qui eſt ſapientia patris & paſſio eius
euidenter exprimitur. Librũ aũt eccleſiaſticum certiſſi
me ieſus filius ſyrach hieroſolymita nepos ieſu ſacer-
dotis magni cõpoſuit:cuius meminit & zacharias: q li
ber apud latinos ꝓpter eloquij ſimilitudinem ſalomo-
nis titulo p̄notatur. Dictus autẽ eccleſiaſticus eo ꝙ de
totius eccleſiæ diſciplina religioſęqꝫ cõuerſationis ma-
gna cura & ratione ſit editus. Hic liber apud hebreos
reperiť:ſed inter apocryphos habetur. Iudith vero &
tobias ſiue machabeorũ libri: q̄bus auctoribus ſcripti
ſint minime conſtat. Habent autem vocabula ex eorũ
nominibus:quorũ geſta ſcribũtur. ¶ Quattuor libros
euangelioꝝ quattuor euangeliſte ſingulariter conſcri-
pſerunt. Primus mattheus conſcripſit euangeliũ litte-
ris hebraicis & ſermonibus in iudęa: initians euangeli
zare ab humana xp̄i natiuitate:dicẽs. Liber generatio
nis ieſu xp̄i filij dauid filij abrahã: ſignificans deſcẽdiſ-
ſe corporaliter ex ſemine patriarcharũ xp̄m: ſicut pro-
miſſũ erat in ꝓphetis per ſpiritũ ſanctũ. Secũdus mar-
cus plenus ſpiritu ſãcto ſcripſit euãgelium xp̄i eloquio
gręco i Italia:ſecutus petrũ vt diſcipulus. Is initiũ a ſpi
ritu ꝓphetali fecit:dicens. Vox clamãtis in deſerto pa-
rate viã dñi:& reliqua: vt oſtẽderet xp̄m poſt aſſũptio-
nem carnis: euangeliũ predicaſſe in mundo. Ip̄e enim
xp̄us & propheta dictus eſt:ſicut ſcriptũ eſt. Et prophe
tam in gentibus poſui te. Tertius lucas inter oẽs euan-
geliſtas gręci ſermonis eruditiſſimus q̄ppe vt medicus
in gręcia euangeliũ ſcripſit theophilo ep̄o:initiãs a ſa-
cerdotali ſpiritu dicens:Fuit in diebus herodis regis iu
deę ſacerdos quidã nomine zacharias:vt manifeſtaret
xp̄m poſt natiuitatẽ carnis & p̄dicationem euãgelij ho
ſtiam fuiſſe effectũ ꝓ ſalute mundi. Ip̄e eſt eni ſacerdos
de quo dictũ eſt in pſalmis:Tu es ſacerdos in ęternum
ſecũdũ ordinẽ melchiſedech. Vbi eni xp̄us aduenit ſa-
cerdotiũ iudęorum obmutuit: lex & ꝓphetia ceſſauit.
Quartus Ioãnes ſcripſit euangeliũ vltimus in Aſia. in-
cipiẽs a verbo:vt oñderet eundẽ ſaluatorẽ qui ꝓ nobis
dignatus eſt naſci & pati:ip̄m ante ſęcula dei verbũ eẽ
ip̄m a cęlo veiſſe:& poſt mortẽ iterũ ad cęlũ remeaſſe.
Hi ſunt quattuor euangeliſtæ/ quos per ezechielẽ ſp̄us
ſanctus ſignificauit in quattuor aialibus. Propterea au
tem quattuor animalia:q̄a per quattuor mundi partes
fides xp̄ianę religionis:eoꝝ p̄dicatione diſſeminata ẽ.
Animalia autẽ dicta ſunt:quoniã ꝓpter aiam hois per
eos predicatur euangeliũ xp̄i. Nã & oculis plena erant
intus & foris:quoniã p̄uidẽt ea euãgelia q̄ dicta ſunt a
ꝓphetis:& quę ꝓmiſerant in priori tempore. Cura au-
tem eoꝝ recta:quia nihil prauum in euangeliis eſt. Et
alas ſenas tegẽtes crura & facies ſuas: reuelata ſũt ei
quę tegebanť in aduẽtu xp̄i. Euãgeliũ aũt interp̄tať bo
na annũciatio. Græce enim eu bonũ:angelium dicitur
ãnũciatio. vñ & angelus nũcius dicitur. Paulus apoſto
lus ſcripſit ep̄ſas. 14. e quibus nouẽ ſeptem eccl̄ijs ſcri-
pſit:reliquas diſcipulis ſuis: Timotheo: Tito & Phile
moni. Ad hæbreos autẽ epiſtola a pleriſqꝫ latinis eius
eſſe incerta eſt propter diſſonantiam ſermonis:eandẽ-
qꝫ alij Barnabam conſcripſiſſe: alij a Clemente ſcriptã
fuiſſe ſuſpicantur. Petrus ſcripſit duas nominis ſui epi-
ſtolas quæ canonicæ ideo nominantur:quia non vni tã
tum populo vel ciuitati: ſed vniuerſis gentibus genera
liter ſcriptę ſũt. Iacobus & Ioãnes & iudas ſuas ſcripſe
runt epiſtolas. Actus apoſtolorũ primordia fidei xp̄ia
nę in gẽtibus & naſcẽtis eccleſię hiſtoriã digerit. Actuũ
apoſtolorũ ſcriptorem Lucam eſſe cõſtat euangeliſtã
in quo opere naſcentis eccleſię infantia texitur:& apo-
ſtolorũ hiſtoria cõtinetur. Vnde & actus apoſtolorum

dicitur. Apocalipſin librum Ioãnes euangeliſta ſcripſit eotempore quo ob euangelij predicationem in inſula pathmos traditur relegatus. Apocalipſis aũt ex græco in latinũ reuelatio interpretatur. Reuelatio enim dicit manifeſtatio eorum quæ abſcondita erant: iuxta quod & ipſe Ioannes dicit: Apocalypſin ieſu xp̄i quã dedit illi deus palam facere ſeruis ſuis. Hi ſũt ſcriptores ſacrorum librorũ qui per ſpiritũ ſanctum loquentes ad eruditionem noſtram: & præcepta viuẽdi & credendi regulã cõſcripſerũt. Præter hæc alia volumia apocrypha nũcupant. Apocrypha aũt dicta. i. ſecreta: qa in dubiũ veniunt. Eſt eni eorũ occulta origo: nec patet patribus a qbus vſq; ad nos auctoritas veraciũ ſcripturarũ certiſſima & notiſſima ſucceſſiõe peruẽit. In his apocryphis: & ſi inueniãt aliqua veritas: tamẽ ꝓpter multa falſa nulla eſt in eis canonica auctoritas quę recte a prudẽtibus iudicantur non eſſe eorum credenda quibus aſcribunt. Nam multa & ſub nominibus prophetarum: & recentiora ſub nominibus apoſtoloꝝ ab hereticis ꝓferũtur: quæ omnia ſub nomie apocryphorũ auctoritate canonica diligenti examinatione remota ſunt.

¶ De bibliothecis. Cap̄. III.

Bibliotheca a gręco nomẽ accepit: eo ꝙ ibi recondantur libri. Nam biblio librorum: thecare poſitio interpretatur. Bibliothecam veteris teſtamenti eſdras ſcriba poſt incenſam legem a chaldeis dum iudęi regreſſi fuiſſent in hieruſalem: diuino afflatus ſpiritu reparauit: cunctaq; legis ac prophetarum volumina quę fuerunt a gentibus corrupta correxit: totumq; vetus teſtamentum in. 22. libros conſtituit: vt tot libri eſſent in lege quot habebantur & litteræ. Apud græcos autem bibliothecam primus inſtituiſſe Piſiſtratus credit athenienſium tyrannus: quam deinceps ab athenienſibus auctam Xerxes incenſis athenis euexit in perſas: longoq; poſt tempore Seleucus nicanor rurſus in gręciam rettulit. Hinc ſtudium regibus vrbibuſq; ceteris natum eſt comparandi volumina diuerſarum gentium: & per interpretes in græcam linguam vertendi. Dehinc magnus Alexander vel ſucceſſores eius inſtruendis oim librorum bibliothecis animũ intenderunt: maxime Ptolemęus cognomento Philadelphus: omnis litteraturę ſagaciſſimus: cum ſtudio Bibliothecarum Piſiſtratum emularetur: non ſolum gentium ſcripturas: ſed etiam & diuinas litteras in bibliothecam ſuam contulit. Nã 70. milia librorum huius temporibus alexandriæ inuenta ſunt.

¶ De interpretibus. Cap̄. IIII.

Hic etiam & Eleazaro põtifice petẽs ſcripturas veteris teſtamentiam gręcam vocem ex hebraica lingua per ſeptuaginta interpretes trãſferre curauit: quas in alexandria bibliotheca habuit. Siquidem ſinguli in ſingulis cellulis ſeparatim: ita omnia per ſpiritum ſanctum interpretati ſunt: vt nihil in alicuius eorum codice inuentum eſſet quod in ceteris vel in verborum ordinẽ diſcreparet. Fuerunt & alij interpretes: qui ex hebraica lingua in græcum ſacra eloquia tranſtulerunt ſicut aquila: ſimachus & theodotiõ: ſicut etiam & vulgaris illa interpretatio: cuius auctor non apparet: & ab hoc ſine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Præterea ſextam & ſeptimã editionem Origenes miro labore repperit: & cum cæteris editionibus comparauit. Preſbyter quoq; Hieronymus trium liguarum peritus ex hebræo in latinum eloquium eaſdem ſcripturas cõuertit eloquenterq; tranſfudit. Cuius interpretatio merito cæteris antefertur. Nam eſt & verborum tenatior: & perſpicuitate ſentẽtiæ clarior: atq; vtpote xp̄iana interpretatio verior.

¶ De eo qui primum romam libros aduexit. Cap̄. V.

Romæ primus librorum copiam aduexit Emilius paulus: perſæ macedonũ rege deuicto: deinde Lucillus e pontica preda. Poſt hos cęſar dedit marco varroni negocium cauſa maxime bibliothecę conſtruendæ. Primũ autem romæ bibliothecas publicauit. Pollio græcas ſimul atq; latinas additis auctorum imaginibus in atrio quod de manubijs magnificentiſſimum inſtruxerat.

¶ Qui apud nos bibliothecã inſtruxerunt. Cap̄. VI.

Apud nos quoq; Pamphilus martyr: cuius vitã Euſebius ceſarienſis conſcripſit: Piſiſtratum in ſacrę bibliothecę ſtudio primus adequare cõtendit. Hic eni in bibliotheca ſua prope. 30. voluminum milia habuit. Hieronymus quoq; ac Gẽnadius eccleſiaſticos ſcriptores toto orbe quęrẽtes ordine proſecuti ſunt: eorumq; ſtudia in vno voluminis indiculo comprehenderunt.

¶ Qui multa ſcripſerunt. Cap̄. VII

Marcus terẽtius varro apud latinos innumerabiles libros ſcripſit. Apud gręcos quoq; calciterus miris attollit laudibus ꝙ tãtos libros edidit quantos quiſq; noſtrum alienos ſcribere ꝓpria manu vix poſſit. De nr̄is quoq; apud gręcos Origenes in ſcripturarũ labore tã græcos q̄ latinos operũ ſuorũ numeros ſeparauit. Deniq; Hieronymus ſex milia libroꝝ eius legiſſe fatetur. Horũ tamen omniũ ſtudia Auguſtinus ingenio vel ſcientia ſua vicit. Nam tanta ſcripſit vt diebus ac noctibus non ſolũ ſcribere libros eius quiſq̄: ſed nec legere quidem occurrat.

¶ De generibus opuſculorum. Cap̄. VIII.

Opuſculorum genera ſunt tria. Primum genus excerpta ſunt: quę gręce ſcholia nuncupãtur in quibus ea quę videntur obſcura vel difficilia: ſũmatim ac breuiter perſtringunt. Secundum genus omelię ſunt: quas latini verbũ appellant q̄ ꝓferuntur in populis. Tertiũ tomi: quos nos libros vel volumina nuncupamus. Omeliæ autem ad vulgus loquuntur: tomi vero. i. libri maioris ſunt diſputationis. Dialogus eſt collatio duorum vel plurimorum: quem latini ſermonem dicunt. Nam quos gręci dialogos vocant: nos ſermones vocamus. Sermo autẽ dictus quia inter vtrũq; ſeritur. Vnde & in Virgilio. Multa inter ſe

ſerebant. Tractatus eſt vnius rei mltiplex expoſitio eo ꝙ trahat ſenſum in multa ſentiendi contrectando ſecū Differt autem ſermo:tractatus:& verbum. Sermo eni altera eget perſona:tractatus ſpecialiter ad ſeipſū eſt: verbum autem ad omnes. Vnde & dicitur. Verbum fecit ad populum. Commētaria dicta quaſi cum mente. Sunt enim interpretationes: vt commenta iuris: commenta euangelij. Nam quicquid breuiter componitur commentarium dicitur: quod vero elōgatur expoſitio nominatur. Apollogeticum eſt excuſatio in quo ſolent quidam accuſantibus reſpondere. In defenſione enim aut negatione ſola poſitum eſt: & eſt nomen græcum. Panegyricum eſt licētioſum & laſciuioſum genus dicēdi in laudibus regum in cuius compoſitione homines multis mēdacijs adulantur. Quod malum a græcis exortum eſt:quorum leuitas inſtructa dicēdi facultate & copia incredibili multas mendaciorū nebulas ſuſcitauit:Faſtorum libri ſunt: in quibus reges vel cōſules ſcribuntur a faſcibus dicti.i.poteſtatibus. Vnde & Ouidij libri faſtorum dicunt̃:quia de regibus & conſulibus editi ſunt. Proœmium eſt initium dicendi. Sunt enim proœmia principia librorum:quæ ante cauſæ narrationē ad inſtruendas audientiū aures coaptantur cuius nomen plæriqꝫ latinitatis periti ſine tranſlatione poſuerunt. Hoc autem vocabulum apud nos interpretatum p̄fatio nuncupatur: quaſi prelocutio. Præcepta ſunt quæ aut quid faciendū:aut quid non faciendum ſit docent. Quid faciēdum: vt dilige dominum deum tuum: & honora patrem tuum & matrem tuam. Quid non faciendum:vt non mæchaberis: non furtum facies: Similiter & gentilium precepta vel iubent vel vetant: Iubent faciendum:vt nudus ara:ſere nudus. Vetant & neue inter vites corylum ſere:neue flagella:ſumma pete. Primus autem p̄cepta apud hebreos moyſes ſcripſit: apud latinos martius vates primus præcepta compoſuit. Ex quibus eſt illud:poſtremus dicas:primus taceas. Parabolę & problemata nominibus ſuis indicant altius ſe perſcrutari oportere. Parabola qppe alicuius rei ſimilitudinem pre ſe gerit: quod licet ſit vocabulum græcū iam tamen pro latino vſurpatur. Et notum eſt ꝙ in parabolis quæ dicuntur per rerum ſimilitudines rebus de quibus agitur comparantur. Problemata autem quæ latinæ appellantur propoſitiones:queſtiones ſunt habentes aliquid quod diſputatione ſoluendū ſit. Quæſtio autem eſt cum quęritur an ſit:an quid ſit:aut quale ſit. Argumentum vero dictum quaſi argutum: vel ꝙ ſit argute inuentum ad comprobandas res. Epiſtolam ꝓpriæ græci vocant:quod interpretatur latine miſſa. Stola enim ſiue ſtoli:miſſa vel miſſi. Antechartæ & mēbranarum vſum in dolatis ex ligno codicillis epiſtolarum eloquia ſcribebantur. Vnde & portitores earum tabellarios vocauerunt.

De ceris. Cap̄. IX.

CEræ litterarū materies paruulorum nutrices: ipſe dant ingenium pueris primordia ſenſus: quarum ſtudium primi græci tradidiſſe produntur. Græci enim & tuſci primum ferro in ceris ſcripſerunt: poſtea romani iuſſerunt ne graphium ferreum quis haberet. Vnde & apud ſcribas dicebatur:Cęram ferro ne cædito. Poſtea inſtitutum eſt vt ceram oſſibus ſcriberent ſicut indicat atta:in ſatyra dicēs:Vertamus vomerem in ceram mucroneqꝫ aremus oſſeo. Graphium autem grçce: latine ſcriptorium dicitur. Nam graphi ſcriptura dicitur.

De chartis. Cap̄. X.

cHartarum vſum primū ęgyptus miniſtrauit. cœptum apud memphiticam vrbem. Memphis eni ciuitas ęgyptioꝝ eſt vbi chartę vſus inuentus eſt primū:ſicut ait Lucanus:Conficitur bibula memphitis charta papyro. Bibulam autem papyrum dixit:ꝙ humorem bibat. Charta autem dicta ꝙ carptim papyri tegmen decerptum glutinatur. Cuius genera q̄plura ſunt. Prima & precipua auguſten regia maioris formæ in honorem Octauiani auguſti appellata. Secunda libyana ob honorem libyę prouinciæ. Tertia hieratica dicta eo ꝙ ad ſacros libros eligebat̃. ſimilis auguſteæ ſed ſubcolorata. Quarta teneotica a loco alexandriæ qui ita vocat̃ vbi fiebat. Quinta ſaltica ab oppido ſalo. Sexta corneliana a Cornelio gallo prefecto ęgypti primum confecta. Septima emporetica ꝙ ea merces inuoluuntur cum ſit ſcripturis minus idonea.

De pergamentis. Cap̄. XI.

PErgameni reges cum charta indigerēt mēbrana primi excogitauerūt. Vnde & pergamenarum nomen hucuſqꝫ tradēte poſteritate ſibi ſeruatū eſt. Hęc & mēbrana dicuntur quia ex membris pecudū detrahuntur. Fiebant enim primum coloris lutei:id eſt crocei. Poſtea vero romæ candida membrana reperta ſunt:ꝙ apparuit inabile eſſe:ꝙ & facile ſordeſcant aciemqꝫ legentium ledant: cum peritiores architecti neqꝫ aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putent: neqꝫ pauimēta alia q̄ caryſteo marmore : ꝙ auri fulgor hebetat:& caryſti viriditas reficiat oculos. Nam & q nūmulariam diſcunt denariorum formis in myrteos pannos ſubijciūt: & gemmarum ſculptores: ſcarabeorum terga quibus nihil eſt viridius ſubinde reſpiciunt: & pictores idem faciunt:vt laborem viſus eorum viriditate recreent. Membrana autem aut candida aut lutea aut purpurea ſunt: Candida naturaliter exiſtunt. Luteum membranum bicolor eſt: quod a confectore vna tingitur parte id eſt crocatur: de quo Perſius: Iā liber & poſitis:bicolor membrana capillis. Purpurea vero inficiūtur colore purpureo in quibus aurum & argentum liqueſcens pateſcat in litteris.

De libris conficiendis. Cap̄. XII.

QVædam genera librorum apud gẽtiles certis mo
dulis conficiebantur: breuiore forma carmina at
q; epiſtolæ. At vero hiſtoriæ maiore modulo ſcribebã-
tur: & nõ ſolum in charta vel membranis: ſed etiam &
in momẽtis elephantis textilibuſq; maluarum folijs at
q; palmarum. Cuius generis Cinna ſic meminit. Hęc ti
bi areteis multũ iuigilata lucernis: Carmia quis ignes
nouimus aereos: Leuis in aridulo maluæ deſcripta li-
bello. Pruliaca vexi munera nauicula. Circũcidi libros
ſiciliæ primnm increbuit. Nam initio punicabãtur: Vn-
de & Catullus ait. Cui dono lepidum nouum libellum
arido modo pumice expolitum.

¶ De librorum vocabulis. Cap. XIII.

Odex multorum librorũ eſt: liber vnius volumi-
c nis. Et dictus codex per tranſlationem a codici-
bus arborum ſeu vitiũ: quaſi caudex q; in ſe mul
titudinẽ librorũ quaſi ramorum contineat. Volumen li
ber eſt a voluendo dictus: ſicut apud hebreos volumia
legis volumina prophetarum. Liber eſt interior tunica
corticis quę ligno coheret: in qua antiqui ſcribebãt: de
quo Virgilius ſic: alta liber aret iulmo. Vnde & liber di
citur in quo ſcribimus: quia ante vſum chartæ vel mem
branarum de libris arborum volumina fiebant: id eſt
compaginabantur: Vnde & ſcriptores a libris arborũ
librarios vocauerunt.

¶ De librarijs & eorum inſtrumentis. Cap. XIIII.

LIbrarios conſtat ante bibliopolas dictos. Li-
brum enim græci biblum vocant. Librarij au
tem idem & antiquarij vocantur: ſed librarij
ſunt qui & noua & vetera ſcribunt: ãtiquarij q
tantum modo vetera: vnde & nomen ſumpſerũt. Aſcri
bendo autem ſcriba nomen accepit: officiũ exprimens
vocabuli qualitate. Inſtrumẽta ſcribę: calamus & pen-
na. Ex his enim verba paginis infiguntur: ſed calamus
arboris eſt: penna auis: cuius acumẽ in duo diuiditur: in
toto corpore vnitate ſeruata: credo ꝑpter myſterium:
vt in duobus apicibus vetus & nouum teſtamentum ſi
gnaretur: quibus exprimitur verbi ſacramentum ſãgui
ne paſſionis effuſum. Dictus autem calamus q; liquo-
rem ponat: vnde & apud nautas calare ponere dicitur
Penna autem a pendendo vocata: id eſt volando. Eſt
enim vt diximus auium. Folia autem librorum appel-
lata: ſiue ex ſimilitudic foliorum arborum: ſeu quia ex
follibus fiunt: id eſt ex pellibus q̃ de occiſis pecudibus
detrahi ſolent: cuius partes paginę dicuntur: eo q; ſibi
inuicem compigantur. Verſus autem vulgo vocati: qa
ſic ſcribebant antiqui ſicut aratur terra. A ſiniſtra enim
ad dextram primum deducebant ſtilũ: deinde conuer-
tebantur ab inferiore: ruſus ad dextram verſus: quos
& hodie ruſtici verſus vocant. Secheda eſt quod adhuc
emendatur: & necdum in libris redactum eſt: & eſt no-
men græcum: ſicut & tomus.

¶ De canonibus euangeliorum. Cap. XV.

CAnones euãgeliorum Ammonius alexãdrię
epus primus excogitauit: quẽ poſtea Euſebi
us Cęſarẽſis ſecutus plenius cõpoſuit. Qui
iõ facti ſũt: vt per eos inuenire & ſcire poſſe-
mus qui reliquorũ euangeliſtarũ ſimilia aut ꝓpria dixe-
runt. Sunt aũt nũero decẽ: quorũ primus continet nu-
meros i quibus quattuor eadẽ dixerũt. Mattheus. Mar
cus. Lucas & Ioannes. Secundus in qbus tres: Matthe
us. Marcus Lucas. Tertius in qbus tres. Matthęus Lu
cas & Ioãnes. Quartus in quibus tres: Mattheus Mar
cus: Ioannes. Quitus in quibus duo: Mattheus: Lucas
Sextus in quibus duo: Mattheus Marcus. Septimus in
quibus duo. Mattheus. Ioãnes. Octauus i quibus duo
Lucas: Marcus. Nonus in quibus duo. Lucas. Ioãnes.
Decimus in quibus ſinguli eorum propria quędam di-
xerunt: quorum expoſitio hæc eſt. Per ſingulos eni euã
geliſtas numerus quidam capitulis affixus adiacet: qui
bus numerus ſubdita eſt æra quędã: minio notata quæ
indicat in quoto canone poſitus ſit numerus; cui ſubie-
cta eſt æra: verbi gratia. Si eſt ęra prima in primo cano
ne: ſi ſecunda in ſecundo: ſi tertia in tertio: & ſic per or-
dinem vſq; ad decimum peruenies. Si igiẽ aperto quo-
libet euangelio placuerit ſcire qui reliquorum euange-
liſtarum ſimilia dixerunt: aſſumes adiacentẽ numerum
capituli: & requires ipm numerum i ſuo canone quem
indicat: ibiq; inuenies qui & quid dixerunt. & ita demũ
in corpore inquiſita loca quæ ex ipis numeris indican-
tur per ſingula euangelia, de eiſdem dixiſſe inuenies.

¶ De canonibus conciliorum. Cap. XVI.

CAnon autẽ gręce latinę regula nuncupatur.
Regula aũt dicta: q; recte ducit: nec aliquan
do aliorſũ trahit. Alij dixerũt regulã dictam
vel q; regat: vel q; normam recte viuendi p̃-
beat vel q; diſtortum prauumq; quid corrigat. Cano-
nes autem generalium conciliorũ a tẽporibus conſtan
tini cœperunt. In precedentibus nãq; annis perſecutio
ne feruente: docendarum plebium minime dabatur fa
cultas. Inde xp̃ianitas i diuerſas hereſes ſciſſa eſt: quia
non erat licentia epiſcopis in vnum conuenire niſi tem
pore ſupradicti imperatoris. Ipſe enim dedit facultatẽ
xp̃ianis libere congregari. Sub hoc etiã ſancti p̃res cõ-
cilio. Niceno de omni orbe terrarũ cõueniẽtes iuxta fi-
dem euangelicã & apoſtolicã: ſecundũ poſt apoſtolos
ſymbolum tradiderunt. Inter cętera autẽ cõcilia quat-
tuor eſſe ſcimus venerabiles ſynodos quæ totam prin
cipaliter fidẽ cõplectunẽ: quaſi quattuor euangelia: vel
totidẽ paradiſi flumina. Harũ prima nicena ſynodus. 318

epiſcoporum conſtantino auguſto imperante peracta eſt. In qua arrianę perfidię cōdēnata blaſphemia: quā de inęqualitate ſanctę trinitatis idem arrius aſſerebat: conſubſtātialem deo patri deum filium eadem ſancta ſynodus per ſymbolū definiuit. Secūda ſynodus. 150. patrum ſub theodoſio ſeniore conſtantinopoli cōgregata eſt quę macedonium ſpiritum ſanctum deum eſſe negantem condēnans: conſubſtantialē patri & filio ſpiritum ſanctum demōſtrauit: dans ſymboli formā quā tota gręcorum & latinorum confeſſio in eccleſijs p̄dicat. Tertia ſynodus epheſina prima ducentorū epiſcoporum ſub iuniore theodoſio auguſto edita eſt. quę neſtorium duas perſonas in chriſto aſſerentem iuſto anathemate condēnauit: oſtendens manere in duabus naturis vnam dn̄i noſtri ieſu chriſti perſonam. Quarta ſynodus calcedonenſis. d. c. xxx. ſacerdotum ſub martiano principe habita eſt in qua euticen conſtantinopolitanum abbatem verbi dei & carnis vnam naturā pronunciātem: & eius defenſorem dioſcorum quondā alexandrinū epiſcopum: & ipſum rurſum neſtorium cū reliquis hereticis vna patrum ſentētia prędamnauit prędicans eadem ſynodus: chriſtum dn̄m de virgine ſic natum: vt in eo ſubſtantiam diuinę & humanæ confiteamur naturę. Hęc ſunt quattuor ſynodi pricipales: fidei doctrinam pleniſſime prędicantes: ſed & ſiqua ſunt cōcilia quę ſancti patres ſpiritu dei pleni ſanxerunt: poſt iſtarum quattuor auctoritatē: omni manēt ſtabilita vigore: quorum geſta in hoc opere condita continentur Synodum autem ex gręco interpretari comitatum vel cœtum. Concilij vero nomen tractū ex more romano. Tempore eni quo cauſę agebantur: conueniebant omnes in vnum: communiqȝ intentione tractabāt. Vnde & concilium a communi intētione dictū quaſi conſilium Nam cilia oculorū ſunt: vnde & conſidiū: id eſt conſiliū d. in. L. litteram tranſeunte. Cœtus vero cōuentus eſt vel congregatio a coeundo: id eſt conueniendo in vnū vnde & conuentus eſt nuncupatus: ſicut a conuentu cœtus: ita & concilium a ſocietate multorum in vnum.

De cyclo paſcali. Cap. XVII.

PAſcalem cyclum hyppolitus epiſcopus temporibus alexandri imperatoris primus cōſcripſit. Poſt quem probatiſſimi auctores: Euſebius cæſarieſis: theophilus alexādrinus: proſper quoqȝ natione aquitanus atqȝ victorinus amplificatis eiuſdem feſtiuitatis rationibus: multiplices circulos ediderunt. Cuius quidem rationem beatiſſimus Cyrillus alexandrinæ vrbis epiſcopus in nonaginta quinqȝ annos: per quinquies decemnouies calculans: quoto kalēdas vel luna debeat paſcalis ſolēnitas celebrari ſumma breuitate notauit. Cyclus autem vocatus eo ꝙ in orbe digeſtus ſit: & quaſi in circulo diſpoſitum ordinem complectatur ānorum ſine varietate & ſine vlla arte. Vnde factum eſt vt cuiuſqȝ materię carmina ſimplici formitate facta: cyclica vocarentur. Hinc & latinę cyclum dictum ꝙ ordinem habeat ſtratum annorum.

	Primus cyclus.		
B	c.2.idus	aprilis	20.
	c.6.kal.	aprilis	16.
	E.16.kal.	maij	17.
	c.6.idus.	aprilis	20.
B	c.9.kal.	aprilis	15.
	E.2.idus	aprilis	16.
	c.2.non.	aprilis	19.
	E.8.kal.	maij	20.
B	c.5.idus.	aprilis	16.
	c.2.kal.	aprilis	18.
	E.12.kal.	maij	19.
	c.non.	aprilis	15
B	c.5.kal.	aprilis	17
	E.16.kal.	maij	18
	c.6.idus	aprilis	21.
	c.9.kal.	aprilis	17
B	c.idus	aprilis	17
	c.2.non.	aprilis	20
	E.8.kal.	maij	21
	Secundus cyclus.		
	c.5.idus	aprilis	18
B	c.2..kal.	aprilis	20
	R.12.kal.	maij	21
	c.non.	aprilis	17.
	c.5.kal.	aprilis	20
B	F.16.kal.	maij	20
	c.kal.	aprilis	16
	E.11.kal.	maij	17
	c.idus	aprilis	20
B	c.5.kal.	aprilis	15
	E.15.kal.	maij	16
	c.5.idus	aprilis	19
	c.8.kal.	aprilis	15
B	E.idus	aprilis	15
	c.non.	aprilis	18
	c.5.kal.	aprilis	21
	E.4.idus	aprilis	15
B	c.kal.	aprilis	17
	E.11.kal.	maij	18
	Tertius cyclus.		
	c.8.idus	aprilis	15
	c.4.kal.	aprilis	18
B	i5.kal.	maij	18
	c.15.idus	aprilis	21
	c.8.kal.	aprilis	17
	E.18.kal.	maij	18
B	c.non.	aprilis	20
	E.7.kal.	maij	21
	c.4.idus	aprilis	17
	c.4.non.	aprilis	20
B	E.11.kal.	maij	20
	c.8.idus	aprilis	16
	c.4.kal.	aprilis	19
	E.14.kal.	maij	20

B	c.4.noñ.	aprilis	15
	c.8.kal.	aprilis	18
	E.18.kal.	maij	19
	c.3.kal.	aprilis	15
B	E.14.kal.	maij	15
	Quartus cyclus.		
	c.3.idus	aprilis	19
	c.7.kal.	aprilis	15
	E.17.kal.	maij	16
B	c.8.idus	aprilis	18
	c.4.kal.	aprilis	21
	E.3.idus	aprilis	16
	c.3.noñ.	aprilis	18
B	F.10:kal.	maij	18
	c.18.kal.	maij	21
	c.3.kal.	aprilis	17
	E.13.kal.	maij	18
B	c.4.idus	aprilis	20
	c.7.kal.	aprilis	16
	E.17.kal.	maij	17
	c.7.idus	aprilis	20
B	c.11.kal.	aprilis	15
	E.3.idus	aprilis	16
	c.3.noñ.	aprilis	19
	E.9.kal.	maij	20
	Quintus cyclus		
B	c.7.idus	aprilis	16
	c.3.kal.	aprilis	19
	E.13.kal.	maij	20
	c.2.noñ.	aprilis	16
B	c.7.kal.	aprilis	17
	E.17.kal.	maij	19
	c.2.kal.	aprilis	15
	E.12.kal.	maij	16
B	c.3.idus	aprilis	18
	c.3.noñ.	aprilis	21
	E.16.kal.	maij	15
	c.6.idus	aprilis	18
B	c.3.kal.	aprilis	20
	E.13.kal.	maij	21
	c.2.noñ.	aprilis	17
	c.6.kal.	aprilis	20
B	c.17.kal.	maij	
	c.2.kal.	aprilis	16
	E.12.kal.	aprilis	17

A Conditione mundi vſq; ad hunc nouiſſimum cyclum computantur anni.5920. Poſt cuius expletionem ad primum exordium recurrendum eſt. Antiquitus eccleſia paſca.14. lũa cũ iudeis celebrabat quocunq; die occurreret. Quẽ ritum ſancti patres in nicena ſynodo ꝓhibuerunt:conſtituentes non ſolũ lunã paſcalẽ & menſem inquirere:ſed etiã & diem reſurrectionis dominicæ obſeruare: & ob hoc paſca.14. luna vſq; ad. 21. extenderunt vt dies dominicus non omitteretur. Paſcæ autem vocabulum nõ græcum ſed hebraicum eſt:nec a paſſione: quoniã paſchin græce dicitur pati:ſed a trãſitu hebreo verbo paſca appellatum eſt:eo ꝙ tunc populus dei ex ægypto tranſierit. Vnde & in euangelio:cum vidiſſet inquit ieſus quia venit hora vt trãſiret de mundo ad patrem. Cuius nox ideo peruigil ducitur propter aduentum regis ac domini noſtri:vt tempus reſurrectionis eius nos non dormientes:ſed vigilantes inueniat:cuius noctis duplex ratio eſt:ſiue ꝙ in eadem tunc vitam recepit cum paſſus eſt:ſiue ꝙ poſtea eadem hora qua reſurrexit ad iudicãdũ venturus eſt. Eo autem modo agimus paſca vt non ſolum mortem & reſurrectionem chriſti i memoriam reuocemus:ſed etiam cætera quę circa eum atteſtanť ad ſacramentorum ſignificationem inſpiciamus. Propter initium enim nouæ vitæ & propter nouum hominem quem iubemur iduere & exuere veterem:expurgamus vetus fermentum vt ſimus noua conſperſio: quoniam paſca noſtrũ immolatus eſt chriſtus. Propter hũc ergo vitę nouitatem primus menſis nouorum in anni menſibus celebrationi paſcali myſtice attributus eſt. ꝙ vero tertię ebdomadę die paſca celebrať.i.qui dies occurrit a quītadecima luna vſq; in vicefimã primã:hoc ſignificat:quia in toto tempore ſęculi quod ſeptenario dierũ numero agitur nũc tertiũ tẽpus hoc in ſacramentũ apparuit. Primũ eñi tẽpus eſt ante legẽ. Secundum ſub lege. Tertiũ ſub gratia:vbi iam manifeſtatũ eſt ſacramẽtum prius occultũ in prophetico enigmate. Ideo & ꝓpter hæc tria ſęculi tẽpora reſurrectio dñi triduana eſt. ꝙ vero a quartadecia luna vſq; ad.21. per dies.7. paſcalis dies queritur:hoc fit propter ipſum numerum ſeptẽnarium quo vniuerſitatis ſignificatio ſæpe figuraťe qui etiam ipſi eccleſiæ tribuitur propter inſtar vniuerſitatis. vnde & Ioãnes apoſtolus in apocalypſi ad ſeptẽ ſcribit eccleſias. Eccleſia vero in iſta adhuc mortalitate carnis cõſtituta propter ipſam mutabilitatem lunæ nomine in ſcripturis ſignificatur. Varia autem obſeruãtia opinionum paſcalis feſtiuitatis interdum errorem gignit. Latini namq; a.3.noñ. martias vſq; in. 3. noñ. aprilis primi menſis lunam inquirunt: & ſi.15. luna die dominico prouenerit in alio die dominico paſca ꝓtrahunt. Gręci primi menſis lunam ab.8.idus martias vſq; in diem noñ. aprilis obſeruant. &.ſi.15. luna die dominico incurrerit:ſanctum paſca celebrant. Huiuſmodi ergo diſſenſio inter vtroſq; paſcalem regulã turbat. Communis ãnus dicitur qui. 12. tantum lunatiões hoc eſt dies. ccc liiij. habet: Dictus autem communis:quia ſæpe duo ita coniuncti incedunt vt inuicem ſe in paſcali ſolennitate ſequantur. Nam emboliſmus annus eſt ſemper ſolus Emboliſmus annus eſt qui.13. menſes lunares:id eſt.ccclxiiij. dies habere monſtratur. Ipſe eſt annus ſancto Moyſi diuinitus reuelatus:in quo iubentur hi q longius habitant: in ſecundo menſe paſca celebrare. Emboliſmus aũt nomẽ gręcũ eſt: quod iterptať latine ſuperaugmẽtũ:eo ꝙ expleat nũeꝝ ãnoꝝ cõmuniũ qbus.xj. lũares dies deeſſe cernũť. Emboliſmi aũt

anni & cõmunes ſic inueniũtur. Si eni. a. 14. luna paſce
p̃cedentis vſq; ad. 14. ſequẽtis. ccclxiiij. dies fuerint. em
boliſmalis ãnus eſt: ſi. cccliiij. cõis. Biſſextus eſt poſt an-
nos. 4. vnus dies adiectus. Creſcit eni per ſingulos an-
nos quarta pars aſſis. At vbi q̃rto ãno aſſem cõpleue-
rit biſſextilẽ annũ facit. Dictus autẽ biſſextus quia bis
ſexies ductus aſſem facit quod eſt vnus dies: ſicut qua-
drantẽ ꝓpter quater ductũ quod ẽ biſſextus: quẽ ſuper
dierũ curſum in annũ ſol facit: ſiue q neq̃at annũ ſub
introducere niſi biſſexto noñ. mar. cõputaueris: hoc eſt
& primo die ſexto noñ mar. & addito bis ſexto alio die
ſexto noñ. mar. iteraueris. A ſexto aũt noñ. mar. vſq; in
diẽ pridie kal. ianuarias in lunę curſu biſſextus apponi
tur atq; inde detrahit. Intercalares aũt dies iccirco vo-
cant: qa interponunt: vt ratio lunæ ſoliſq; cõueniat. Ca
lare enim ponere dr: intercalare interponere. Epactas
gręci vocãt: latini adiectiões ãnuas lunares: q̃ vndena-
rium numerũ vſq; ad tricenariũ in ſe reuoluunt. Quas
ideo ęgyptij adijciũt vt lunaris emẽſio ratiõi ſolis eque
tur. Luna eni iuxta curſum ſuum. 29. ſemis dies lucere
dinoſcit & fiũt i annũ lunares dies. cccliiij. remanẽt ad
curſum anni ſolaris dies. xj. quas ęgyptij adijciũt. vnde
& adiectiones vocant. Abſq; his nõ inuenies lunã quo-
ta ſit in quolibet anno & menſe & die. Iſte epacte ſem
per. xj. kal. apri. reperiunt in eadẽ luna q̃ fuerit eo die.
Continẽtur aũt circulo decẽnouenali: ſed cum ad. 29.
epactas peruenerint: qui eſt circulus decẽnouenalis: iã
ſequenti anno non addes ſuper. 29. xi. vt. x. annuncies
detractis. 30. ſed inde reuerteris vt. xi. pronuncies.

¶ De reliquis feſtiuitatibus. Cap. XVIII.

FEſtiuitas dicta a feſtis diebus: quaſi feſtiditas: eo
q in eis ſolares diuina fit. Quibus contrarij ſunt
faſti in quibus ius fatur. i. dicitur. Solennitas a ſacris di
citur ita ſuſcepta: vt mutari ob religionem nõ debeat:
a ſolito. i. firmo atq; ſolido nomiata: vl ex eo q ſoleat
fieri in anno. Celebritas autem nominatur q non ibi
terrena: ſed cęleſtia tantũ agant. Paſca feſtiuitatũ oim
prima eſt: de cuius vocabulo iam ſuperius dictũ eſt. Pẽ
tecoſtes ſicut & paſca apud hebreos celebris dies erat
quod poſt qnq; decadas paſche celebrat. vñ & vocabu
lum ſumpſit. Pẽta eni gręce quinq;: in quo die ſecũdum
legẽ panes ꝓpoſitiõis de nouis frugibus offerebãt. Cu
ius figuram ãnus iubileus i teſtamẽto veteri geſſit: quę
nunc iterũ per futurã repromiſſiõis æternã requiẽ pręfi
gurat. Epyphania gręce latie apparitio ſiue manifeſta
tio vocat: eo eni die xp̃s ſideris indicio magis apparuit
adorãdus. Quod fuit figura primitię credentiũ gẽtium
Quo die & dñici baptiſmatis ſacramẽtum. & permuta
tæ in vinũ aquę factorũ per dñm ſignorum principia ex
titerunt. Duæ ſunt autẽ epiphanię. prima in qua natus
eſt chriſtus & paſtoribus hebreorũ angelo nũciãte ap-
paruit: ſecunda in qua ex gentiũ populo: ſtella indice:
preſepis cunabula magis adoraturis exhibuit. Sceno-
phegia ſolẽnitas hebreorum de gręco in latinũ taber-
naculorũ dedicatio interpretatur: quę celebratur a iu-
deis: in memoriam expeditionis cũ ab ęgypto promo
ti in tabernaclis agebant: & ex eo ſcenophegia. Sceno
enim græce: latine tabernaculum dicitur. Quæ ſolenni
tas apud hebreos ſeptẽbrio menſe celebrat. Neome
nia apud nos kalende: apud hebreos aũt quia ſecũdũ
lunarem curſum menſes ſupputantur: & græce mene
luna appellat: inde neomenia: id ẽ noua luna. Erãt eni
apud hebreos ipi dies kalendarum: ex legali inſtitutio
ne ſolennes. de quibus in pſalterio dicitur: Canite i ini
tio menſis tuba: in die inſignis ſolẽnitatis veſtræ. Ence-
nia autem eſt noua templi dedicatio. Gręce enim cenõ
dicitur nouum. Quando enim aliquid nouum dedica-
tur encenia dicitur. Hanc dedicationis templi ſolenni
tatem iudei octobrio menſe celebrabant. Dies palma
rum ideo dicitur: quia in eo dñs & ſaluator noſter ſicut
propheta cecinit hieruſalem tendens aſellũ ſediſſe per
hibetur. Tunc gradiẽs: cum ramis palmarum multitu-
do plebium obuiam ei clamauerunt. Oſanna: benedi-
ctus qui venit in nomine dñi rex iſrael. Vulgus autem
ideo hunc diem capitilauium vocat. qa in eo tũc mos
eſt lauandi capita infantium: qui vngendi ſũt: ne obſer
uatione. xl. ſordidata ad vnctionẽ accederẽt. Hoc autẽ
die: ſymbolum confidentibus traditur: propter confi-
nem dñicæ paſce ſolennitatem: vt qui iam ad dei gra-
tiam percipiendam feſtinant: quam confiteãtur fidem
agnoſcant. Cæna dñica dicta eſt. eo q in eo die ſalua-
tor paſca cũ ſuis diſcipulis fecerit: quod & vſq; hodie ſi
cuti eſt traditũ celebrat: ſanctũq; in eo chriſma confici
tur. Sabbatum ab hebreis ex interpretatione vocabu-
li ſui requies nominatur: q deus in ipſo perfecto mũdo
requieuiſſet. Siquidem & eo die requieuit dñs in ſepul-
chro vt quietis illius myſterium confirmaret: quod iu-
deis obſeruãdum: in vmbra futuri præceptum eſt. Sed
poſtq̃ chriſtus in ſepultura ſua eius figuram adimple-
uit: obſeruatio eius quieuit. Dominicus dies ꝓpíde voca
tur: quia in eo reſurrectionis domini noſtri gaudium ce
lebratur. Qui dies non iudeis ſed chriſtianis in reſurre
ctione domini declaratus eſt: & ex illo habęre cœpit fe
ſtiuitatem ſuam. Illis enim ſolum celebrandum ſabba
tum traditum eſt: qui erant antea requies mortuorum:
reſurrectio autem illius erat qui reſurgens a mortuis iã
nõ moreretur. Poſtq̃ autẽ facta eſt talis reſurrectio in
corpore domini: vt preiret in capite eccleſiæ: quod cor
pus eccleſiæ ſperaret in fine: iã dies dominicus. i. octa-
uus: qui & primus celebrari cœpit.

¶ De officijs. Cap. XIX.

OFficiorum plurima genera ſunt: ſed præcipu-
um illud: quod in ſacris diuiniſq; rebus habe-
tur. Officiũ aũt ab efficiẽdo dictũ quaſi effici
um: propter decorem ſermonis vna mutata
littera: vel certe vt quiſq; illa agat quę nulli officiãt ſed
proſint omnibus. Veſpertinũ officiũ eſt in noctis initio
vocatum a ſtella veſpere: q̃ ſurgit oriẽte nocte. Matuti
nũ vero officiũ eſt i lucis initio: a ſtella lucifero appella-
tũ: q̃ orit inchoãte mane. Quorũ duorũ tẽporũ ſignifica

tione oſtenditur:vt die ac nocte ſemper deus laudetur. Miſſa:tempore ſacrificij eſt: quādo cathecumini foras mittuntur. clamāte leuita:ſi quis cathecuminus reman ſit exeat foras & inde miſſa:quia ſacramētis altaris in=tereſſe non poſſūt qui nondū regenerati noſcunt. Cho rus eſt multitudo in ſacris collecta: & dictus chorus ꝙ initio in modum corone circū aras ſtarent: & ita pſalle rent. Alij chorū dixerunt a concordia: quæ in charitate conſiſtit. quia ſi charitatem non habeat: reſpondere cō uenienter non poteſt. Cum aūt vnus canit:grece mono dia:latine ſinciniū dicitur:cū vero duo canunt:biciniū appellatur:cum multi. chorus. Nam chorea ludicrum cantilenę:vel ſaltatiões claſſiū ſunt. Antiphona ex græ co interpretatur vox reciproca:duobus.ſ. choris alter=natim pſallentibus ordie cōmutato:ſiue de vno advnū Quod genus pſallendi græci inueniſſe tradunt. Reſpō ſorios itali tradiderunt. Quos inde reſponſorios cātus vocant:ꝙ alio deſinēte id alter reſpōdeat. Inter reſpō=ſorios aūt & antiphonas hoc differt: ꝙ in reſponſorijs vnus verſum dicit. in antiphonis aūt verſibus alternāt chori. Lectio dicitur. quia non cantatur vt pſalmus vel hymnus:ſed legitur tantum. Illic enim modulatio: hic ſola ꝓnūciatio q̄ritur. Canticum eſt vox cātantis in lę=titia. Pſalmus aūt dicitur:quia cantaſ ad pſalteriū:quo vſum eſſe Dauid propheta in magno myſterio prodit hiſtoria. Hęc autē duo in quibuſdam pſalmorū titulis: juxta muſicā artem:alternatim ſibi apponunt. Nā can ticum pſalmi eſt cū id quod organū modulaſ:vox poſt ea cantātis eloquiſ. Pſalmus vero cātici:quod humana vox ꝓloquitur:ars organi modulantis imitaſ. Pſalmus aūt a pſalterio diciſ:vnde nec mos eſt ex alio opere eū cōponi. Tres aūt gradus ſunt in cantādo. primus ſuccē toris:ſecundus incētoris: tertius accētoris. Diapſalma quidā hebreū verbū eſſe volūt:quo ſignificaſ:ſemper.i. ꝙ illa quibus hoc interponiſ:ſempiterna eſſe cōfirmet. Quidā vero grętū verbū exiſtimāt quo ſignificaſ inter=uallū pſallēdi:vt pſalma ſit quod pſalliſ: diapſalma ve ro interpoſitū in pſallēdo ſiletiū:vt quemadmodū ſim=pſalma diciſvocis copulatio in cantādo. ita diapſalma diſiunctio earū. vbi q̄dam requies diſtincta cōtinuatio ne oſtendiſ. Vnde & illud probabile eſt: nō contingen=das ſentētias in pſallēdo vbi diapſalma interpoſita fue rit:quia ideo interponiſ. vt conuerſio ſenſuū vel perſo=narū eſſe noſcaſ. Hymnus eſt canticū laudantiū: quod de greco in latinū laus interpretatur: pro eo ꝙ ſit carmē letitię & laudis. Proprie aūt hymni ſunt continētes lau dem dei. Si ergo ſit laus & non ſit dei. non eſt hymnus. ſi ſit & laus & dei laus & nō canteſ:non eſt hymnus. Si ergo & in laudē dei diciſ & cantaſ:tūc eſt hymnus. Cui contrariū eſt threnū: quod eſt lamēti carmē & funeris. Alleluia duorū verborū interpretatio eſt: hoc eſt laus dei:& eſt verbū hebreū. Iam enim vnū eſt de .x. nomini bus:quibus apud hebreos deus vocatur. Amen ſignifi=cat vere ſiue fideliter. quod & ipſum hebreum eſt. Quę duo verba:Amen & Alleluia:nec græcis nec latinis nec barbaris licet in ſuā linguam omnino trāſferre vel alia lingua annunciare. Nā q̄uis interpretari poſſint: ꝓpter ſanctiorē tamen auctoritatē:ſeruata eſt ab apoſtolis in his ꝓprię linguę āntiquitas. Tāto enim ſacra ſunt nomi=na:vt etiā ioānes in apocalypſi referat ſe ſpiritu reuelā te vidiſſe & audiſſe vocem cęleſtis exercitus: tanq̄ vocē aquarum multaꝝ & tonitruū validoꝝ dicentium: amē & alleluia. ac per hoc ſic oportet in terris vtraq; dici ſi=cut in cęlo reſonāt. Oſanna in alterius lingue interpta=tionem in toto tranſire nō pōt. Oſi enim ſaluifica inter=pretatur:anna interiectio eſt. motum animi ſignificans ſub deprecantis affectu. Integre autem dicitur oſiāna. quod nos corrupta media vocali lrā & eliſa dicimus o=ſanna:ſicut fit in verſibus quando ſcandimus. Littera enim prima verbi ſequentis extremam prioris verbi ve nies excludit:& dicitur hebraice oſanna quod interpre=tatur ſaluifica. ſubaudiēdo vel populū tuum:vel totum mūdum. Offertorium tali ex cauſa ſumpſit vocabulū. Fertum enim diciſ oblatio quę i altari offertur & ſacri=ficatur a pontificibus:a quo offertoriū noiatum: quaſi ꝓpter fertum. Oblatio vocatur quia offertur. Dona ꝓ=prię dei dicunt. munera hominū: Nā munera dicuntur obſequia quę pauperes diuitibus loco munerū ſoluūt. Itaq; munus hominū datur: donū deo: vnde etiam in tē plis donaria dicimus. Munera autē vocātur :quia mani bus vel accipiuntur vel dantur. Duo ſunt autem q̄ offe runtur:donum & ſacrificium. Donum dicitur quicquid auro argentoq; aut qualibet alia ſpecie efficitur. Sacri=ficium autem eſt victima:& quæcunq; in ara cremantur ſeu ponuntur. Omne autem quod deo datur :aut dedi=catur:aut conſecratur. Quod dedicatur: dicēdo datur. vnde & appellatur: vnde & errāt qui dedicationem cō=ſecrationem putant ſignificari. Immolatio ab antiquis dicta:eo ꝙ in mole altaris poſita victima cęderetur:vn de & mactatio poſt immolatiōem eſt:nunc autem im=molatio panis & calicis conuenit. libatio autem tantū modo calicis oblatio ē. Hinc eſt illud: Et libauit de ſā=guine vuæ:ſicut & ſæcularium quidam poetarum: nūc in quit pateras libate ioui. Libare enim propriæ fundere eſt: ſumptumq; nomē de libero quodam: qui in gręcia vſum repperit vitis. Hoſtiæ apud veteres dicebātur ſa crificia. quę fiebant anteq̄ ad hoſtem pergerent. Victi=mę vero ſacrificia:quę poſt victoriam deuictis hoſtibus immolabanſ. Et erant victimæ maiora ſacrificia: q̄ ho ſtię. Alij victimam dictā putauerunt: quia ictu percuſſa cadebat:vel quia victa ad aras ducebatur. Holocauſtū illud eſt:vbi totum igne conſumitur quod offertur. An=tiqui enim cum maxima ſacrificia adminiſtrarent: ſole bant totas hoſtias in ſacrorum conſumere flamma. & ipſa erant holocauſtomata. Holo enim græce totum dicitur:cauſtis incenſio: & holocauſtum totum incen=ſum. Cerimoniæ apud latinos dicuntur ſacra omnia:q̄ apud græcos orgia vocantur. Propriæ autem viſum eſt doctoribus a carēdo appellari cerimōias : q̄ſi carimo=nias:eo ꝙ ea quę in ſacris diuinis offerunt i ſuo vſu his

carerent homines:quod etiam nomen in vſu eſt littera
rum ſanctarum. Alij cerimonias proprie in obſeruatio
nibus iudęorum credunt:abſtinentiam ſcilicet quarun
dam eſcarum:ſecundũ veterẽ legem:eo ꝙ obſeruãtes
careant his rebus quibus ſe abſtinuerũt. Sacrificium di
ctum:quaſi ſacrum factum. quia prece myſtica cõſecra
tur:in memoriam pro nobis dñicę paſſionis. Vnde hoc
eo iubente corpus chriſti & ſanguinem dicimus: quod
dum ſit ex fructibus terrę:ſanctificatur & fit ſacramen=
tum:operante inuiſibiliter ſpiritu dei:cuius panis & ca
licis ſacramentum gręci euchariſtiam dicunt:quod lati
næ bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore
& ſanguine chriſti. Sacramentum eſt:in aliqua celebra
tione. cum res geſta ita fit vt aliquid ſignificare itelliga
tur:quod ſancte accipiendum eſt. Sunt autẽ ſacramen
ta:baptiſmũ & chriſma. corpus & ſanguis chriſti: quæ
ob id ſacramenta dicuntur: quia ſub tegimento corpo
ralium rerum:virtus diuina ſecretius ſalutem eorundẽ
ſacramentorum operatur. Vnde & a ſecretis virtutibus
vel ſacris ſacramẽta dicuntur. Quę ideo fructuoſe pœ=
nes eccleſiam fiunt:quia ſanctus in ea manẽs ſpiritus:
eorundem latenter ſacramẽtorum operatur effectum:
vnde ſeu per bonos:ſeu per malos miniſtros: intra dei
eccleſiam diſpenſetur: tamen quia ſpiritus ſanctus my
ſtice illa viuificat. qui quõdam apoſtolico ĩ tempore: vi
ſibilibus apparebat operibus:nec bonorũ meritis diſ=
penſatorum amplificantur hæc dona:nec malorum at
tenuantur:quia neq; qui plantat eſt aliquid neq; qui ri=
gat:ſed qui incrementum dat deus. Vnde & græce my
ſterium dicitur quod ſecretam & reconditã habeat diſ=
penſationẽ. Baptiſmum gręce: latinę tinctio interpre=
tatur:quę idcirco tinctio dicitur quia ibi homo ſpiritu
gratię in melius immutatur: & longe alius q̃ erat effici
tur. Prius enim deformitate peccatorum fœdi eramus
in ipſa intinctione reddimur pulchri dealbatione virtu
tum. Vnde in cãticis ſcribitur canticorum. Quæ eſt iſta
quę aſcendit dealbata? Cuius myſterium non aliter ni
ſi ſub trinitatis deſignatiõe. i. patris & filij & ſpiritus ſã=
cti cognominatione completur:dicẽte dñ̃o ad apoſto=
los: Ite docete omnes gentes baptizãtes eos in nomi=
ne patris & filij & ſpiritus ſancti. Sicut enim in tribus te
ſtibus ſtat omne verbum. ita hoc ſacramentum confir
mat ternarius numerus nominũ diuinorum. ꝙ autem
per aquam baptiſmum datur: hęc ratio eſt. Voluit eni
dominus vt res illa inuiſibilis per congruentem:ſed ꝑ=
fecto contrectabilem rem viſibile inpenderetur elemẽ
tum: ſuper quod etiam in principio ferebatur ſpiritus
ſanctus. ſicut aqua purgatur exterius corpus ita latẽter
eius myſterio per ſpiritũ ſanctum purificaẽ & animus.
Cuius ſanctificatio ita eſt. Inuocato enim deo deſcẽdit
ſpũs ſanctus de cęlis & medicatis aquis ſanctificat eas
de ſemetipſo:& accipiũt vim purgationis vt in eis & ca
ro & anima delictis inquinata mundetur. Chriſma gręce
latine vnctio nominatur: ex cuius nomie & chriſtus
dicitur:& homo poſt lauacrum ſanctificaẽ. Nam ſicut
in baptiſmo peccatorum remiſſio datur: ita per vnctio
nem ſanctificatio ſpiritus adhibetur:& hoc de priſtina
diſciplina:qua vngi in ſacerdotiũ & in regnũ ſolebant:
ex quo & aaron a moyſe vnctus eſt. Quę dũ carnaliter
fit:ſpiritaliter ꝓficit:quomodo & in ipſa baptiſmi gra=
tia viſibilis actus eſt ꝙ in aqua mergimur:ſed ſpiritalis
effectus quod delictis mundamur. Hoc ſignificat illud
vnguẽtũ:quod peccatrix mulier ſuper pedes: & ea quæ
dicitur non fuiſſe peccatrix ſuper caput ieſu fudiſſe de=
ſcribitur. Manus impoſitio ideo fit vt per benedictionẽ
aduocatus inuitetur ſpiritus ſanctus. Tũc enim ille pa=
raclitus:poſt mundata & benedicta corpora: libens a
patre deſcẽdit:& quaſi ſuper baptiſmi aquam tanq̃ ſu=
per priſtinam ſedem recognoſcens requieſcit. Nam le
gitur ꝙ in principio aquis ſuperferebatur ſpiritus ſan=
ctus. Exorciſmus græce latine cõiuratio ſiue ſermo in=
crepatiõis eſt:aduerſus dyabolum vt diſcedat:ſicut eſt
in zacharia. Et oſtẽdit mihi ieſum ſacerdotẽ magnum
ſtantem coronã angelo domini:& ſathan ſtabat a dex
tris eius vt aduerſaretur ei:& dixit dñs ad ſathan. Incre
pet dñs in te ſathan:& increpet dñs in te qui elegit hie
ruſalẽ. Hoc eſt exorciſmus:increpare & cõiurare aduer
ſus diabolum. Vnde ſciendũ ꝙ nõ creatura dei ĩ infan=
tibus exorcizatur aut exſufflatur: ſed ille ſub quo ſunt
omnes qui in peccato naſcuntur. Eſt enim pñceps pec
catorum. Symbolum per linguam gręcam ſignum vel
cognitio interpretatur. Diſceſſuri eni apoſtoli ad euan
gelizandum in gentibus: hoc ſibi p̃dicationis ſignum
xel indicium poſuerunt. Continet enim confeſſionem
trinitatis & vnitatẽ eccleſiæ:& omne chriſtiani dogma
tis ſacramentum. Quod ſymbolum fidei & ſpei noſtrę
non ſcribitur in charta & atramento:ſed in tabulis cor
dis carnalibus. Oratio:petitio dicitur. Nã orare eſt pe=
tere:ſicut exorare ĩpetrare. Cõſtat autem oratio loco
& tempore. Loco:quia non vbiq;:cum prohibeamur a
xp̃o orare in publico:ſed vbi oportunitas dederit: aut
neceſſitas importauerit. Neq; enim contra pręceptum
reputatur ab apoſtolis factum: quia in carcere audiẽti
bus cuſtodibus orabant & canebãt deo. De tẽpore ve
ro dictum eſt:ſine intermiſſione orate. ſed hoc ſingula=
ribus. Nam eſt obſeruatio quarũdam horarum cõmu
niũ:quę diei interſpacia ſignãt:tertia:ſexta:nona:ſimi=
liter & noctis:ſed ideo he orandi hore diuiſæ ſunt: vt ſi
forte aliquo fuerimus opere detenti:ipſum nos ad offi
cium tẽpus admoneat: quæ tempora in ſcripturis inue
niuntur. Primum eni ſpiritus ſanctus cõgregatis diſci=
pulis hora tertia ĩfuſus eſt. Petrus qua die viſionem cõ
municationis in illo vaſculo expertus ẽ:ſexta hora orã
di gratia aſcenderat. Idem etiam cũ Ioãne hora nona
tẽplum adijt:quãdo claudum ſanitati reformauit. Sed
& danielem legimus hęc tẽpora in oratiõe obſeruaſſe:
& vtiq; ex iſraelis diſciplina:vt ne minus q̃ ter ĩ die ado
remus. Debitores enim ſumus triũ perſonarũ: patris
& filij & ſpũſſancti:exceptis vtiq; & alijs legitimis ora=
tionibus quę ſine vlla admonitione debẽtur. in ĩgreſſu

lucis ac noctis:ſiue vigiliarum:ſed & cibū nō prius ſu:
mere q̄ inter poſita oratione debem⁹.Priora eni haben
da ſunt ſpūs refrigeria:qa priora celeſtia q̄ terrena Qui
aūt vult orationē ſuā volare ad dñm:faciat illi duas alas
ieiuniū & elemoſynā & aſcēdet celeriter : & exaudietur
Ieiuniū eſt parſimonię victus:abſtinentiaq; ciboꝝ:cui
nomen eſt inditū ex quadā parte viſcerū tenui ſemp &
vacua:quod vulgo ieiuniū vocaẗ : vnde ieiunii nomen
creditur deriuatū:q̄ ſui inedia viſcera vacua & exinani
ta exiſtāt. Ieiuniū aūt & ſtatio dicitur. Statio aūt de mi:
litari exemplo nomen accepit:p eo q̄ nulla leticia ob:
ueniens caſtris ſtationē militū reſcindat.Nā leticia libē
tius triſticia ſollicitius adminiſtrat diſciplinā.Vñ & mi
lites nunq̄ imemores ſacramenti magis ſtationibus pa
rent .Diſcernūt autē quidā inter ieiuniū & ſtationē.Nā
ieiuniū eſt indifferenter cuiuſlibet diei abſtinentia:non
ſcđm legē ſed ſcđm ꝑpriā volūtatē.Statio aūt eſt obſer
uatio ſtatutoꝝ dieꝝ vel tēpoꝝ.Dierū:vt quarte ferię&
ſexte ieiuniū:exveteri lege p̄ceptū:de qua ſtatione i euā
gelio dixit ille : ieiuno bis in ſabbato:id eſt quarta & ſe
xta ſabbati. Tēpoꝝ aūt q̄ legalib⁹ ac ꝑpheticis inſtitu:
tionibus terminatis temporibus ſtatuta ſunt:vt ieiuniū
quarti quinti ſeptimi & decimi menſis:vel ſicut in euā
gelio.Dies illi in quib⁹ ablatus eſt ſponſus:vel ſicut ob
ſeruatio quadrageſime que in vniuerſo orbe inſtitutio
ne apoſtolica obſeruatur:circa cōtinuū dñice paſſionis.
His tertiū gen⁹ quidā adiiciunt:quā xerophagiā dicunt
abſtinentiam ſcilicet ciboꝝ humentium.Vnde et no:
men hoc datū:eo q̄ ſiccis quidā eſcis vtantur. Peniten
tia appellata quaſi punitentia: eo q̄ ipſe homo in ſe pe:
nitendo puniat quod male admiſit. Nā nihil aliud agūt
quos veraciter penitet:niſi vt id quod male fecerunt ipu
nitū eſſe non ſinant.Eo quippe modo ſibi non parcen:
tibus ille parcit:cuius altū iuſtūq; iudiciū nullus cōtē:
ptor euadit. Perfecta eſt aūt penitētia:preterita deflere
& futura non admittere.Hec ſecūda i ſimilitudine fon:
tis eſt:vt ſi forte impugnāte dyabolo aliquod peccatuꝫ
irrepſerit:huius ſatiſfactione purgeẗ.Satiſfactio autem
eſt:cauſas peccatoꝝ & ſuggeſtiones excludere : & vltra
peccatū non iterare.Recōciliatio vero eſt q̄ poſt cōple:
mentum penitētie adhibeẗ.Nā ſicut conciliamur deo:
quādo primū a gentilitate cōuertimur:ita recōciliamur
quando poſt peccatū penitendo regredimur. Exomo:
logeſis gręco vocabulo dicitur:quod latine cōfeſſio in
terpretatur:cui⁹ nominis duplex ſignificatio ē.Aut eñ
in laude intelligitur cōfeſſio ſicut eſt:confiteor tibi pa:
ter dñe celi & terre:aut dum quiſq; cōfitetur ſua pecca:
ta ab eo indulgenda:cuius indeficiens eſt miſericordia
Ex hoc ergo gręco vocabulo:exprimitur et frequētaẗ
exomologeſis:qua delictū noſtrū dño confitemur:nō
quidē vt ignaro:cuius cognitioni nihil occultū eſt:ſed
confeſſio eſt rei ſcilicet ei⁹ que ignoratur ꝓfeſſa cogni:
tio.Vtile eñ ſibi ac iocundū quiſq̄ eē exiſtimauerat: ra:
pere:adulterari:furari:ſed vbi hec eterne dānationi ob:
noxia eſſe cognouit:cognitis his confitetur errorē.Cō
feſſio aūt erroris:profeſſio eſt deſinendi. Deſinendum
ergo a peccatis eſt dū cōfeſſio eſt.Confeſſio aūt antece:
dit:remiſſio ſequitur. Ceterū extra veniā eſt q peccatuꝫ
cognoſcit:nec cognitū confitetur.Itaq; exomologeſis
proſternendi & humilificandi hois diſciplina eſt:habi:
tu atq; victu:ſacco & cinere incubare:corpus ſordibus
obſcurare:animū meroribus deiicere illa que peccauit
triſti tractatione mutare.Letanię gręco nomine appel:
lantur:que latine dicunẗ rogationes. Inter letanias ve:
ro & exomologeſin hoc differt:q̄ exomologeſis p ſo
la confeſſione peccatoꝝ agitur:letanie vero dicuntur p
pter rogandū dñm & impetrandū in aliquo miſericor
diā eius.Sed nunc iā vtrūq; vocabulū ſub vna ſignifica
tione habetur:nec diſtat vulgo vtrū letanie:an exomo:
logeſis dicātur. Supplicatiōis aūt nomē quodāmodo
ex gentilitate retinetur.Nā ferię aut legitime erāt apud
eos:aut indicte.Indicte autem qa paupertas antiqua ro:
manoꝝ:aut ex collatiōe ſacrificabat:aut certe de bonis
dānatorum.Vnde ſupplicia dicuntur ſupplicationes q̄
fiebant de bonis paſſoꝝ ſupplicia.Sacre eñ res:de reb⁹
execrandorum fiebant.

¶Explicit liber ſextus.

¶Incipit liber ſeptimus.

¶De deo. Cap.I.

BEatiſſimus hieronym⁹ vir eruditiſſim⁹ & mul
tarum linguarū peritus hebręorū nominum
interp̄tationē primus in latinā linguā cōuer:
tit.Ex quibus p breuitate ꝑtermiſſis multis:
quędam huic operi adiectis interpretationibus interpo
nenda ſtudui.Vocabuloꝝ eñ expoſitio ſatis idicat qđ
velint intelligi.Habēt eñ quędā ex propriis cauſis no:
minū rationē.In principio autem decē noia ponimus.
quibus apud hebręos de⁹ vocatur.Primū apud hebrę:
os dei nomen El dicitur: qđ alii deū:alii ęthymologiā
eius exprimentes Iſchyrios.i.fortē interp̄tati ſunt.iō q̄
nulla ifirmitate p̄mitur:ſed fortis eſt & ſufficiēs ad oia
ꝑpetrāda.Secūdū nomē Eloi ē.Tertiū Eloe:qđ vtrūq;
in latinū deus dicitur.Eſt aūt nomē i latinū:& gręca ap:
pellatiōe trāſlatū.Nā de⁹ gręce Theos diciẗ:q̄ſi Δεοσ:
id eſt timor vnde tractū eſt nomē deus:q̄ eū colentib⁹
ſit timor.Deus aūt proprie nomē eſt trinitatis pertinēs
ad patrē & filiū & ſpiritū ſanctū.Ad quā trinitatē etiā re
liq̄ q̄ in deo infra ſunt poſita vocabula referūtur. Quar
tum nomē dei dicitur Sabaoth:quod vertitur in latinū
exercituū ſiue virtutū:de quo i pſalmo ab angelis diciẗ
Quis eſt iſte rex glie:dñs virtutū.Sunt aūt in huiuſmo
di ordinatione virtutes multę:vt angeli:archāgeli:prin
cipatus:& poteſtates.cunctiq; cęleſtis militię ordines
quoꝝ tñ ille dñs eſt.Omnes eñ ſub ipſo ſūt: eiuſq; do
minatui ſubiacent.Quintum nomē Elion quod inter:
p̄tatur in latinū excelſus:qa ſupra cęlos eſt:ſicut ſcriptū
eſt de eo:Excelſ⁹ domin⁹:ſupra cęlos gloria ei⁹. Excel
ſus aūt dictus p valde celſus.Ex eñ pro valde ponitur:
ſicut eximius quaſi valde eminens.Sextū nomen Eieie

id eſt q eſt. Deus eñ ſolũ quia ętern⁹ ē. hoc eſt. qa exordiũ nõ habet: eſſentię nomẽ vere tenet. Hoc eñ nomen ad ſanctũ moyſen per angelũ eſt delatum. Querenti eñ quod eſſet nomẽ eius q eũ pergere precipiebat ad populũ ex ęgypto liberãdũ: rñdit. Ego ſum q ſum: & dices filiis iſrael qui eſt miſit me ad vos: tanq̃ in eius comparationẽ: qui vere eſt qa icõmutabilis eſt: ea q̃ cõmutabilia facta ſunt: quaſi non ſint. Quod eñ dicitur fuit: non eſt: & quod dicitur erit: nondũ eſt. Deus aũt eſſe tãtum nouit: fuiſſe & futurũ eſſe non nouit. Solus eñ pater cũ filio et ſpiritu ſancto veraciter eſt. Cuius eſſentię cõparatũ eſſe noſtrum: nõ eſſe eſt. Vnde & in colloquio dicimus. Viuit deus/ qa eſſentia vita viuit: quã mors nõ habet. Septimũ Adonay: quod generaliter dñs interpretatur: ꝙ domineť creaturę cunctę: vel ꝙ creatura oĩs dña tui eius deſeruiat. Dñs ergo & deus vel ꝙ dñetur oĩb⁹: vel ꝙ timeatur a cũctis. Octauũ Ia: qđ in deo tñ poniť qđ etiã i alleluya i nouiſſima ſyllaba ſonat. Nonũ Tetragrãmaton: hoc eſt q̃ttuor litterarum: qđ proprie apud hebręos in deo poniť/ iode/ iode. i. duabus ia. q̃ duplicata ieffabile illud & glorioſum dei nomẽ efficiũt. Diciť autẽ ineffabilis: non quia dici non põt: ſed qa finiri ſenſu & intellectu humano nullatenus põt. & ideo qa de eo nihil dignũ dici põt. ieffabilis eſt. Decimũ Saddai: id eſt oĩpotens. Vocat⁹ aũt oĩpotẽs: eo ꝙ oĩa põt. ſꝫ a faciendo quod vult: nõ a patiendo qđ non vult. Qđ ſi ei accideret: neq̃q̃ eſſet oĩpotens: facit eñ quicqd vult: & inde oĩpotens. Itẽ oĩpotens: qa ipſi⁹ ſunt oĩa q̃ vbiq; ſũt. Solus eñ totius mũdi habet iperiũ. Dicuntur aũt & alia q̃dã in deũ ſubſtantialiter noĩa: vt imortalis: icorruptibilis: icõmutabilis: ęternus: vnde & merito cunctę preponitur creaturę. Immortalis ſicut de eo ſcriptũ eſt q ſol⁹ habet imortalitatẽ: qa i ei⁹ natura nulla ē cõmutatio. Nã oĩs mutabilitas nõ incõuenieter mortalitas diciť: ſcđm quã & aĩa mori diciť: nõ qa in corpus vel in aliquã alterã ſubſtãtiã mutať & vertiť: ſed in ipa ſua ſubſtãtia qcqd alio mõ nunc eſt aut fuit: ſcđꝫ id qđ deſtitit eẽ quod erat mortalis vtiq; dephendiť: ac p hoc ſol⁹ de⁹ diciť imortalis: qa ſolus icõmutabilis. Incorruptibilis appellatur qa corrũpi & diſſolui nõ põt nec diuidi. Quicqd eñ capit diuiſionẽ: & interitũ capit. Ille nec diuidi põt nec interire. ide icorruptibilis ē. Incõmutabilis ē. quia ſemper manet & mutari neſcit. Nec pficit quia pfect⁹ ē. nec deficit qa ęternus. Etern⁹ ē. qa ſine tẽpore ē. Nõ eñ habet initiũ neq; finẽ. Hinc & ſẽpitern⁹: eo ꝙ ſit ſemp ętern⁹ A quibuſdã aũt ętern⁹ ab ethere crediť dict⁹: qm̃ cęlum ſedes ei⁹ habeť: vñ ē illud Cęlũ cęli dño: & hęc iſta quattuor vnũ ſignificãt. Nã vna eadẽq; res diciť: ſiue dicať ętern⁹ de⁹ ſiue imortalis ſiue icorruptibilis: ſiue imutabilis. Inuiſibilis diciť: qa nũq̃ per ſubſtãtiã ſuã apparuit oculis mortaliũ trinitas niſi p ſpeciẽ ſubiectę creaturę eiuſdẽ corporeę. Nã nemo põt ipſam maieſtatẽ eſſentię dei videre & viuere: ſicut & dictũ ē moyſi. Vñ & Ioãnes in ep̃la ſua dicit. Deũ nemo vidit vnq̃. Res eſt eñ inuiſibilis. iõq; nõ oculo ſed corde querẽd⁹ ē. Impaſſibilis eſt: quia nullis perturbationib⁹ afficiť: quib⁹ fragilitas humana ſuccũbit. Nõ eñ attingũt eũ vllę paſſiones vt libido/ iracundia/ cupiditas/ timor/ meror/ inuidia/ & cętera: quib⁹ humana mens turbať/ ſed cũ diciť de⁹ iraſci/ aut ʒelare/ aut dolere/ noſtro vſu diciť. Apud deũ perturbatio nulla ē: apud quẽ trãqllitas ſũma eſt. Simplex diciť/ ſiue nõ admittendo quod habet/ ſeu qa nõ aliud ē ipe/ & aliud qđ in ipo ē/ ſicut i hoĩe: cui⁹ aliud ē eẽ/ aliud ſapere. Nã & eẽ põt/ & ſapiẽs nõ eſſe. De⁹ autẽ habet eſſentiã/ habet & ſapientiã/ ſed quod habet/ hoc & ē: & oĩa vnus ē: ac pinde ſimplex ē: qa non i eo aliquid accidentis eſt/ ſed qđ ē/ & qđ in ipo eſt eſſentialiter ē: excepto ꝙ relatiue ad quãcũq; perſonã eſt. Sũme bon⁹/ quia incõmutabilis eſt. Creatura vero bonũ/ ſed non ſũmum eſt: quia mutabilis eſt. Et dũ ſit quidẽ bonũ: nõ tñ eẽ põt & ſummũ. Incorporeus aũt vel icorporalis iõ diciť deus. vt ſpũs credatur vel intelligatur eſſe/ nõ corp⁹. Nã dũ dicitur ſpũs eius ſignificatur ſubſtãtia. Immenſ⁹ qa cũcta cõcludit/ & ipe a nullo cõcluditur/ ſed oĩa intra ei⁹ oĩpotentiã coartanť. Perfectus dicitur: quia nihil ei poſſit adiici. Attamen de cõſummatione alicuius facti: perfectio diciť. Deus autẽ q nõ eſt factus: quomodo eſt perfectus? Sed hoc vocabulũ de vſu noſtro ſumpſit humana inopia ſicut & reliqua verba: quaten⁹ id quod ieffabile eſt vtcũq; dici poſſit: qm̃ de deo nihil digne humanus ſermo dicit ſicut ſunt & alia. Creator dict⁹: p tot⁹ mũdi rebus ab ipo creatis. Nihil eñ eſt: quod nõ originẽ a deo traxerit. Ipſe & vnus: quia diuidi nõ põt/ vel quia nihil eſſe aliud põt: propter quod tantũdem captat poteſtatis. Hęc igitur quę de deo dicta ſũt: ad totã pertinent trinitatẽ: propter vnã & coęternã ſubſtãtiam/ ſiue in patre/ ſiue in filio eius vnigenito in forma dei/ ſiue in ſpiritu ſancto: qui vnus ſpiritus eſt dei patris & filii ei⁹ vnigeniti. Sunt aũt & quędã vocabula ex vſu noſtro ad deum ſumpta de membris noſtris: ſiue de inferioribus: ē qa in propria natura inuiſibilis & incorporeus eſt: p efficientiis tamen cauſarũ in ipſo rerũ ſpecies aſcribũť: vt more locutiõis noſtrę facilius ſeipſum inſinuet: vt qa oĩa videt: dicatur oculus/ propter ꝙ audit omnia dicať auris: pro eo aũt ꝙ auertitur ambulat: p eo ꝙ expectat ſtat/ ſic & in cęteris hoꝝ ſimilibus ab humanis mẽtib⁹ trahiť ſimilitudo ad deũ ſicut eſt obliuiſcens & memorans. Hinc eſt quod & propheta dicit. Iurauit dñs exercituũ per animã ſuã/ nõ ꝙ animã deus habeat: ſed hoc noſtro narrat affectu. Nã & facies dei i ſcripturis ſanctis non caro ſed diuina cognitio intelligitur/ eadẽ ratione qua per faciẽ cõſpectã quiſq; cognoſcitur. Hoc enĩ in oratione dicitur deo Oſtende nobis faciem tuã/ ac ſi dicatur: da nobis cognitionem tuam. Sic & veſtigia dei dicuntur: quia nunc deus per ſpeculũ agnoſcitur. Ad perfectũ vero omnipotẽs reperietur: dum in futuro facie ad faciem quibuſq; electis preſentabitur: vt pſam ſpeciem contemplentur: cuius nunc veſtigia comprehendere conantur/ hoc eſt quẽ videre per ſpeculum dicunť. Nam & ſitus & habitus & locus & tempus/ in deo non

proprie:ſed per ſimilitudinē tranſlatiue dicunť. Quip=
pe ſedere ſuper cherubin diciť. quod eſt ad ſitū : & abyſ=
ſus tanq̄ veſtimentū amictus:quod eſt ad habitū:& āni
tui non deficient:qđ ad tēpus pertinet:& ſi aſcendero in
cęlum tu ibi es:quod ad locū. Nā & in propheta Plau=
ſtri portātis fœnum:ſpecies ad deū duciť. Et hæc oīa ꝑ
figurā deus:quia nihil eſt horum ad proprietatem ſub=
ſtantię eius.

De filio dei. Cap. II.

MVltis etiā modis chriſtus appellari i ſcriptu
ris inueniť diuinis. Nā ipſe dei patris vnige
nitus filius dū eſſet ęqualis patri ꝑpter ſalu=
tē noſtrā formā ſerui accepit. Proinde q̄dā
noīa in illo ex diuinitatis ſubſtātia:quędā ex diſpēſatio
ne ſuſceptę hūanitatis aſſūpta ſunt. Chriſtus nāq; a chriſ
mate eſt appellatus. hoc eſt vnctus. Pręceptū eñ fuerat
iudęis. vt ſacrū conficerēt vnguentū: quo perungi poſ
ſent hi qui vocabantur ad ſacerdotiū vel ad regnū:& ſi
cut nunc regibus indumētū purpurę īſigne eſt regię di
gnitatis:ſic illis vnctio ſacri vnguēti nomen ac poteſta
tē regiā cōferebat:& inde xp̄i dicti a chriſmate: quod ē
vnctio. Nā chriſma gręce:latine vnctio nuncupatur:q̄
etiā dño nomen accōmodauit:facta ſpiritalis qa ſpiritu
vnctus eſt a deo patre. ſicut diciť in actibus ap̄łoꝝ. Col
lecti ſunt eñ in hac ciuitate aduerſus ſanctū filiū tuum
quē vnxiſti:non vtiq; oleo viſibili:ſed gratię do no:q
viſibili ſignificatur vnguento. Nō eſt aūt ſaluatoris pro
priū nomen xp̄s:ſed cōmunis nūcupatio ptātis. Dum
eñ dicitur xp̄s:cōmune nomen dignitatis eſt. dū Ieſus
xp̄s ꝑpriū eſt vocabulū ſaluatoris. Chriſti eñ nomen
nuſq̄ alibi oīno nec in aliqua gente fuit niſi tm̄ in illo re
gno vbi xp̄s ꝓphetabať & vnde venturus erat. Meſſias
aūt hebraice diciť:gręce xp̄s :latina aūt locutiōe vnct⁹.
Ieſus hebraice:gręce ſother:latine autē ſalutaris:ſiue ſal
uator interp̄tatur: ꝑ eo q̄ cunctis gentibus ſalutifer ve=
nit. Ethimologiā eñ nois huius etiā euangeliſta ſignifi
cat dicens:Vocabis nomē eius ſaluator:quia ipſe ſaluū
faciet populū ſuū. Sicut eñ xp̄s ſignificat regē:ita ieſus
ſignificat ſaluatorē. Non itaq; nos ſaluos facit quicūq;
rex:ſed rex ſaluator. Quod verbū latina lingua antea nō
habebat ſed habere poterat. ſicut potuit quando voluit
Emanuel ex hebręo in latinū ſignificat nobiſcū de⁹:ſci
licet quia per virginē natus de⁹ hominib⁹ in carne mor
tali apparuit:vt terrenis viā ſalutis ad cęlū aperiret. Ad
diuinitatis autē ſubſtantiam quę pertinēt ſunt iſta : dn̄s
& deus. Deus autē dictus ꝑpter vnitā cū patre ſubſtan=
tiam. Dn̄s autē propter ſeruientē creaturā. Deus autē &
homo:quia verbū & caro. Vnde et bis genitus dicitur
ſiue quia pater eū genuit ſine matre i ęternitate: ſiue qa
mater ſine patre in tēpore. Vnigenit⁹ aūt vocatus ſcđm
diuinitatis excellentiā:quia ſine fratribus primogeni=
tus eſt ſcđm ſuſceptionē homis:in qua per adoptionis
gratiā fratres habere dignatus eſt:quib⁹ eſſet primoge
nitus. Omouſion patri: ab vnitate ſubſtātię appellatus
Subſtantia eñ vel eſſentia gręce vſia dicitur. omo vnū
Vtrūq; igitur coniunctum ſonat vna ſubſtātia. Hoc eñ
vocatur omouſion:quod eſt ego & pater vnum ſumus:
hoc eſt eiuſdē cum patre ſubſtantię. Quod nomen & ſi
ſcriptum in ſanctis litteris nō inueniatur: in aſſertiōe tñ
totius trinitatis defenditur:quia datur ratio vnde recte
dici oſtēdatur ſicut & pater in illis libris nuſq̄ ingenit⁹
legitur:ſed tamen dicendus eſſe atq; credendus nō du=
bitatur. Omouſion ſimilis ſubſtantię:quia qualis de⁹:
talis eſt & imago eius. Inuiſibilis deus:& imago eius in
uiſibilis. Principiū:eo q̄ ab ipſo ſint oīa:& quia ante eū
nihil. Finis:vel quia dignatus eſt in fine tēporū humi=
liter in carne naſci & mori:& iudiciū nouiſſimū ipſe ſu
ſcipere. vel quia q̄cquid agimus ad illū referim⁹. Et cū
ad eū peruenerimus: vltra quod q̄ram⁹ nō habebimus.
Os dei eſt quia verbū eius eſt. Nam ſicut ꝑ verbis quę ꝑ
linguā fiunt ſępe dicim⁹. illa & illa ligua:ita & ꝑ dei ver
bo os ponitur:quia mos eſt vt ore verba formenť. Ver
bū autē ideo dicitur:quia per eū pater oīa condidit ſiue
iuſſit. Veritas: quia non fallit:ſed tribuit quod promi=
ſit. Vita:quia creauit. Imago dei: ꝑpter patem ſimilitu=
dinē patris. Figura eſt:quia ſuſcipiens formā ſerui:ope
rū virtutūq; ſimilitudinē patris in ſe imaginē atq; imē
ſam magnitudinē deſignauit. Manus dei eſt:q̄ oīa per
ipſum facta ſunt. Hinc & dextera: propter effectū ope=
ris totius creaturę quę per ip̄m formata eſt. Brachium:
quia ab ipſo oīa continentur. Virtus: ꝑ eo q̄ omnē po=
teſtatem patris in ſemetipſo habeat:& omnē cęli terrę=
q; creaturā gubernet:cōtineat:atq; regat. Sapiētia : pro
eo q̄ ipſe reuelat myſteria ſcientię & archana ſapientię.
Sed tamen cū ſit pater & ſpiritus ſctūs:ſapiētia & virt⁹
& lumen & lux: ꝑprie tamen his nominibus fili⁹ nūcu
patur. Splēdor autē appellatur ꝑpter q̄ manifeſtat. Lu=
men:quia illuminat. Lux:quia veritatem contemplan=
dam:cordis oculos reſerat. Sol:quia illuminat omnes.
Oriens:quia luminis fons & illuſtrator ē rerū:& q̄ ori=
ri nos faciat ad vitā eternā. Fōs:quia rerū omniū origo
eſt:vel q̄ ſatiat ſitientes. Ipſe quoq; alpha & o. Alpha
eñ litterā nulla pręcedit. Prima eſt eñ litterarum: ſicut
& filius dei. Ipſe eñ ſe principiū iudęis interrogantib⁹
eſſe reſpondit. Vnde & Ioannes in apocalypſi proprie
ipſam litteram ponens ait. Ego ſum alpha & o. prim⁹ &
nouiſſimus. Primus:quia ante eū nihil eſt. Nouiſſimus
quia nouiſſimum iudiciū ipſe ſuſcipiet. Mediator:quia
inter deum & hominē medi⁹ cōſtitutus eſt vt homines
ad deum perduceret. Vnde & illū gręci meſiten vocant
Paraclytus:id eſt aduocatus: quia pro nobis intercedit
apud patrem:ſicut & de eo dicit Ioannes. Aduocatum
habemus apud patrem Ieſum xp̄m iuſtum. Paraclytus
autē gręcum eſt:quod latine dicitur aduocatus. Quod
nomen & filio & ſpiritui ſancto aſcribitur:iuxta q̄ & do
minus in euangelio ait. Rogabo patrē et alium paracly
tum dabit vobis. Interceſſor aūt ideo vocatur:quia pro
culpa noſtra remouenda curam gerit & pro abluendis
noſtris criminibus curam impendit. Sponſus : quia de
ſcendens de celo adhęſit eccleſię:vt pace noui teſtamen

ti eſſent duo in carne vna. Angelus dicitur: propter an=
nunciationē paternæ ac ſuę voluntatis. Vnde & apud ꝓ
phetam magni conſilii angelus legitur: dum ſit deus &
dominus angelorum. Miſſus dicit᷑: eo ꝙ apparuit huic
mundo verbū caro factū. vnde & idem dicit. Ego a pa=
tre exiui & veni in hunc mundū. Homo autē dicit᷑: qa
natus ē. Propheta. quia futura reuelauit. Sacerdos: quia
pro nobis hoſtiam ſe obtulit. Paſtor: quia cuſtos. Ma=
giſter: quia oſtenſor. Nazarenus vero a loco. Nazarenꝰ
a merito: id eſt ſanctus ſiue mundus: quia peccatū non
fecit. Siquidem & de aliis inferioribus rebꝰ nominum
ſpecies ad ſe trahit xp̄s vt facilius intelligatur. Dicit᷑ eñ
panis: quia caro. Vitis: quia ſanguine ipſiꝰ redempti ſu=
mus. Flos: quia electus. Via: quia per ip̄m ad dominum
imus. Oſtium: quia per ip̄m ad dn̄m ingredimur. Mōs:
quia fortis. Petra: quia firmitas eſt credentiū. Lapis an=
gularis: vel quia duos parietes e diuerſo. i. de circūciſio
ne & preputio venientes in vnā fabricā eccleſiæ iungit.
vel ꝙ pacē in ſe angelis & hominibꝰ facit. Lapis offen=
ſionis: quia veniens humilis offenderunt i eum incredu
li hoies: & factus eſt petra ſcandali: ſicut dicit apoſtolꝰ.
Iudeis quidem ſcandalū. Fundamentū aūt ideo vocat᷑:
qa fides in eo firmiſſima eſt: vel quia ſuper eum catholi
ca eccleſia conſtructa eſt. Nam & xp̄s agnus ꝓ innocen
tia: & ouis ꝓpter patientiā: & aries ꝓpter principatum:
& hędus ꝓpter ſimilitudinē carnis peccati. & vitulꝰ ꝓ
eo ꝙ pro nobis eſt imolatus. & leo pro regno & fortitu
dine. & ſerpens pro morte & ſapientia. Idem & vermis
quia reſurrexit. Aquila propter ꝙ poſt reſurrectionem
ad aſtra remeauit. Nec mirū ſi vilibus ſignificationibꝰ
figuretur qui vſq; ad noſtrarū paſſionū: ſeu carnis con=
tumelias deſcēdiſſe cognoſcitur. Qui cū ſit coęternus
dei patris ante ſęcula filius poſtq̄ venit plenitudo tēpo=
ris propter ſalutem noſtrā formā ſerui accepit & factus
eſt filius dei filius hois. Inde quędā de illo in ſcripturis
ſanctis ſcd̄m formā dei. q̄dā ſcd̄m formā ſerui dicunt᷑.
Quoꝝ exempli gratia duo quędā cōmemorātur vt ſin
gula ad ſingula referantur. Secūdū formā dei. de ip̄o di
xit. Ego & pater vnū ſumus. ſcd̄m formā ſerui. Qm̄ pa
ter maior me eſt. Homines autē minus intelligētes dq
pro quo dicat᷑: ea q̄ propter formā ſerui dicta ſūt. volūt
tranſferre ad formā dei. & rurſus ea q̄ dicta ſunt vt ad ſe
inuicē perſonę referant᷑. volunt oīa eſſe naturæ atq; ſub
ſtantię: & faciunt errorem in fide. Sic aūt de filio coniū
cta eſt humana natura: vt ex duabus ſubſtātiis fieret vna
ꝑſona. Solꝰ igit᷑ homo ꝑtulit crucē: ſed ꝓpter vnitatē ꝑ
ſonę & deꝰ dicit᷑ ꝑtuliſſe. Hic ē qd̄ ſcribit᷑. Si eñ cogno
uiſſent: nūq̄ dn̄m gl̄ie crucifixiſſent. Filium ergo dei
crucifixum fatemur: non ex virtute diuinitatis: ſed ex i
firmitate humanitatis: non ex ſuę naturę permanſione:
ſed ex noſtra ſuſceptione.

¶ De ſpiritu ſancto. Cap. III.

Spiritus ſanctus ideo predicat᷑ deꝰ: qa ex pa=
tre filioq; procedit: & ſubſtātiā eoꝝ habet.
Neq; eñ aliud de pr̄e ꝓcedere potuit: q̄ qd̄
ipſe eſt pater. Spiritus ſanctus autē dictus: ſcd̄m id qd̄
ad aliquid refertur ſpirans. Spirans vtiq; ſpiritu iſpira=
tus eſt: & ex eo appellatꝰ ſpiritꝰ eſt. Proprio autē modo
quodā dicitur ſpiritꝰ ſct̄ūs ſcd̄m quod refertur ad patrē
& filiū ꝙ eoꝝ ſpiritꝰ ſit. Nā & hoc nomē quod ſpiritꝰ
dicitur: non ſemꝑ ſcd̄m id qd̄ refertur ad aliquid ſed ſe
cundum id quod aliquā naturā ſignificat intelligitur.
Oñis eñ incorporea natura ſpiritꝰ in ſcripturis ſacris
appellatur. Vnde nō tm̄ patri & filio & ſpūiſancto. ſed
oñi rationali creaturę & animę hoc vocabulū cōgruit
Ideo igitur ſpiritꝰ dei ſanctꝰ vocatur. quia patris & filii
ſanctitas eſt. Nā cum ſit & pater ſpūs: & filiꝰ ſpūs: & pa=
ter ſanctus: & filius ſanctus. proprie tñ ipſe vocat᷑ ſpiri=
tuſſanctus: tanq̄ ſanctitas coeſſentialis & conſubſtantia=
lis amboꝝ. Spirituſſanctus ideo non dicitur genitꝰ ne
duo in trinitate filii ſuſpicentur. Ideo nō predicatur in=
genitus ne duo patres in ip̄a trinitate credantur. Proce=
dens autē dicitur teſtimonio dn̄i dicentis. Multa adhuc
habeo quę vobis loquar: ſed nō poteſtis illa modo audi
re. Veniet autē ſpūs veritatis: qui a patre procedit: et de
meo accipiet: ille vobis indicabit oīa. Hic autē non ſolū
natura procedit. ſed ſemꝑ ad ꝑagēda opera diuinitatis
indeficienter procedit. Hoc aūt intereſt inter naſcentem
filiū & procedētē ſpiritū ſanctū. ꝙ filius ex vno naſcit᷑
ſpūſſanctus ex vtroq; procedit. & ideo dicit apoſtolus
Qui aūt ſpiritū chriſti nō habet: hic nō eſt eius. Spūſſan
ctus ex opere etiā angelus itelligitur. Dictū eſt eñ de il
lo. Et quę ventura ſunt: annūciabit vobis. Et vtiq; ange
lus gręce: latine nūcius interpretatur. Vnde duo ange=
li apparuerunt loth: in quibus dn̄s ſingulariter appellat᷑
quos intelligimus filiū & ſpiritū ſanctū. Nā pater nūq̄
legitur miſſus. Spūs ſct̄ūs ꝙ dicitur paraclytus a conſo
latione dicitur. Paraclyſis eñ gręce: latine cōſolatio ap=
pellatur. Chriſtus eñi eū apoſtolis lugentibꝰ miſit: poſt=
q̄ ab eoꝝ oculis ipſe in cęlū aſcendit. Conſolator enim
triſtibus mittitur: ſcd̄m illā eiuſdē dn̄i ſentētiā. Beati lu
gentes: qm̄ ipſi cōſolabuntur. Ipſe etiā dixit. Tunc luge
bunt filii ſponſi cū ablatus ab eis fuerit ſponſus. Itē pa=
raclytus pro eo ꝙ conſolationē preſtet animabꝰ: q̄ gau
dium temporale amittunt. Alii paraclytū latine orato=
rē vel aduocatū interpretantur. Ipſe eñ ſpiritus ſanctus
dicit. Ipſe docet: per ipſum datur ſermo ſapientię: ab ip
ſo ſancta ſcriptura inſpirata eſt. Spiritus ſanctus ideo ſe
ptiformis nuncupatur propter dona quę de vnita eius
plenitudine particulatim recipiētes quiq; vt digni ſunt
cōnſequi promerentur. Ipſe enim ſpiritus ſapiētiæ & in
tellectus: ſpiritus conſilii & fortitudinis: ſpiritus ſcien=
tię & pietatis: ſpiritus timoris dn̄i. Spiritus aūt princi=
palis in pſalmo quinquageſimo legitur: vbi quia tertio
ſpiritus repetitur: nōnulli trinitatē itellexerunt in deo:
quia ſcriptum eſt. Deꝰ ſpūs eſt. Quod eñ non eſt cor=
pus: & tamen eſt. videtur reſtare vt ſpiritꝰ ſit. Intelligūt
ergo ibi nōnulli trinitatē ſignificari in ſpiritu principa=
li patrē: in ſpiritu recto filiū. in ſpiritu ſancto: ſpiritum
ſanctū. Spiritus ſanctus ideo donū dicitur. eo ꝙ datur

A dando eñ donũ eſt nũcupatum. Notiſſimũ eſt enim
dñm ieſum xp̃m cũ poſt reſurrectionẽ a mortuis aſcen
diſſet in cęlũ dediſſe ſpiritũ ſanctũ:quo credentes iple=
ti linguis oĩum gentium loquebant. Intantũ aũt donũ
dei eſt:inquantũ datur eis:qui per eũ diligũt deũ. Apud
ſe autẽ deus eſt:apud nos aũt donũ eſt : ſed ſempiterne
ſpũs ſanctus donũ eſt:diſtribueus ſingulis gratiarũ do=
na pro vt vult. Nã & ꝓphetias quibus vult impartit:et
peccata quibꝰ vult dimittit. Nã peccata ſine ſpiritu ſctõ
non donantur. Spiritꝰ ſanctus inde ꝓprie charitas nũcu
patur:vel quia naturaliter eos a quibꝰ procedit cõiũgit
& ſe vnũ cũ eis eẽ oſtendit:vel quia in nobis id agit. vt i
deo maneamus:& ipſe in nobis. Vnde & ĩ donis dei ni
hil maius eſt charitate:& nullũ maiꝰ eſt donũ dei q̃ ſpi=
ritus ſanctus. Ipſe eſt & gratia:quę quia nõ meritis no=
ſtris ſed voluntate diuina gratis datur:inde gratia nũcu
patur. Sicut aũt vnicũ dei verbũ proprie vocamus no=
mine ſapientię:cũ ſit vniuerſaliter & ſpũs ſanctus & pa=
ter ipſe ſapientia:ita ſpiritus ſanctus ꝓprie nũcupatur vo
cabulo charitatis:cũ ſit pater & filius vniuerſaliter cha=
ritas. Spiritus ſanctus digitus dei eſſe in libris euãgelio
rum apertiſſime declaratur. Cũ eñ vnꝰ euãgeliſta dixiſ
ſet:in digito dei eiicio demonia. alius hoc idẽ ita dixit.
In ſpiritu dei eiicio demonia. vnde & digito dei ſcripta
lex eſt data die quinquageſimo ab occiſiõe agni:& die
quinquageſimo a paſſione dñi venit ſpiritꝰ ſctũs. Ideo
autẽ digitus dei dicitur:vt eiꝰ operatoria virtꝰ cũ patre
& filio ſignificetur. vnde & Paulus ait. Hęc aũt oĩa ope
ratur vnus atq; idẽ ſpiritus diuidẽs ſingulis ꝓut vult.
Sicut autẽ per baptiſmum in xp̃o morimur:& renaſci=
mur:ita ſpiritu ſignamur:quod eſt digitꝰ dei & ſpecia=
le ſignaculũ. Spiritus ſanctꝰ iccirco in colũbę ſpecie ve
niſſe ſcribitur:vt natura eiꝰ per auẽ ſimplicitatis & inno
centię declaretur. vnde & dominꝰ. Eſtote inquit ſimpli
ces ſicut columbę. Hęc enim auis corporaliter ipſo fel
le caret:habens tñ innocentiã & amorem. Spiritus ſan
ctus inde nomine ignis appellatur: ꝓpter hoc ꝙ in acti
bus apoſtolorũ per diuiſioneȝ linguarũ:vt ignis appa=
ruit qui & inſedit ſuper vnũquẽq; eorũ. Propterea autẽ
diuerſarũ linguarũ gratiã apoſtolis dedit:vt idonei ef=
ficerẽtur fideliũ eruditiõe populorũ. Qđ vero ſupra ſin
gulos ſediſſe memoratur:id cauſæ eſt:vt intelligatur ꝑ
plures non fuiſſe diuiſus:ſed manſiſſe in ſingulis totus
ſicut fere ignibus mos eſt. Hanc eñ naturã habet ignis
accenſus vt quanti ad eum:quanti ad crinem purpurei
ſplendoris aſpexerint:tãtis viſum ſuę lucis impꝑtiat. tã=
tis miniſterium ſui muneris tribuat. & ipſe nihilominꝰ
in ſua integritate permaneat. Spiritus ſanctus nomine
aquę appellatur in euangelio:dño clamante & dicente
Si quis ſitit veniat ad me & bibat. Qui credit ĩ me flumi
na aquę viuę fluent de ventre eius. Euãgeliſta aũt expo
ſuit vnde diceret. Secutus enim ait:Hoc autẽ dicebat de
ſpiritu quam accepturi erant credentes in eum: ſȝ aliud
eſt aqua ſacramenti. aliud aqua quę ſignificat ſpiritum
dei. Aqua enim ſacramenti viſibilis eſt. aqua ſpiritꝰ ſan
cti inuiſibilis eſt. Iſta abluit corpus: & ſignificat qđ fit
in anima. per illũ autẽ ſpiritum ſanctũ ipſa aĩa mũdatur
& ſaginatur. Spiritus ſanctus ideo vnctio dicitur. Ioan=
ne apoſtolo teſtante. Quia ſicut oleũ naturali pondere
ſuperfertur omni liquori:ita in principio ſuperferebat
ſpiritꝰ ſanctus aquis. Vnde & dominus:oleo exultatio
nis:hoc eſt ſpiritu ſancto:legitur fuiſſe vnctꝰ. Sed & Io=
annes apoſtolus ſpiritũ ſanctum vnctionẽ vocat dicẽs.
Et vos inquit vnctionẽ quã accepiſtis ab eo permaneat
in vobis:& non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos.
ſed ſicut vnctio eius docet vos de omni re. Ip̃e eñ ſpũs
ſanctus:vnctio eſt inuiſibilis.

De eadem trinitate. Cap̃. IIII.

TRinitas appellatur ꝙ fiat totum vnũ ex qui
buſdã tribus:q̃ſi triunitas:vt memoria:itel=
ligentia:& voluntas:in q̃bus mens habet in
ſe quandã imaginẽ diuinę trinitatis. Nã dũ
tria ſint:vnũ ſunt:quia & ſingula in ſe manent:& oĩa
in omnibus. Pater igitur & filius & ſpiritꝰ ſanctꝰ:& tri=
nitas & vnitas. Idẽ eñ vnũ:idem & tria. In natura vnuȝ
in perſonis tria. Vnum propter maieſtatis communio=
nẽ:tria propter perſonarũ proprietatem. Nam alius pa=
ter:alius filius:alius ſpiritus ſanctus:ſed alius quidem
non aliud:quia pariter ſimplex: pariterq; incõmutabi=
le bonũ & coęternũ. Pater ſolus non eſt de alio. ideo ſo
lus appellatur ingenitus. Filius ſolus de patre eſt natus
ideo ſolus dicitur genitus. Spiritus ſanctus ſolus de pa
tre & filio procedit: ideo ſolus amborum nuncupatur
ſpiritus. In hac trinitate:alia ſunt appellatiua nomina:
alia propria ſunt. Propria ſunt eſſentialia: vt deus : dñs
omnipotẽs:incõmutabilis imortalis. Et inde propria
quia ipſã ſubſtantiã ſignificãt:qua vnũ ſunt. Appellati=
ua vero pater & filius & ſpiritus ſanctꝰ:ingenitus et ge=
nitus:et procedens: Eadem et relatiua:quia ad ſeinuicẽ
referuntur. Cum enim deus dicitur:eſſentia eſt:quia ad
ſeipſum dicitur. Dum vero dicitur pater et filius et ſpi=
ritus ſanctus:relatiue dicuntur:q̃a ad ſeinuicẽ referũtur
Nã pater non ad ſeip̃m:ſed ad filiũ relatiue dicitur : q̃a
eſt ei filiꝰ:ſic & filius relatiue dicitur:quia eſt ei pater:ſic
et ſpiritus ſanctus:quia eſt p̃ris filiiq; ſpiritus. His enim
appellatiõibus hoc ſignificatur ꝙ ad ſeinuicẽ referũtur
non ipſa ſubſtantia qua vnũ ſunt. Proinde trinitas in re
latiuis ꝑſonarum nominibus eſt. Deitas nõ triplicatur
ſed in ſingularitate eſt:quia ſi triplicatur:deorũ induci=
mus pluralitatẽ. Nomen autẽ deorum in angelis et ſan
ctis hominibus. ideo pluraliter dicitur propter ꝙ non
ſint merito ęquales. De q̃bus pſalmꝰ:ego dixi dii eſtis
De patre aũt & filio & ſpiritu ſancto ꝓpter vnã & ęqua=
lem diuinitatem:non nomen deorũ:ſed dei eſſe oſten=
ditur:ſicut ait apoſtolus. Nobis tamen vnus deus:vl' ſi
cut voce diuina dicitur. Audi iſrael dominꝰ deus tuus
deus vnus eſt:ſcilicet vt et trinitas ſit et vnus dominus
deꝰ ſit. Fides apud gręcos de trinitate hoc modo ẽ vna
vſia:ac ſi dicatur vna natura aut vna eſſentia. Tres hypo
ſtaſes:quod reſonat in latinum:vel tres ꝑſonas:vel tres

ſubſtantias. Nam latinitas proprie nō dicit de deo niſi eſſentiam: ſubſtantiam vero non proprie dicit ſed abuſiue: quoniā vere ſubſtantia apud grecos perſonam intelligitur: non natura.

De angelis. Cap̄. V.

Angeli grece vocantur: hebraice malaoth: latine vero nuncii interpretātur: ab eo ꝙ dn̄i voluntatē populis nunciant. Angelorū aūt vocabulū: officii nomē eſt nō nature: ſemꝑ enim ſpiritus ſunt: ſed cum mittuntur vocantur angeli. Quibus ideo pictorū licentia pennas facit: vt celerē eorum in cūcta diſcurſum ſignificet: ſicut & iuxta fabulas poetarū: venti pennas habere dicuntur: propter velocitatem ſcilicet. Vnde ſcriptura ſacra dicit qui ambulat ſuper pennas ventorum. Nouem autē ordines eſſe angelorū: ſacre ſcripture teſtantur: id eſt angeli: archangeli: throni: dominationes: virtutes: principatus: poteſtates: cherubin: et ſeraphin. Quorum officiorum vocabula cur ita dicta ſint: interpretando exequimur. Angeli vocantur propter ꝙ de celis ad annunciandum hominibꝰ mittuntur. Angelus enim grece: latine nuncius dicitur Archangeli greca lingua: latina ſummi nuncii interpretantur. Qui enim parua vel minima annunciant angeli: qui vero ſumma: archangeli nuncupantur. Archangeli dicti: eo ꝙ primatū teneant inter angelos. Archos enim grece: latine princeps interpretatur. Sunt enim duces et principes: ſub quorū ordine vnicuiqꝫ angelorū officia deputata ſunt. Nam quia archangeli angelis preſunt: zacharias propheta teſtatur dicens. Et ecce angelꝰ qui loquebatur in me egrediebatur: & alius angelꝰ egrediebatur in occurſum eius: & dixit ad eum: curre et loquere ad puerum iſtū dicens: abſqꝫ muro habitabitur hieruſalē. Si enim in ipſis officiis angelorum: neq̄q̄ poteſtates ſuperiores inferiores diſponerent: nullo modo hoc quod homini diceret angelꝰ ab angelo cognouiſſet. Quidā autē archangelorū priuatis nominibus appellantur: vt per vocabula ipſa in opere ſuo quid valeāt deſignetur. Michael hebraice in linguā noſtram vertitur: quis vt deus. Quando enim aliquid in mundo mire virtutis fit: hic archāgelus mittitur. Et ex ipſo opere nomē eſt eius: quia nemo valet facere qd̄ facere preualet deus. Gabriel interpretatur fortitudo dei. Vbi enim potentia diuina vel fortitudo manifeſtatur: gabriel mittitur. Vnde & eo tempore quo erat dominus naſciturus & triumphaturus de mundo: gabriel mittitur ad mariam: vt illum annunciaret: qui ad debellādas aereas poteſtates humilis venire dignatus eſt. Raphael interpretatur curatio: vel medicina dei. Vbicunqꝫ enim curandi et medendi opus neceſſarium eſt: hic archangelus a deo mittitur: & inde medicina dei vocatur. Vnde & ad tobiam idē archangelus miſſus oculis eius curationem adhibuit: & cecitate deterſa viſuꝫ ei reſtituit. Nominis enim interpretatione & angeli officium deſignat̃. Vriel interpretatur ignis dei: ſicut legimus apparuiſſe ignem in rubo. Legimus etiam ignē miſſum deſuper & impleſſe quod preceptum eſt. Throni autem & dominationes & principatus & poteſtates & virtutes: quibus vniuerſam celeſtem ſocietatem apoſtolus cōplectitur: ordines angelorum & dignitates intelliguntur: & pro hac ipſa diſtributione officiorum alii throni. alii dominationes alii principatus: alii poteſtates dicunt̃: pro certis dignitatibꝰ: quibꝰ inuicē diſtinguūtur. Virtutes angelice quedā miniſteria perhibent̃: per que ſigna & miracula ī mūdo fiunt: ꝓpter qd̄ et virtutes dicuntur. Poteſtates ſunt quibus virtutes aduerſe ſubiecte ſunt: & inde poteſtatū noīe nuncupant̃: q̄a maligni ſpiritꝰ eoꝝ poteſtate coercent̃: ne tantū mūdo noceant quātū cupiunt. Principatus ſunt hi q̄ angelorū agminibꝰ p̄ſunt. Qui pro eo ꝙ ſubditos angelos ad explendū miniſteriū diuinū diſponunt: principatus vocabulū acceperunt. Nā alii ſunt qui adminiſtrāt: alii q̄ aſſiſtunt: ſicut per Danielē dicitur. Milia miliū miniſtrabāt ei & decies milies cētena milia aſſiſtebāt ei. Dn̄ationes ſunt hi: q̄ etiā virtutibus et principatibus p̄eminēt: q̄ pro eo ꝙ ceteris angeloꝝ agminibus dominant̃: dn̄ationes vocant̃. Throni ſunt agmina angelorū qui latino eloquio ſedes dicuntur: & vocati throni: quia illis conditor p̄ſidet & per eos iudicia ſua diſponit. Cherubin aūt & ipſi ſublimes celoꝝ poteſtates: & angelica miniſteria ꝓhibētur: qui ex hebreo in linguā nr̄am interp̄tant̃ ſcientie multitudo. Sūt aūt ſublimiora agmina angeloꝝ: qui pro eo ꝙ vicinius poſiti: diuina ſciētia ceteris amplius pleni ſunt: cherubin plenitudo ſcientie appellant̃. Ipſa ſunt duo illa animalia ſupra propiciatoriū arche ficta ex metallo: ꝓpter ſignificandam angelorum preſentiam: in quorū medio oſtenditur deus. Seraphin quoqꝫ ſimiliter multitudo eſt angelorum: qui ex hebreo in latinū ardentes vel incendētes interpretantur. Qui iccirco ardentes vocantur: quia inter eos et deū nulli alii angeli conſiſtunt: et ideo quāto vicinius coram deo conſiſtunt tanto magis claritate diuini luminis inflammātur. Vnde & ipſi velāt faciem & pedes ſedentis in throno dei: & iccirco cetera angelorum turba videre dei eſſentiā plene non valet: quoniā ſeraphin eā tegit. Hec igitur vocabula agminū angelorum: ita ſunt ſpecialia ordinū ſingulorū: vt tamen ſint ex parte cōmunia oium. Nam dum throni ſedes dei in quorūdam angelorum ordine ſpecialiter deſignentur tamen per Pſalmiſtam: qui ſedes ſuper cherubin: dicit̃. Sed ideo iſti ordines angelorum priuatis nominibꝰ appellantur: quia hoc ipſum officium tn̄ ꝓprio ordine plenius acceperūt. Et cū ſint omnibꝰ cōmunia ꝓprie tn̄ hec noīa ſuis ordinibꝰ deputant̃. Vnicuiqꝫ etiā ſicut p̄dictū eſt: ꝓpria officia ſunt iniūcta: q̄ eos ꝓmeruiſſe in mūdi cōſtat exordio. Nam q̄a angeli & locis & hominibus preſunt: per ꝓphetā teſtatur angelus dicens. Princeps regni perſarū reſtitit mihi. Vnde apparet nullū eſſe locū cui angeli non preſint. Preſunt enim & auſpiciis operū oim. Hic eſt ordo vel diſtinctio angeloꝝ: q̄ poſt lapſuꝫ

maloꝝ in cęleſti vigore ſteterũt. Nã poſtq̃ apoſtatę angeli ceciderũt: hic pſeuerãtia ęternę beatitudinis ſolidati ſunt. Vnde & poſt cęli creationẽ in principio repetit̃ Fiat firmamentũ: & vocatũ eſt firmamentũ cęlũ: nimirũ oſtendẽs q̃ poſt ruinã angeloꝝ maloꝝ: hi qui pmãſerũt: firmitatẽ ęternę pſeuerãtię cõſecuti ſunt: nullo iã lapſu auerſi: nulla ſupbia cadẽtes: ſꝫ firmiter mundi amore & cõtẽplatiõe manẽtes: nihil aliud dulce hñt: niſi eũ a quo creati ſũt. q̃ aũt duo ſeraphin in Eſaia legũt̃ figuraliter veteris & noui teſtamẽti ſignificationẽ oſtẽdũt. Faciẽ vero & pedes operiũt dei: qa p̃terita ãte mundũ: & futura poſt mundũ ſcire nõ poſſum⁹: ſed media tñ eoꝝ teſtimonio cõtẽplamur. Singulis ſenas alas habẽt: qa fabricã tñ mũdi: q̃ in ſex dieb⁹ facta eſt: in p̃ſenti ſęculo nouim⁹. q̃ clamant ter ſanctus: alter ad alterũ trinitatis in vna diuinitate demonſtrat myſterium

¶ De hoib⁹ q quodã p̃ſagio nomẽ acceperũt. Ca. VI.

PLerique primorũ hoim ex p̃priis cauſis originẽ noim habẽt. Quib⁹ ita p̃phetice idita ſũt vocabula: vt aut futuris. aut p̃cedẽtibus eoꝝ cauſis cõueniant. In quibus tamẽ manente ſpeciali ſacramento nunc tantum ad litteram intellectum hiſtorię proſequimur. Vbi aũt ętymologię interpretationem nõ attingimus: ſolam ipſam ętymologiam in latinũ ponimus. q̃ autem vnum nomen hebraicum: aliter atq̃ aliter interpretatur: hoc ſecundum accentuũ & litterarum euenit diuerſitatẽ: vt in variis ſignificationibus noia cõputentur. Adam ſicut beatus. Hieronymus tradit: homo terrenus ſiue terrę rubra interpretatur Ex terra enim facta eſt caro: & humus hois faciendi materies fuit. Eua interpretatur vita: ſiue calamitas ſiue ve: vita quia origo fuit naſcẽdi: calamitas & ve: quia per pręuaricationẽ cauſa extitit moriẽdi. A cadendo enim nomẽ ſumpſit calamitas. Alii aũt dicunt ob hoc etiam vita & calamitas appellatã: quia ſępe mulier viro cauſa ſalutis eſt: ſępe calamitatis & mortis origo: quod eſt ve. Cain poſſeſſio interpretatur: vnde ętymologiã ipſius exprimẽs pater eius ait. Cain. i. poſſedi hoiem per deũ. Idem & lamẽtatio: eo q̃ pro iterfecto abel interfectus ſit: & pœnã ſui ſceleris dederit. Abel luctus interpretatur: quo noie pręfigurabat̃ occidendus. Idem & vanitas: quia cito ſolutus eſt atq̃ ſubtractus. Seth interpretat̃ reſurrectio: eo q̃ poſt fratris iterfectionem nat⁹ ſit: quaſi reſurrectionẽ fratris ex mortuis ſuſcitaret: Idem & poſitio: quia poſuit eũ deus pro abel. Enos iuxta proprię linguę varietatẽ: homo vel vir dicitur. Et congrue hoc vocabulum habuit De eo eñi ſcriptum eſt. Tũc enim initium fuit vocandi nomen dñi: licet plærique hebreorum arbitrentur q̃ tunc primum in nomine domini & ſimilitudine eius fabricata ſunt idola. Enoch: dedicatio. In ipſi⁹ enim noie ciuitatem poſtea ędificauit Cain Cainam: lamentatio vel poſſeſſio eorum: ſicut enim cain poſſeſſio: ita deriuatiuum nomen quod eſt cainam facit poſſeſſio eorum. Matuſalẽ interpretat̃ mortuus eſt. Euidens ętymologia nominis: quidam enim eum cum patre tranſlatum fuiſſe & diluuiũ pręteriſſe putauerũt. Ob hoc ſignãter trãſfertur: mortuus eſt: vt oſtenderetur non vixiſſe eum poſt diluuiũ. ſed in eodẽ cataclyſmo fuiſſe defunctũ. Soli enim octo homines in archa euaſerunt diluuium. Lamech: percutiens. Iſte enim percuſſit & interfecit cain Quod etiam ipſe poſtea perpetraſſe vxoribus confitetur. Noe requies interpretatur: pro eo q̃ ſub illo oia retro opera quieuerunt per diluuium. Vnde & pater eius vocans nomen eius noe dixit. Iſte requieſcere nos faciet ab oib⁹ operibus noſtris. Sem dicitur nomiatus: eo q̃ nomẽ ex poſteritatis præſagio accepit. Ex ipſo enim patriarchę & prophetę & apoſtoli & populi dei. Ex ei⁹ quoq̃ ſtirpe & chriſtus: cuius ab ortu ſolis vſq̃ ad occaſum magnũ eſt nomen in gentibus. Cham: calidus: quia ipſe ex pręſagio futuri cognominatus eſt. Poſteritas eñi eius eã terrę partem poſſedit: quę vicinio ſole calentior eſt. Vnde ęgyptus vſq̃ hodie ęgyptiorum ligua cham dicit̃ Iaphet: latitudo. Ex eo enim populus gentium naſcit̃: & quia lata eſt ex gentibus multitudo credẽtium ab eadem latitudine iaphet dictus eſt. Chanaan filius cham interpretatur motus eorum. Quod quid eſt aliud niſi opus eorũ? Pro motu enim patris. i. pro opere ei⁹ maledictus eſt. Arfaxat: ſanãs depopulationem. Chus hebraice ęthiops iterpretatur: a poſteritate ſui generis nomen ſortitus. Ab ipſo enim ſunt propagati æthiopes. Nembroth interpretatur tyrannus. Iſte enim prior arripuit inſuetam in populos tyrannidem: & ipſe aggreſſus eſt aduerſus deum impietatis ędificare turrem. Heber: trãſitus. Etymologia eius myſtica eſt. q̃ ab ei⁹ ſtirpe tranſiret deus: nec perſeueraret in eis: tranſlata i gẽtibus gratia. Ex ipſo enim ſũt exorti hebrei. Falech: diuiſio: cui pater propterea tale nomẽ impoſuit: quia tũc natus eſt quando per linguas terra diuiſa eſt. Thara. exploratio aſcẽſionis. Melchiſedech: rex iuſti⁹ rex: qa ipſe poſtea imperauit ſalẽ: iuſtus pro eo q̃ diſcernens ſacramẽta legis et euãgelii: nõ pecudũ victimas: ſed oblationẽ panis et calicis in ſacrificiũ obtulit. Loth: declinans Factis enim ſodomoꝝ nõ conſenſit. ſꝫ eoꝝ illicita carnis incẽdia declinauit. Moab: ex patre: totũ nomẽ ętymologiã habet. Cõcepit enim eũ primogenita filia de patre. Ammõ cuius cauſa nomen redditur: filius populi mei: ſic deriuatur vt ex parte ſẽſus nois: ex parte ipſe ſit ſermo. Ammi eñi: a quo dicti ſunt ammonite: vocatur popul⁹ me⁹. Sarai interpretat̃ princeps mea: eo q̃ eſſet vni⁹ tñmodo domi⁹ materfamilias. Poſtea cauſa nois imutata: ablata de fine i littera dicit̃ ſara. i. priceps. Omnium quippe gẽtium futura princeps erat: ſicut et dñs pollicitus fuerat abrahã. Dabo tibi ex ſara filiũ: et benedicã ei: et erit i gẽtes: ſed et reges populoꝝ erunt ex eo Agar: aduena vel cõuerſa. Fuit eĩ ęgyptia cõplexui abrahe diuina cauſa generãdi data q̃ poſt cõtẽptũ angelo increpãte cõuerſa eſt ad ſarã. Cethura: thymiama interp̃tatur. Iſmahel: interp̃tat̃ auditio dei: ſic eñi ſcriptũ ẽ Et vocauit nomẽ ei⁹ iſmael. quia exaudiuit eũ deus. Eſau

trimonii⁹ eſt/& ex ꝓpriis cauſis varie nuncupaꝶ. Dicitur
eni eſau.i.rufus:ob coctionē.ſ. rufę lētis:ita appellatus
cuius edulio primogenita ꝑdidit. Edom autē ob rubo
rē corporis dict⁹ eſt:qđ latine ſanguineus diciꝶ. Seir ve
ro:ꝙ fuerit hiſpidus & piloſus: qñ eni nat⁹ eſt/totus ſi=
cut pellis piloſus erat:atqꝫ idē trib⁹ noībus appellatur.
Eſau.i.rufus. Edom.i.ſanguine⁹. Seir.i.piloſus:qa nō
habuit lenitatē. Rebecca/patiētia/ſiue q̄ multū accepit.
Lia:laborioſa vtiqꝫ generādo. Plurimos eni dolores q̄
rachel fęcūditate pariēdi expta ē. Rachel iterꝓtaꝶ ouis:
ꝑ ea eni iacob pauit oues laban. Zelpha.os hiās. Bala:i=
ueterata Dina trāſferꝶ in cauſam. Iurgii eni in ſichimis
cauſa extitit. Thamar:amaritudo ꝓuitis mortuis. Eadē
& cōmutans. Mutauit.n.ſe in habitū meretricis quan=
do cū ſocero ſuo cōcubuit. Phares:diuiſio:ab eo ꝙ di
uiſerit mēbranulā ſcđarū:diuerſoris.i.phares ſortit⁹ ē
nomē. Vñ & phariſęi q ſe quaſi iuſtos a ppl'o ſeparabāt
diuiſi appellabanꝶ:zara frater ei⁹ in cui⁹ manu erat coc=
cinū:iterꝓtaꝶ oriēs: ſiue qa prim⁹ apparuit: ſiue qa plu=
rimi ex eo iuſti nati ſūt:vt i libro paralypomenō cōtine
tur:zara.i.oriēs appellat⁹ ē. Iob:in latinū vertiꝶ dolens:
& recte dolēs ꝓpter ꝑcuſſionē carnis & paſſiōes doloꝝ
Calamitates eni ſuas nois ętymologia ꝑfigurauit. Pha
rao nomē eſt nō hois ſed honoris ſicut & apud nos au
guſti appellanꝶ reges:cū ꝓpriis noīb⁹ cēſeanꝶ. Exprimi
tur aūt i latinū pharao:denegās eū: vtiqꝫ deū:ſiue diſſi
pator eius. Populi eni dei fuit afflictor. Iamnes:marin⁹
ſiue vbi eſt ſignū ei⁹. Ceſſit eni & deficit ſignū ei⁹ corā
ſignis moyſi:vñ & dixeꝛt magi. Hic digit⁹ dei eſt. Mā=
bres:mare pelliciū:ſiue mare in capite. Moyſes deniqꝫ
interꝓtaꝶ ſumpt⁹ ex aqua. Inuenit eni eū ad ripā flumi=
nis expoſitū filia pharaonis:quē colligēs adoptauit ſi=
bi:vocauitqꝫ nomē ei⁹ moyſes:eo ꝙ de aqua ſūpſiſſet
eū. Aarō:mōs fortitudinis interpretaꝶ: ꝓpter ꝙ thuri=
bulū accipiēs iu medio ſupſtitū & interēptoꝝ obuiam
ſtetit & ruinā mortis quaſi quidā mons fortis excluſit
Eleazar:dei adiutoriū. Balach: ꝓcipitans ſiue deuorās
Balaā:vanus populus. Finees:ori parcens:tranſfixit eni
pugiōe zābri cū ſcorto madianitide:& dñi furorē pla=
cauit vt parceret:zambri:ſtella laceſſiēs vel amaricans:
Proprie eni nomē ab amaritudine vocatū ꝙ peccando
amaricauerit populū. Raab:latitudo vel fames ſiue im=
petus:Ioſue interpretatur ſaluator. Ipſe eni in figura xp̄i
populū a deſerto ſaluauit:& in terrā repromiſſiōis idu=
xit. Caleph:quaſi cor aut canis. Gothoniel: tēpus eius
deus vel reſponſio dei. Aoth:glorioſus Bacach:fulgu=
rans. Delbora:apis vel loquax. Apis. qa fuit ad bellum
prōptiſſima:dimicās aduerſus ſiſarā:quo perēpto ceci
nit canticū inde loquax. Iachel:aſcēſio. Gedeō: experi
mentū iniqtatis eoꝝ. Frequentibus eni documentis in
formatus eſt quali pręſagio contra hoſtes futurā victo=
riam expediret:ex quo futuro experimēto ętymologiā
nois ſumpſit. Abimelech:pater me⁹ rex. Thola:vermi=
culus:vel coccinum. Iair:illuminās. Iepte:aperiens vel
apert⁹. Eſebon:cogitatio ſiue vinculū meroris. Abdo:
ſeruus eius. Samſon:ſol eorum vl' ſolis fortitudo. Fuit
enim virtute clarus & liberauit iſrael de hoſtibus earuꝫ
Dalida:paupercula vel ſitula. Booz in fortitudine: ſiue
in quo robur. Noemi:quā interpretari poſſumus cōſo
latā:eo ꝙ marito & liberis peregre mortuis:nurū moa
bitidem in cōſolatione ſua tenuit. Ruth interpretaꝶ fe=
ſtinans. Alienigena eni erat ex populo gentili: quę reli
cta patria feſtinauit tranſire in terrā iſrael: dicēs ſocruí
ſuę. Quocunqꝫ perrexeris pergam. Anna: gratia eius i
terpretatur:quia dum eſſet prius ſterilis natura: poſtre=
mo dei gratia foecūdata eſt Heli:deus me⁹. Ofni. diſcal
ciatus. Filius eni fuit heli electus in miniſteriū ſacerdo=
tis:cuius amiſſionē ſuo expreſſit vocabulo Apoſtolus
enim ait. Calciati pedes in pręparationē euāgelii pacis
Et ꝓpheta:q̄ ſpecioſi pedes qui annūciāt pacem. Iſte er
go diſcalciatus interpretaꝶ:vt eius noīe veteris teſtamē
ti ſacerdotiū a veteri populo ſignificareꝶ ablatū Finees
frater ofni:os mutuum interpretaꝶ quo ſignificaꝶ ſacer
dotii veteris & doctrinę ſilētium. Samuel. nomen eius
deus. Ieſſe:in ſole ſacrificiū vel incenſū. Saul: petitio in
terpretatur. Notū eſt enim quomodo hebreorū popu=
lus eū ſibi regem petierit:& accepit nomē:nō ſecundū
deum:ſed ſecūdum ſuā voluntatē. Dauid: fortis manu
interpretaꝶ:quia fortiſſim⁹ in preliis fuit. Ipſe & deſide
rabilis:i ſtirpe.ſ.ſua:de quo dixerat ꝓpheta. Veniet de=
ſideratus cūctis gētibus. Salomon tribus noībus fuiſſe
perhibetur. Primū vocabulū eius ſalomō diciꝶ.i.paci=
ficus:eo ꝙ in regno eius pax fuerit. Secundū nomē idi
da:eo ꝙ fuerit dilectus & amabilis dño. Terciumvoca
bulum eius coleth:quod gręce appellaꝶ eccleſiaſtes:la=
tine concionator:ꝙ ad populū loquereꝶ. Ionathan: co=
lūbę donū. Abſaloe:patris pax per antiphraſin: eo ꝙ
bellum aduerſus patrē geſſiſſet:ſiue ꝙ in ipſo bello da
uid placatus fuiſſe legiꝶ ſilio:adeo vt etiā magno cū do
lore extinctū plāgeret. Roboā:latitudo populi: & ipm
per antiphraſin ꝙ decem tribubus ab eo ſeparatis:duę
tantū ei relictę ſint. Abia:pater dñs:vel pater fuit. Aſa:
tollens:ſiue ſuſtollens. Ioſaphat:dñi iudicium. Ioram:
qui eſt excelſus. Ochozias:apꝓhēdens dñm. Athalia:
tēpus dñi. Ioab:ſpirans:vel dñi robur. Amazias:popu
lū tollēs. Ozias: fortitudo dñi. Azarias/auxilium dñi
Ozias aūt ip'e eſt qui & azarias duplici noīe. Ipſe eſt q
illicitum ſibi ſacerdotiū vendicare conatus:lepra i frō=
te percuſſus eſt. Ioathan/eſt perfectus. Pulchrā ętymo=
logiam nois habet. Fecit enim rectum in cōſpectu dñi
& portam tēpli ędificauit excelſam. Achaz: apprehen=
dens. Ezechias:fortis dominus. Manaſſes: obliuioſus
Per multa ei ſcelera & ſacrilegia reliquerat & oblit⁹ fue
rat dñi:ſiue ꝙ oblitus deus pctōꝝ illius. Amō: fidelis
vel honeſtus: Ioſias:vbi eſt incenſum domini Propria
ętymologia nominis. Iſte eſt enim qui ſimulacra cō=
buſſit. Ioachā:robuſtus. Ioachim: vbi eſt pręparatio.
Eliachim:dei reſurrectio Iechonias pręparatio domi
ni. Sedechias:iuſtus domini. Hieroboā: iudicatio dñi
ſiue cauſa populi:vel vt qdā aiunt diuiſio iterꝓtaꝶ: pro

eo ꝙ in regno eius diuiſus ſit populus iſrael/& p̄ciſus a
regno ſtirpis dauid. Diuiſionis eni populi cauſa iſte ex
titit:ʒambri:pſalmus. vel canticum meũ vel hymnum.
Amri:criſpãs meus. Achab:frater patris. Iezabel:flux⁹
ſanguinis vel fluẽs ſanguine :ſed melius:vbi eſt ſterqui
liniũ. Precipitata eni deorſum:comederũt carnes ei⁹ ca
nes:ſicut p̄dixerat helias. Et erũt ingt carnes ieʒabel ſi:
cut ſtercus ſup faciẽ terrę. Ochozias: app̄hẽdẽs deum
Ieſu:ipſe vero eſt . Ioathan robuſt⁹. Sella:vmbra ei⁹ vel
petitio. Manaen cõſolãs Phaceas:aperiẽs: Nabuchodo
noſor:ꝓphetia lagũculę anguſtę:ſiue ꝓphetans iſtiuſ
modi ſignũ pro ſomnio.ſ.futuroꝝ qđ vidiſſe narraẗ &
daniel interp̄tatus eſt:ſiue ſeſſio in agnitione anguſtię
ꝓ his q in captiuitatẽ ab eo ducti ſunt. zorobabel apud
hebreos/ex trib⁹ itegris noib⁹ traditur eẽ cõpoſit⁹. zo.
iſte:ro magiſter:babel ꝓprie babiloniũ ſonat: & efficiẗ
nomẽ zorobabel:iſte magiſter de babylone. In babilo:
ne enim ortus eſt:vbi & princeps gentis iudeę extitit.

De patriarchis. Cap. VII.

Quorũdã patriarcharũ ętymologię notandę
ſũt:vt ſciam⁹ qđ ĩ ſuo vocabulo reſonent.
Nã plerĩq; eoꝝ ex cauſis ꝓpriis noia acce:
perũt. Patriarcha interp̄taẗ patrũ princeps.
Archos eni gręce princeps eſt. Abrã primũ vocat⁹ eſt:
pater videns populum ꝓpter iſrahelitas.ſ.tm̃:poſtea ap
pellatus eſt abrahã:qđ transferẗ pater multaꝝ gẽtium:
qđ erat adhuc per fidẽ futurũ Gentiũ autẽ nõ habetur i
noie:ſed ſubauditur:iuxta illud. Erit nomẽ tuum abra
ham:qa patrẽ multaꝝ gentiũ poſui te. Iſaac: ex riſu no
mẽ accepit Riſit eni pater quãdo ei ꝓmiſſus eſt:admira
tus in gaudio. Riſit & mater quãdo per illos tres viros
ꝓmiſſus ẽ:dubitãs in gaudio. Ex hac ergo cã nomẽ ac
cepit Iſaac interp̄taẗ ei riſus. Sciendũ aũt ꝙ quattuor in
veteri teſtamento abſq; vllo velamine noibus ſuis an:
teq̃ naſcerenẗ vocati ſunt. iſmahel. iſaac. ſalomon et io
ſias Lege ſcripturas. Iacob:ſupplantator interp̄taẗ:ſiue
ꝙ in ortu plãtã naſcẽtis fratris app̄hẽderit:ſiue ꝙ poſt
ea fratrẽ arte deceperit:vnde & eſau dixit. Iuſte vocatuʒ
ẽ nomẽ ei⁹ iacob. ſupplãtauit.n. me. ecce ſcđo. Iſrahel:
vir videſ deũ. Tũc enim hoc nomẽ accepit quãdo tota
nocte luctatus vicit in certamine angelũ: & oriẽte lucife
ro benedictus eſt. inde ꝓpter viſionẽ dei: iſrael appella:
tus eſt:ſicut & ip̄e ait. Vidi dñm facie ad faciẽ & ſalua fa
cta eſt aia mea. Ruben: intep̄taẗ viſiõis filius ſiue vidẽs
filiũ. Sic eni quãdo eũ peperit lia:vocauit nomẽ ei⁹ ru:
ben:dicẽs:qa vidit de⁹ huilitatẽ meã. Symeon interpre:
tatur auditio dei. Sic eni dixit lia quando eũ peperit:qa
exaudiuit me deus. Leui .additus. Dixit eni lia:quando
peperit eũ nõ ãbigẽs de amore viri. Nũc mecũ erit vir
meus:qa peperi ei tres filios. Iuda:cõfeſſio dic ẗ. Quã:
do eni eũ peperit lia:laudẽ dño rettulit dicẽs. Nũc ſup
hoc cõfitebor dño:& ob id vocat⁹ eſt iuda. A cõfeſſiõe
itaq; nomen eius eſt dictũ:qđ eſt gratiaꝝ actio. Iſachar
interpretaẗ eſt merces. is quippe diciẗ eſt:achar merces
Hoc autẽ ideo:quia mãdragoris filii rubẽ:introitũ viri
quẽ racheli debebaẗ ad ſe emerat lia: vnde & dum nat⁹
eſt:dixit lia. Dedit deus mercedẽ meam. ʒabulon inter
pretatur habitaculũ. Sextũ enim hũc filium genuerat
lia:ꝓpterea iam ſecura dixit. Habitabit mecũ vir meus.
Vnde & filius eius vocatus eſt habitaculum. Neptalin:
de cõuerſatione ſiue cõparatione:cauſa nomis eius eſt.
vnde & dixit rachel:cũ eum peperiſſet ancilla eius bala
Habitare me fecit deus habitatiõe cũ ſorore mea. Dan
interpretaẗ iudiciũ. Bala eni dum eũ peperiſſet: dixit ra
chel dña eius:iudicauit me dñs & exaudiẽs dedit mihi
filium. Cauſam nois expreſſit:vt ab eo ꝙ iudicaſſet do
minus:filio ancillę iudicii nomẽ iponeret Gad ab euẽ
tu ſiue ꝓcinctu vocatus eſt Quãdo eni eũ peperit zelfa:
dixit dña eius lia:in fortuna.i. qđ diciẗ in procinctu vel
euentu. Aſer:beatus diciẗ. Dũ enim peperiſſet eũ zelfa
dixit lia. Beata ego:& beatificant me mulieres: & ab eo
ꝙ beata diciẗ:ex ętymologia nomis beatum vocauit:
Ioſeph ab eo ꝙ ſibi alium filium addi mater optauerat
vocauit augmentum. Hunc pharao ſaphaneth appella:
uit: quod hebraice abſconditorum repertorem ſonat
ꝓ eo ꝙ obſcura ſomnia reuelauit et ſterilitatem prędi:
xit. Tamen:quia hoc nomen ab ęgyptio ponitur:ipſi⁹
linguę debet habere rationẽ. Interpretatur ergo ſapha:
neth ęgyptio ſermone:ſaluator mũdi:eo ꝙ orbem ter
rę ab iminente famis excidio liberaret. Beniamin iter:
pretatur filius dextere:quod eſt virtutis. Dextera enim
appellatur iamin. Mater quippe eius moriens:vocaue:
rat nomen eius bẽnoni.i. filius doloris mei. Pater hoc
mutauit:filium dexterę nominans. Manaſſes dictus ab
eo ꝙ ſit pater eius oblitus laborũ ſuorum. Ita enim he
braice vocatur obliuio. Effraim eo ꝙ auxerit eum de⁹
& ex hoc vocabulo in linguã noſtram transfertur aug:
mentum.

De prophetis Cap. viii

Quos gẽtiles vates appellãt/hos nři ꝓphetas
vocãt:quaſi prę fatores:qa porro fantur:et
de futuris vera prędicũt. Qui aũt a nobis ꝓ
phetę in veteri teſtamento videntes appella
bantur:quia videbant ea quę cęteri non videbant et ꝓ:
ſpiciebant ea quae in myſterio abſcondita erant. Hinc ẽ
quod ſcriptum eſt in ſamuele . Eamus ad videntem.
Hinc Eſaias. Vidi inquit dominum ſedentem ſuper
ſolium excelſum & eleuatũ. Et eʒechiel. Aperti ſũt coe
li & vidi viſiões dei. Quorũdam autem prophetarum
ętymologię nominum annotandę ſunt. Vocabula eni
eorum ſatis oſtendũt quid in futuris factis dictiſq; ſuis
prenũciaſſent. Helias interpretatur dominus deus. Ex
futuri igitur pręſagio ſic vocatur. Nam dum altercare:
tur in ſacrificio cum quadringentis ſacerdotibus baal:
inuocato nomie domini:deſcẽdit de cęlo ignis ſuper
olocauſtum. Quod cũ vidiſſet omnis populus cecidit
in faciem ſuam & ait. Dominus ipſe eſt de⁹. Ex hac igi
tur cauſa tale prius nomẽ accepit:pro eo ꝙ per eũ poſt
ea cognouerit populus dñm deuʒ. Idem & fortis dñs
interpretatur:vel propter ꝙ interfecit eoſdem ſacerdo

tes: vel propter ꝙ achab aduerſitatẽ tolerauit Heliſeus
dñi ſalus interpretaꝛ: vocabulũ autem & idem ex futu=
ri pręſagio ſuſcepit. Deniq; & mľtas virtutes fecit: & fa
mẽ pellens: populũ a morte ſaluauit. Nathan: dedit ſi=
ue dantis. Eſaias interpretaꝛ ſaluator dñi/ & merito Sal
uator eſt enim vniuerſarꝫ gentiũ eiuſq; ſacramẽta am=
plius q̃ cęteri p̄dicauit Hieremias: excelſus dñi: pro eo
ꝙ dictũ eſt ei. Ecce cõſtitui te ſup gentes & regna. Eȝe
chiel fortitudo dei. Daniel: iudiciũ dei: ſiue qa in p̄ſby
terorũ iudicio ſententiã diuinę examinatiõis exhibuit
dũ reperta eorꝫ falſitate ſuſannã ab interitu liberauit: ſi
ue, ꝙ viſiões & ſomnia qb⁹ per ſingula quędã enigma
ta: futura monſtrabanꝛ: ſagaci mẽte diſcernens aperuit
Hic & deſideriorũ vir appellatus eſt: quia panẽ deſide=
rii nõ mãducauit: & vinũ cõcupiſcẽtię non bibit. Oſee:
ſaluator aut ſaluãs. Dũ eni iram dei in populũ iſrael ob
crimen idolatrię ꝓphetaſſet: domui iudę ſalutẽ pronũ
ciauit Propter qđ ezechias rex iuda ſublatis idolis quę
pręcedẽtes reges cõſecrauerãt: templũ dñi purgaſſe ac
purificaſſe monſtraꝛ. Iohel dñs deus: ſiue incipiẽs deo
vel fuit dei. Hoc eni eius vocabulũ reſonat ętymologia
incerta. Amos. populus auulſus. Prophetia eni eius ad
populũ fuit iſrael qa iam auulſus erat a dño: & aureis vi
tulis ſeruiebat: ſiue auulſus a regno ſtirpis dauid. Naũ:
germẽ ſiue conſolator. Increpat enĩ ciuitatẽ ſanguinũ:
& poſt euerſionẽ illius cõſolaꝛ ſyõ dicẽs. Ecce ſup mõ
tes pedes euangelizãtis & annũciãtis pacẽ Abachuc am
plexans: qa vel ex eo ꝙ amabilis dño fuit vocaꝛ ample
xatio: vel ꝙ in certamẽ cum deo cõgrediꝛ: ãplexãtis. i.
luctãtis ſortitus eſt nomẽ. Nullus eni tã audaci voce au=
ſus eſt deũ ad diſceptationẽ iuſticię prouocare: cur i re
bus hũanis & mũdi iſtius tãta rerũ verſareꝛ iniqtas. Mi
cheas: quis hic vel qs iſte. Cõminaꝛ ſamarię ob cauſam
ſimulacrorꝫ: illo modo de quo heliu diciꝛ. Quis ẽ iſte
inuoluens ſententias? Sophonias ſpeculũ vel archanuꝫ
dñi interpretaꝛ: vtrũq; ad ꝓphetam cõuenit. Ipſi enim
ſciunt myſteria dei. Vnde ad eȝechielẽ diciꝛ. Speculato
rem te poſui domui iſrael. Et alibi. Non facit dñs qcq̃
niſi reuelauerit ſeruis ſuis ꝓphetis. Abdias ſeruus dñi:
ſicut eni moyſes famul⁹ dñi: & apľus ſeruus xp̄i: ita iſte
legatus ad gẽtes miſſus: videt & p̄dicat que ꝓphetali di
gna ſunt myſterio & ſeruitute: inde ſeruus dñi. Ionas i
terpretaꝛ colũba ſiue dolens Colũba pro gemitu: quan
do ivẽtre ceti triduo fuit. Dolẽs aũt: vel ꝓpter triſticiaꝫ
quã habuit de ſalute niniuitarꝫ: vel ꝓpter hederã ſubi=
to areſcentẽ: cui⁹ vmbraculo tegebaꝛ cõtra ſolis ardorẽ
Ipſe ẽ & amathi ſareptanę viduę fili⁹: vt iudei affirmant
quẽ reſuſcitauit helias: matre poſtea ad eũ dicẽte. Nũc
cognoui qm̃ vir dei es tu: et verbũ dñi in ore tuo verũ ẽ:
ob hãc cauſam ipſum amathi vocatũ. Amathi enim ex
hebreo in latinam linguã veritas diciꝛ: & ex eo ꝙ verũ
helias locutus eſt. ille qui ſuſcitatus eſt: filius nuncupa=
tus eſt veritatis. zacharias memoria dñi. lxx. eni anno
deſolationis tẽpli cõpleto zacharia prędicante memo
ratus eſt dñs populi ſui: iuſſuq; darii reuerſus ẽ dei po

pulus: & reędificata eſt vrbs & templũ. Aggeus: in lati=
num feſtiuus & lętus reſonat. Deſtructũ ei templũ ędi
ficãdum prophetat: & poſt luctũ captiuitatis: regreſſio
nis lęticiam pręḋicat. Malachias interpretatur angelus
domini. i. nuncius Quicquid enim loquebatur: quaſi a
dño eſſent mandata, ita credebantur: & inde ita nomẽ
ei⁹. lxx. tranſtulerunt dicentes. Aſſumptio verbi dñi ſu=
per iſrael. in manu angeli ei⁹. Eſdras. adiutor. Neemias
cõſolator a dño Quodam enim pręſagio futuri. nomi
na iſta ſortiti ſunt. Fuerunt enim in adiutoriũ & cõſola
tionem omni illi populo redeunti ad patriam. Nam &
templũ dñi iidem reędificauerunt. & murorum ac tur
rium opus ipſi reſtaurauerũt. Ananias: gratia dei inter
pretatur. Idem & ſidrach: lingua chaldęa: quod interp̃=
tatur decorus meus. Azarias: auxilium dñi. Idem & ab
denago: quod in latinũ vertitur: ſeruiens taceo. Miſael
qui populus dñi. Ipſe et miſach: quod interpretatur ri=
ſus vel gaudiũ. Azia: frater meus. Semeia: audiẽs dñm
Aſaph: congregãs. Idithun: tranſiliens eos: ſiue ſaliẽs
eos. Quoſdam enim inherentes humo. curuatos in ter
ram et ea quę in imo ſunt cogitantes: et in rebus trãſeũ
tibus ſpem ponentes: tranſiluit canendo iſte qui voca=
tur tranſiliens. Eman: accipiẽs: vel formido eorũ. Ethã
robuſtus. Barachia benedictus dñi: vel benedictus do=
minus. Olda. diſtrictio ſiue diuerticulum. Iudith: lau=
dans vel cõfitẽs dño. Heſter: abſconſa. Zacharias: me=
moria dñi: ob hoc quia canit: memoriale teſtamẽti ſui
ſancti. Iohãnes baptiſta. dñi gratia: eo ꝙ ſit limes ꝓphe
tię: p̄nuncius gratię: ſiue initiũ baptiſmatis: per qđ gra
tia miniſtratur. Hi ſunt prophetę veteris nouiq; teſta=
menti: quorũ finis xp̄s: cui dicitur a patre. Et prophetã
in gẽtibus poſui te. ¶ Prophetię aũt genera ſũt ſeptẽ.
Primum genus extaſis: qđ ẽ mẽtis exceſſus. ſicut vidit
petrus vas illud ſũmiſſum de coelo in ſtupore mẽtis cũ
variis aialibus. Secundũ genus viſio: ſicut apud Eſaiã
dicentẽ Vidi dñm ſedẽtem ſup ſoliũ excelſum. Terciũ
genus ſomniũ: ſicut iacob ſubnixã in cęlo ſcalã dormi
ens vidit. Quartum gen⁹ per nubẽ. ſicut ad moyſen et
ad iob poſt plagã loquitur deus. Quintũ gen⁹/ vox de
cęlo/ ſicut ad abrahã ſonuit dicẽs: Ne iiicias manũ tuã
ſuper puerũ. Et apud ſaulũ in via Saule ſaule qd me pſe
queris? Sextũ genus: accepta parabola: ſicut apud ſalo=
monem in prouerbiis/ & apud balaam: cũ euocaretur
a balach. Septimũ genus/ repletio ſancti ſpũs/ ſicut pe=
ne apud omnes prophetas. Alii tria genera viſionũ di=
xerũt eſſe. Vnũ ſcđm oculos corporis/ ſicut vidit abra=
ham tres viros ſub ilice mãbre/ et moyſes ignem in ru
bo et diſcipuli tranſfiguratũ dñm in monte inter moy
ſen et heliam et cętera huiuſmodi. Alterꝫ ſcđm ſpiritũ
quo imaginamus ea quę per corpus ſentimus/ ſicut vi=
dit Petrus diſcũ illũ ſummitti de cęlo cũ variis animali
bus/ et ſicut eſaias deũ in ſede altiſſima nõ corporaliter
ſed ſpiritualiter vidit. Nõ enim deum forma corporea
circũterminat/ ſed quẽadmodum figurate/ non ꝓprie
multa dicũtur/ ita etiam figurate et multa monſtrãtur.

Terciũ aũt genus viſionis eſt quod neq; corporeis ſenſibus: neq; vlla parte animę qua corporalium rerũ imagines capiuntur: ſed per intuitũ mentis: quo intellecta conſpicitur veritas: ſicut daniel prędit⁹ mēte vidit qđ balthaſar viderat corpore. Sine quo genere: illa duo vel infructuoſa ſunt: vel etiã in errorem mittũt. Omnia tñ hęc genera ſpiritus ſanctus moderat̃. Habere antē prophetiam: nõ ſolũ bonus: ſed etiam malus poteſt. Nam inuenimus ſaulē regem ꝓphetaſſe. Perſequebat̃ enim ſanctũ dauid: & ipletus ſancto ſpiritu ꝓphetare cępit.

¶ De apoſtolis. Cap. IX.

APoſtoli miſſi interpretãtur. Hoc ei eoꝝ nomē indicat. Nã ſicut grece ãgeli: latine nũcii vocãt̃: ita grece apoſtoli: latine miſſi appellantur. Ipſos enim miſit xp̃s euangelizare per vniuerſum mundum: ita vt quidam perſas indoſq; penetrarent: docentes gentes & faciētes in nomine chriſti magna & incredibilia miracula: vt atteſtantibus ſignis & ꝓdigiis crederet̃ illis: in his quæ dicebãt & viderant. Habent enim plæriq; eorum ex his cauſas ſuorum vocabulorũ. Petrus a petra nomē accepit: hoc eſt a chriſto. ſuper quem fundata eſt eccleſia Non enim a petro petra: ſed petrus a petra nomē ſortitus eſt: ſicut non chriſtus a chriſtiano: ſed xp̃ianus a chriſto vocat̃. ideoq; ait dñs. Tu es petrus & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meã: quia dixerat petrus. Tu es chriſt⁹ filius dei viui. Deinde ei dñs: ſuper hanc inquit petraꝫ quam confeſſus es ędificabo eccleſiã meam. Petra enĩ erat chriſtus; ſuper quod fundamentũ etiam ipſe edificatus eſt petrus. Cephas dictus: eo ꝙ in capite ſit cõſtitutus apoſtolorum Cephalin enim græce caput dicitur & ipſum nomen in petro ſyrum eſt. Simon bariona in linguam noſtram ſonat filius colũbę: & eſt nomē ſyrũ pariter & hebreum. Bar quippe ſyra ligua filius: ione hebraice colũba: vtroq; ſermone dicitur bariona. Alii ſimpliciter accipiunt: ꝙ ſimon. i. petrus filius ſit ioannis: iuxta illã interrogationem. Simon ioannis diligis me: & volunt ſcriptorũ vicio deprauatũ: vt pro barioanna hoc eſt filio ioannis: bariona ſcriptum ſit: vna detracta ſyllaba. Ioanna aũt interpretatur dñi gratia. Et fuiſſe conſtat petrum trinomiũ: petrum: cepham. & ſimõ bariona. Simon autem hebraice interpretatur audiens Saulus hebraico ſermone tentatio dictus: eo ꝙ prius in tentatione eccleſiæ ſit verſatus. Perſecutor enim erat inde nomen habebat iſtud: quando perſequebatur chriſtianos. Poſtea mutato nomine de ſaulo factus eſt paulus. quod interpretat̃ mirabilis ſiue electus. Mirabilis: vel quia multa ſigna fecit: vel quia ab oriente vſq; ad occaſum euangeliũ chriſti in omnibus gentibus prędicauit Electus ſicut in actib⁹ apoſtolorum ſpiritus ſanctus dicit: ſegregate mihi barnabam & paulum ad opus ad quod elegi eos. Latino autem ſermone: paulus a modico dictus. vnde & ipſe ait Ego ſum minimus omnium apoſtolorum. Quando enim ſaulus: ſuperbus elatus: quando paulus: humilis: modicus. Ideo ſic oquimur paulo poſt videbo te: i. poſt modicum. Nam quia modicus factus eſt: ipſe dicit. Ego eni ſum nouiſſim⁹ omnium apoſtolorum: & mihi minima omnium ſanctorum data eſt gratia. Cephas autem & ſaulus: ideo mutato nomine ſunt vocati: vt eſſent etiam ipſo nomine noui ſicut abrahã & ſara. Andreas frater petri carne: & coheres gratia ſecundum hebraicam ętymologiam interpretatur decorus ſiue reſpondens: ſermone autem gręco: a viro virilis appellatur: Ioannes quodam vaticinio ex merito nomē accepit: Interpretatur enim: in quo eſt gratia: vl' domini gratia. Amplius enim eũ cęteris apoſtolis dilexit ieſus. Iacob⁹ zebedei a patre cognominatur: quem relinquens cum ioanne: verum patrem ſecuti ſunt. Hi ſunt filii tonitrui: qui etiam boanarges ex firmitate & magnitudine fidei nomiati ſunt. Hic eſt iacobus filius zebedei frater ioannis: qui poſt aſcenſionem domini ab herode manifeſtatur occiſ⁹. Iacobus alphei ob diſtictionem prioris cognominatus: qui dicitur filius zebedei: ſicut iſte filius alphei. Cognomentum igitur ambo a patre ſumpſerũt. Iſte eſt iacobus minor qui in euãgelio frater domini nominatur: quia maria vxor alphei: ſoror fuit matris domini: quam mariã cleophę ioannes euangeliſta cognominat: a patre ſiue a gentilitate familię: aut quacunq; alia cauſa ei nomen imponens. Alpheus autem hebreo ſermone in latinũ exprimitur milleſimus ſiue doctus. Philippus os lampadorum. vel os manuum. Thomas: abyſſus vel geminus: vnde gręce didymus appellatur. Bartholomeus: filius ſuſpendentis aquas: vel filius ſuſpendentis me: ſyrum eſt non hebreum. Matheus in hebreo donatus exprimitur. Idem & appellatus leui ex tribu a qua ortus fuit. In latino autem ex opere publicani nomē accepit: quia ex publicanis fuit electus & in apoſtolatum tranſlatus. Simon chananeus: ad diſtinctionem ſimonis petri: de vico galilęę chana: vbi aquas dñs mutauit i vinum ipſe eſt qui in alio euangeliſta ſcribitur zelotes. Chana quippe zelus iterpretatur. Iudas iacobi qui alibi appellatur lebbeus: figuratum nomen habet a corde: quod nos diminutiue corculũ poſſumus appellare. Ipſe in alio euãgeliſta. Thadeus ſcribitur: quē eccleſiaſtica tradit hiſtoria: miſſum edeſſam ad abagarum regem. Iudas ſcariothis: vel a vico in quo ortus eſt: vel ex tribu iſachar vocabulum ſumpſit quodam pręſagio futuri in condēnationem ſui. Iſachar enim interpretatur merces: vt ſignificaretur precium proditoris quo vendidit dominum ſicut ſcriptum eſt Et appēderũt mercedem meam. xxx argenteos: precium quod appreciatus ſum ab eis. Mathias qui inter apoſtolos ſine cognomine ſolus habetur: interpretatur donatus: vt ſubaudiatur: pro iuda. Ipſe enim in locum eius electus eſt ab apoſtolis: cum ꝓ duobus ſors mitteretur. Marcus: excelſus mãdato: vtiq; propter euangelium altiſſimi quod prędicauit. Lucas: ipſe conſurgens: ſiue ipſe eleuans: eo ꝙ eleuauerit prædicationem euangelii poſt alios. Barnabas: filius ꝓphete: vel filius conſolationis.

¶ De reliquis i euangelio noibus. Cap.X.

Maria illuiatrix ſiue ſtella maris. Genuit eni lumē mūdi: ſermone aūt ſyro maria dña nūcupatur: & pulchre: quia dominū genuit. Helizabeth dei mei ſaturitas: vel dñi mei iuramentum. Magdalena: turris. Martha: irritans vel prouocans: ſermone autem ſyro interpretatur dominans. Nathanael: donū dei: quia deus. i. ſimulatio: dono dei in eo non fuit: ʒebedeus: donatus ſiue fluens iſte. zacheus: iuſtus ſiue inſtificatus: ſiue iuſtificandus: ſyrū eſt nomen nō hebreum. Lazarus adiutus: eo ꝙ ſit a morte reſuſcitatꝰ. Herodes: pelliceus: vel glorioſus clara ętymologia. Cayphas: inueſtigator aut ſagax: aut vomēs ore. Iniquo enim ore ſuo iuſtum condēnauit: q̄uis hoc myſterio prophetali annunciaſſet. Pontius: declinans conſilium: vtiqꝫ iudeorū. Accepta enim aqua: lauit manus ſuas dicens. Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius. Pylatus: os malleatoris: quia dum xp̄m ore ſuo & iuſtificat & condēnat. morte malleatoria vtraqꝫ ferit. Barrabas: filius magiſtri eorū: abſqꝫ dubio iudeoꝝ magiſtri qui eſt diabolus: homicidioꝝ auctor: qui vſqꝫ hodie regnat in eis.

¶ De martyribus. Cap.XI.

Martyres gręca lingua: latine teſtes dicūť vñ & teſtimonia gręce: martyria nūcupanť. Teſtes autē ideo vocati ſunt: quia propter teſtimoniū xp̄i paſſiones ſuſtinuerūt: & vſqꝫ ad mortem pro veritate certauerunt. Quod vero nos non teſtes: quod latine vtiqꝫ poſſumꝰ dicere: ſed gręce martyres appellamus: familiarius eccleſię auribus hoc grę cum verbū ſonat. ſicut multa gręca nomia quibus pro latinis vtimur. Martyrum primus in nouo teſtamento ſtephanus fuit: qui hebreo ſermone interpretatur norma: ꝙ prior fuerit in martyrio ad imitationem fideliū. Idem autem ex gręco ſermōe in latinū vertitur coronatus: & hoc prophetice: vt quod ſequeretur in re: vaticinio quodā futuri: prius in vocabulo reſonaret. Paſſus eſt enim & quod vocabatur accepit Stephanus eni corona dicitur: humiliter lapidatus: ſed ſublimiter coronatus. Duo autem ſunt martyrii genera: vnum in aperta paſſiōe: alterum in occulta animi virtute. Nam multi hoſtis inſidias tolerantes: & cunctis carnalibus deſideriis reſiſtētes: per hoc ꝙ ſe omnipotenti deo in corde mactauerunt: etiam pacis tempore martyres facti ſunt: qui etiam ſi perſecutionis tempus exiſteret: martyres eſſe potuerunt.

¶ De clericis. Cap.XII.

Cleros & clericos hinc appellatos qa mathias ſorte electꝰ ē: quē primū p ap̄ſos legimꝰ ordinatū. Cleros eni graece ſors vel hęreditas latine di. Propterea ergo dicti ſūt clerici quia de ſorte ſunt domini: vel quia dñi partem habent Generaliter autem clerici nuncupātur omnes qui in eccleſia xp̄i deſeruiunt: quoꝝ gradus: & nomia hęc ſunt Oſtiarius: pſalmiſta: lector: exorciſta: acolythꝰ: ſubdiaconus: diaconꝰ: preſbyter: epiſcopus. Ordo epiſcoporum quadripartitus eſt. i. in patriarchis: archiep̄is: metropolitanis atqꝫ ep̄is. Patriarcha gręca lingua ſummus patrum interpretatur: quia primū. i. apoſtolicum retinet locū: & ideo quia ſummo honore fungitur: tali nomine cenſetur: ſicut romanus: antiochenus. & alexādrinus Archiep̄s gręco vocabulo ꝙ ſit ſummus epiſcoporum. Tenet enim vicē apoſtolicam & pręſidet tam metropolitanis q̄ ep̄is cęteris. Metropolitani autē a mēſura ciuitatum vocantur. Singulis enim prouinciis p̄eminent. quorū auctoritati & doctrinę et poteſtati cęteri ſacerdotes ſubiecti ſunt: ſine quibus nihil reliquos ep̄os agere licet: ſollicitudo enim totius prouincię ipſis ep̄is cōmiſſa eſt. Omēs aūt ſuperius deſignati ordines vno eodēqꝫ vocabulo ep̄i nominātur: ſed ideo priuato nomine quidam vtuntur propter diſtinctionē poteſtatuꝫ quam ſingulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps. Archon enim princeps. Archiep̄s princeps ep̄orum: ſicut metropolitanus a mēſura ciuitatum. Epiſcopatus aūt vocabulū inde dictū: ꝙ ille qui ſuperefficitur: ſuperintendat: curam. ſ. gerens ſubditoꝝ. ſcopin enim graece latine intendere diciť. Epiſcopi aūt graece latine ſpeculatores interpretanť. Nam ſpeculator eſt prępoſitus in eccleſia dictꝰ eo ꝙ ſpeculetur atqꝫ perſpiciat populorum infra ſe poſitoꝝ mores & vitā. Pontifex princeps ſacerdotum eſt: quaſi via ſequentiū. Ipſe & ſummꝰ ſacerdos: ipſe & pōtifex maximus nūcupať. Ipſe enim efficit ſacerdotes atqꝫ leuitas: ipſe oēs ordies eccleſiaſticos diſponit: ipſe quid vnuſquiſqꝫ facere debeat oſtendit. Antea autem pontifices reges erant. Nam maiorū hęc erat conſuetudo: vt rex eſſet etiā ſacerdos & pontifex. Vnde et romani imperatores pontifices dicebātur Vates a vi mētis appellatos cuiꝰ ſignificatio multiplex eſt. Nam modo ſacerdotē: modo prophetā ſignificat. modo poetam. Antiſtes ſacerdos dictus: ab eo ꝙ ante ſtat. Primus eſt enim i ordine eccleſię: et ſupra ſe nullū habet. Sacerdos autem nomen habet cōpoſitū ex gręco et latino: quaſi ſacrū dans: ſicut enim rex a regendo ita ſacerdos a ſacrificando vocatus eſt. Conſecrat enim et ſanctificat. Sacerdotes autē gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebāt pileū in quo erat breuis virga deſuper habens lanę aliquod. Quod cuꝫ per aeſtū ferre non poſſent: filo tantū capita religare ceperūt. Nā nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat: vnde a filo quo vtebātur flamines dicti ſunt: quaſi filamines: verum feſtis diebus filo depoſito pileum imponebant pro ſacerdotii eminentia. Preſbiter gręce latine ſenior interpretatur: non pro ętate vel decrepita ſenectute: ſed propter honorē & dignitatem quā acceperunt: preſbiteri nominenť. Vnde & apud veteres idem ep̄i et p̄ſbiteri fuerunt: quia illud nomen dignitatis eſt: hoc aetatis. Ideo aūt et preſbiteri ſacerdotes vocantur: quia ſacrum dant/ſicut et epiſcopi qui licet ſint ſacerdotes: tamē pōtificatus apicem nō habent: quia nec chriſmate frontē ſignant: nec paraclitū ſpiritum dant: quod ſolis deberi

epiſcopus lectio actuũ apoſtolorꝫ demonſtrat. Leuitæ
ex noie auctoris vocati. De leui em̄ leuitę exorti ſunt:a
quibus i templo dei myſtici ſacramenti miniſteria ex
plebantur. Hi gręce diaconi : latine miniſtri dicuntur:
quia ſicut in ſacerdote conſecratio:ita in diacono mini
ſterii diſpenſatio habetur . Hypodiacones gręce. quos
nos ſubdiaconos dicimus:q ideo ſic appellantur: quia
ſubiacent preceptis & officiis leuitarũ. Oblationes eni
in tẽplo dei a fidelibus ipi ſuſcipiũt: & leuitis ſuperpo=
nendas altaribus deferunt. Hi apud hebręos nathinnei
vocantur. Lectores a legẽdo:pſalmiſtæ a pſalmis canẽ=
dis vocati. Illi em̄ prędicant populis quid ſequãtur:iſti
canũt vt excitent ad cõpunctionẽ animos audientium
licet & quidã lectores ita miſeranť pnunciẽt: vt quoſdã
ad luctũ lamentationẽq; cõpellant. Idẽ etiã & pnuncia=
tores vocanť: ꝙ porro annuncient. Tanta em̄ & tã clara
erit eorꝫ vox:vt q̄uis longe poſitorꝫ aures adimpleant.
Cantor aũt vocat⁹:quia vocẽ modulať in cantu. Huius
duo genera dicunť i arte muſica:ſicut ea docti hoies la=
tine dicere potuerũt pręcentor & ſuccẽtor. Præcẽtor. ſ.
qui vocẽ p̄mittit in cãtu. Succentor aũt q ſubſequẽter
canendo reſpondet. Cõcentor aũt dicitur qa cõſonat:q
aũt nõ conſonat:nec cõcinit:nec cãtor nec cõcẽtor erit
Acolythi gręce latine ceroferarii dicuntur a deportan=
dis cęreis qñ euangeliũ legendũ eſt aut ſacrificiũ offerẽ
dum. Tũc em̄ accẽdunť luminaria ab eis & deportanť:
nõ ad effugãdas tenebras: dũ ſol eodẽ tẽpore rutilet:ſꝫ
ad ſignũ leticię demõſtrandũ: vt ſub typo luminis cor=
poralis illa lux oſtendatur: de qua i euãgelio legiť. Erat
lux vera q̄ illuminat omnẽ hominẽ veniẽtẽ in hũc mũ=
dum. Exorciſtę ex gręco i latinũ adiurãtes ſiue icrepã=
tes vocãtur. Inuocãt em̄ ſup cathecuminos vľ ſup eos
qui habẽt ſpiritũ imundũ: nomẽ dñi ieſu. adiurãtes per
eũ vt egrediať ab eis. Oſtiarii idẽ & ianitores: q in vete=
ri teſtamẽto electi ſunt ad cuſtodiã tẽpli: vt nõ ingrede
retur eũ imũdus in omi re. Dicti aũt oſtiarii: ꝙ pręſint
oſtiis tẽpli. Ipſi em̄ tenẽtes clauẽ oia int⁹ extraq; cuſto
diunt: atq; inter bonos & malos habentes iudiciũ: fide=
les recipiunt: & reſpuunt infideles.

De monachis. Cap. XIII.

MOnachus gręca ętymologia vocat⁹ eo ꝙ ſit
ſingularis. Monas em̄ gręce ſigularitas di=
ciť. Ergo ſi ſolitari⁹ iterpretať vocabulũ mo
nachi: quid facit i turba qui ſol⁹ ẽ? Plura aũt
ſunt gña monachorꝫ. Cęnobitę: quos nos i cõeviuẽtes
poſſumus appellare. Cęnobiũ em̄ plurimorũ eſt. Ana=
chorite ſũt: qui poſt cęnobialẽ vitã deſerta petũt: & ſo=
li habitãt per deſerta: & ab eo ꝙ procul ab hominibus
receſſerunt: tali noie nũcupanť: ſed anachoritę heliã &
ioannẽ: cęnobitę apoſtolos imitanť. Heremitę hi ſunt
qui & anachoritę ab hominũ cõſpectu remoti heremũ
& deſertas ſolitudines appetẽtes. Nã heremũ diciť qua
ſi remotũ. Abba aũt ſyrũ nomẽ ſignificat i latinũ pater
quod Paulus romanis ſcribens expoſuit dicens. In quo
clamamus abba pater: in vno noie duabus vſus linguis.
Dicit em̄ abba ſyro noie patrẽ: & rurſus latine nominat
itidem patrem.

De cęteris fidelib⁹ nominibus. Cap. XIIII.

CHriſtianus quãtũ interp̄tatio oſtẽdit de vn=
ctione diciť ſiue de noie auctoris & creato=
ris. A xp̄o em̄ xp̄iani ſũt cognoiati: ſicut a
iuda iudęi. De magiſtri quippe noie cogno
men ſectatorib⁹ datũ eſt. Xp̄iani aũt olim a iudeis quaſi
ob opprobriũ nazarei vocabanť: p eo ꝙ dñs nr̄ atq; ſal
uator a vico quodã galilęę nazaren⁹ ſit appellat⁹. Nõ ſe
aũt gloriet xp̄ianũ: q nomẽ habet & facta nõ habet: vbi
autẽ nomẽ ſecutũ fuerit opus: certiſſime ille eſt xp̄ian⁹.
qa ſe factis oſtendit xp̄ianũ: ambulãs ſicut & ille ãbula=
uit: a quo & nomẽ traxit. Catholicus vniuerſalis ſiue ge
neralis interp̄tať. Nã gręci vniuerſalẽ catholicon vocãt
Orthodoxus eſt recte credens: & vt credit recte viuens
Ortho em̄ gręce recte diciť: doxo glorię: hoc eſt vir re=
ctę glorię. Quo noie nõ põt vocari: qui aliter viuit q̄ cre
dit. Neophytus gręce latine nouellus & rudis fidelis vľ
nuper renatus interpretari põt. Cathecumin⁹ dict⁹ p eo
ꝙ adhuc doctrinã fidei audit: necdum tñ baptiſmũ pce
pit. Nã cathecumin⁹ gręce auditor dicitur. Cõpetẽs vo
catur qui poſt inſtructionem fidei cõpetit gratiã xp̄i: in
de & a petendo cõpetẽtes vocati ſunt. Laicus popularis
Laos em̄ gręce populus dicitur. Proſelytus. i. aduena &
circunciſus: q miſcebať populo dei: græcum eſt.

Incipit liber octauus.

De eccleſia & ſynagoga. Cap. I.

ECcleſia gręcũ eſt: quod in latinũ vertiť cõuo
catio: pp̄ter ꝙ oẽs ad ſe cõuocet. Catholica
vniuerſalis κατὰ ὅλον: id eſt ſecundum co
tũ. Nõ em̄ ſicut cõuẽticula hereticorꝫ in ali=
quib⁹ regionũ ptib⁹ eo artať: ſed per totũ terrarꝫ orbẽ
dilatata diffundiť. Qđ etiã apoſtol⁹ approbat ad roma=
nos dicẽs: Gratias ago deo meo p oibus vobis: quia fi
des veſtra annũciatur i vniuerſo mũdo: ſiue ꝙ in vnita=
tem cunctos coniungit credẽtes. Hinc & vniuerſitas ab
vno cognominata eſt: pp̄ter quod in vnitatẽ colligiť.
Vnde dñs in euangelio. Qui mecũ nõ colligit ſpargit.
Cur aũt eccleſia cũ vna ſit a ioanne. vii. ſcribunť: niſi vt
vna catholica ſeptiformi plena ſpiritu deſigneť: ſicut et
de dño nouimus dixiſſe ſalomonem. Sapiẽtia ędifica=
uit ſibi domũ: & excidit colũnas ſeptem: quę tñ ſeptẽ
vna eſſe non ambigitur: dicente apoſtolo. Eccleſia dei
viui que eſt colũna & firmamentũ veritatis. Inchoauit
autẽ eccleſia a loco vbi venit de coelo ſpiritus ſanct⁹ &
impleuit vno loco ſedentes. Pro peregrinatiõe autem
pręſenti eccleſia ſyon dicitur: eo ꝙ ab huius peregrina
tionis longitudine poſita: promiſſionẽ rerũ cęleſtium
ſpeculetur: & iccirco ſyon. i. ſpeculatio nomen accepit.
Pro futura vero patrię pace: hieruſalem vocatur. Nam
hieruſalem viſio pacis interpretatur. Ibi enim abſorpta

oñi aduerſitate. pacē q̄ eſt xp̄s pręſēti poſſidebit obtutu. Synagoga gręce latine cōgregatio dicit̄: quod proprium nomen iudęorum popul⁹ tenuit. Ipſorum enī pprie ſynagoga dici ſolet: q̄uis & de eccleſia dicta ſit. Noſtrā vero ap̄li nunq̄ ſynagogā dixerunt: ſed ſemp eccleſiā: ſiue diſcernendi cauſa: ſiue q inter cōgregationē vn̄ ſynagoga: & cōuocationē vnde eccleſia nomē accepit. diſtet aliquid: q. ſ. cōgregari & pecora ſolēt: quorum & greges proprie dicimus: cōuocari aūt magis eſt vtentium ratione: ſicut ſunt homines.

❡ De religione & fide. Cap. II.

Dogma a putando philoſophi noīauerūt: id eſt hoc puto eſſe bonū. hoc puto eſſ verūe Religio appellata q p eā vni deo religam⁹ aīas nr̄as ad cultū diuinū: vinculo ſeruiendi Quod verbū cōpoſitū eſt a religēdo. i. eligēdo. vt ita latinū videbat̄ religio: ſicut eligo. Tria ſūt aūt q̄ religionis cultu ad colēdū deū i hoībus pquirunt̄. i. fides: ſpes charitas. In fide quid credendū: in ſpe qd ſperandū: i charitate qd ſit amandū. Fides eſt: qua veraciter credim⁹ id quod nequaq̄ videre valeam⁹. Nā credere iā nō poſſumus quod videm⁹. Proprie autē nomē fidei inde eſt dictū: ſi oīno fiat qd̄ dictū eſt aut pmiſſū. Et inde fides vocata: ab eo q fit illud quod inter vtroſq placitū eſt q̄ſi inter deū & hominē hinc & fędus. Spes vocata q ſit pes pgrediēdi q̄ſi eſt pes. Vn̄ ecōtrario deſperatio. Deeſt enī ibi pes: nullaq pgrediēdi facultas ē: qa dū qſq peccatū amat futurā gloriā nō ſperat. Charitas gręce latine dilectio interp̄tatur: q duos in ſe liget. Nā dilectio a duobus incipit: quod eſt amor dei & pximi De q̄ apoſtolus. Plenitudo inquit legis eſt dilectio. Maior eſt autē hęc oībus: qa q diligit: & credit et ſperat. Qui autem nō diligit q̄uis multa bona faciat: fruſtra laborat. Oīs autē dilectio carnalis: nō dilectio ſed magis amor dici ſolet. Dilectionis autē nomen tm̄ in melioribus rebus accipi ſolet.

❡ De hereſi & ſciſmate. Cap. III.

Hereſis gręce ab electione vocat̄: q. ſ. vnuſqſq id ſibi eligat quod melius ſibi eſſe videt̄ vt philoſophi peripatetici: achademici: epicurei & ſtoici: vel ſicut alii q peruerſum dogma cogitantes arbitrio ſuo de eccleſia receſſerūt. Inde ergo hereſis dicta gręca voce ex interp̄tatione electiōis: quia quiſq arbitrio ſuo ad inſtituēda ſiue ad ſuſcipiēda quelibet ip̄e ſibi eligit. Nobis vero nihil noſtro ex arbitrio inducere licet: ſed nec eligere quod aliq' de arbitrio ſuo induxerint: apoſtolos dei habemus auctores. q nec ip̄i qcq̄ ex ſuo arbitrio quod iducerēt elegerūt: ſ3 acceptā a xp̄o diſciplinā fideliter nationib⁹ aſſignauerūt. Itaq ſi etiā angelus de cęlis aliter euangelizauerit: anathema vocabit̄ Secta a ſequēdo & tenendo noīata. Nā ſectas dicim⁹ habitus aīorū: ac iſtituta circa diſciplinā vel ppoſitū quē tenendo ſequūt̄: longe alia in religionis cultu opinantes q̄ cęteri. Sciſma a ſciſſura aīorū nomē accepit. Eodē enim cultu eodēq ritu credit vt cęteri; ſolo cōgregationis delectatur diſcidio. Fit autē ſciſma cū dicūt homines nos iuſti ſum⁹: nos ſanctificam⁹ imūdos & cętera ſimilia. Supſtitio dicta eo q ſit ſuperflua aut ſupſtatuta obſeruatio. Alii dicunt a ſenibus: qa multis annis ſuperſtites p ętatē delirāt & errant ſuperſtitione quadā: neſcientes q̄ vetera colant: aut q̄ veterū ignari aſciſcunt. Lucretius autē ſuperſtitionē dicit ſuperſtantiū rerū. i. cœleſtiū & diuinorum que ſuper nos ſtant: ſed male dicit. Hereticorum autē dogmata vt facile poſſint agnoſci: cauſas eorum vel noīa demonſtrare oportuit.

❡ De hereſibus iudeorum. Cap. IIII.

Iudei cōfeſſores iterpretātur. Multos enim ex his ſeqtur cōfeſſio: quos antea pfidia poſſidebat. Hebręi trāſitores dicūt̄. Quo noīe admonēt̄: vt de peiorib⁹ ad meliora trāſeāt & priſtinos errores relinquāt. Phariſęi & ſaducęi īter ſe cōtrarii ſunt. Nā phariſęi ex hebręo in latinū interp̄tantur diuiſi: eo q traditionum & obſeruationum ſuarū quas illi deuteroſis vocāt. iuſticiā preferunt. vnde & diuiſi vocantur a populo quaſi per iuſticiā. Saducęi iterp̄tantur iuſti: vendicant enī ſibi quod non ſunt: corporis reſurrectionē negāt: & aīam interire cū corpore p̄dicāt. Hi quinq tm̄ libros legis recipiunt: pphetarum vaticinia reſpuūt. Eſſęi dicūt ip̄m eſſe xp̄m: qui docuit illos omnē abſtinentiā. Morbonei dicūt ip̄m eſſe xp̄m: qui docuit illos in oī re ſabbatizare. Geniſtęi dicti eo q de gn̄e abrahe eſſe ſe gloriant̄. Nā cū i babyloniā veniſſet populus dei: plęriq relinquētes vxores ſuas: babyloniis mulieribus adhęſerūt Quidā autē iſraeliticis tm̄ cōiugiis contēti: vel ex eis geniti dū reuerſi eſſent de babylonia: diuiſerūt ſe ab oī populo & aſſumpſerūt ſibi hoc nomen iactātię. Meriſtęi appellati eo q ſeparēt ſcripturas: nō credentes oībus pphetis: dicētes aliis & aliis ſpiritibus illos pphetaſſe. Meris enī gręce latine pars dicit̄. Samaritę dicti q legē ſolā cuſtodiant. Nā prophetas non recipiunt. Himero baptiſtę eo q quotidie veſtimenta ſua & corpora lauent.

❡ De hereſibus chriſtianorum. Cap. V.

Quidā etiā heretici qui de eccleſia receſſerunt ex nomine auctorum ſuorum nūcupant̄. qdā vero ex cauſis quas eligētes iſtituerūt. Simoniani dicti a ſimone magicę diſciplinę pito cui petr⁹ in actib⁹ apoſtolorum maledixit p eo q ab ap̄lis ſpiritus ſancti gratiā pecunia emere voluiſſet. Hi dicūt creaturā nō a deo: ſed a virtute quadā ſuperna creatam. Menādriani: a menādro mago diſcipulo ſimonis nuncupati: qui mūdū non a deo: ſed ab angelis factum eſſe aſſeruit. Baſilidiani a baſilide appellati: q inter reliquas blaſphemias paſſum ieſum abnegauit. Nicolaitę dicti a nicolao diacono eccleſię hieroſolymorum: qui cū ſtephano & cęteris conſtitutus eſt a petro: qui propter pulchritudinem relinquens vxorē: dixerat vt qui vellet ea vteretur: & verſa eſt in ſtuprū talis conſuetudo vt inuicem coniugia commutarent̄. Que ioannes in apocalypſi improbat dicēs. Sed hoc habes quia odiſti facta ni-

colaitarũ. Gnoſtici ꝓpter excellentiã ſciẽtię ſe ita appel-
lare voluerunt. Animã naturã dei eſſe dicũt: bonũ & ma
lum deum ſuis dogmatibus fingũt. Carpocratiani a car
pocrate quodã vocanť: qui dixit xp̄m hoiem fuiſſe tm̃
& de vtroq; ſexu progenitũ. Chirinthiani a chirintho
quodã nũcupati. Hi inter cętera circuncĩſionẽ obſeruãt
mille annos poſt reſurrectionẽ in voluptate carnis futu
ros prędicãt. Vnde & gręce ciliaſte latine miliciaſtę ſũt
appellati. Nazarei dicti qui dũ xp̄m qui a vico nazarenꝰ
eſt appellatꝰ: filiũ dei confiteantur: oĩa tñ veteris legis cu
ſtodiunt. Ophite a colubro noiati ſunt. Coluber enim
gręce ophi diciť. Colunt eñ ſerpentẽ: dicẽtes ip̄m i pa-
radiſum induxiſſe virtutis cognitionẽ. Valentiniani a
valentino quodã platonico ſectatore vocati: q Conas
id eſt ſęcula quędã in originẽ dei creatoris induxit: xp̄m
quoq; de virgine nihil corporis aſſumpſiſſe: ſed per eã
quaſi per fiſtulã trãſiſſe aſſeruit. Apellitę quoꝝ apelles
princeps fuit: q creatorẽ angelũ neſcio quẽ glorioſum:
ſuperioris dei faciẽs deũ legis iſrael: illũ igneũ affirmãs
Apellitę quoꝝ auctor apelles: qui dixit xp̄m nõ deũ in
veritate: ſed hoiem i fantaſia apparuiſſe. Archonciaci a
principibus appellanť: qui vniuerſitatem quã deus cõdi
dit opera eſſe archangeloꝝ defendũt. Adamiani voca-
ti ꝙ ade imitenť nuditatẽ. vnde & nudi orant: & nudi i-
ter ſe mares fęmineq; cõueniũt. Cainani ꝓpide ſic appel
lati: qm̃ cain adorãt. Sethiani nomẽ acceperunt a filio
adã qui vocatus eſt ſeth. dicentes eundẽ eſſe xp̄m. Mel
chiſedechiani vocati ꝓ eo ꝙ melchiſedech ſacerdotem
dei nõ hoiem fuiſſe ſed virtutẽ dei eſſe arbitranť. Ange
lici vocati: quia angelos colunt. Apľici hoc ſibi nomen
ideo preſumpſerunt ꝙ nihil poſſidẽtes ꝓpriũ: nequaq̃
recipiant eos qui aliquid in hoc mũdo vtunť. Cerdonia
ni a cerdone quodã noiati: q duo cõtraria pricipia aſſe-
runt. Marcioniſtę a marcione ſtoico philoſopho appel
lati. qui cerdonis dogma ſecutus: alterũ bonũ: alterum
iuſtũ deũ aſſeruit: tanq̃ duo principia creatoris & boni-
tatis. Arroteritę ab oblatione vocati. Panẽ enim et ca-
ſeum offerunt: dicẽtes primis hoibꝰ oblationẽ a fructi-
bus terrę & a fructibꝰ ouiũ fuiſſe celebratã. Aquarii ap-
pellati: eo ꝙ aquã ſolã offerũt in calice ſacramẽti. Seue-
riani a ſeuero exorti: vinũ nõ bibunt: vetus teſtamentũ
& reſurrectionẽ nõ recipiunt. Taciani a taciano quodã
vocati qui & encreatite dicti: quia carnes abominantur
Alogii vocantur: tanq̃ ſine verbo. Logos eñ gręce ver
bũ diciť. Deũ eñ verbũ nõ credunt: reſpuentes Ioannis
euangeliũ & apocalipſim. Catafrigis nomen ꝓuincia ca
tafrigia dedit: quia ibi extiterunt auctores eoꝝ monta
nus priſca & maximilla fuerunt. Hi aduentũ ſancti ſpi-
ritus: nõ in apoſtolis ſed in ſe traditũ aſſerũt. Catharoe
ꝓpter mundiciã ita ſe noiauerũt. Gloriantes eñ de ſuis
meritis negãt pęnitẽtibꝰ veniã pctõꝝ. Viduas ſi nupſe
rint: tanq̃ adulteras dãnant. Mũdiores ſe cęteris predi-
cant. Qui nomẽ ſuũ ſi cognoſcere vellẽt: mũdanoa ſe
potius q̃ mũdos vocarent. Pauliani a paulo ſamoſate-
no exorti ſũt: qui dixit nõ ſemꝑ fuiſſe xp̄m ſed a maria

ſumpſiſſe initium. Hermogeniani ab hermogene quo
dã vocati qui materiã nõ natã introducens: deo nõ nato
eã comparauit: matrẽq; elemẽtoꝝ & deã aſſeruit. quos
apoſtolꝰ iprobat: elementis ſeruientes. Manichei a quo
dã perſa extiterũt qui vocatꝰ eſt manes. Hic duas natu-
ras & ſubſtantias introduxit. i. bonã & malã: & animas
ex deo quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit: teſtamen-
tũ vetus reſpuit: nouũ ex parte recepit. Canomiani. i. la-
tine ſine lege dicuntur. Antropomorphitę dicti pro eo
ꝙ ſimplicitate ruſtica deũ habere humana mẽbra q̃ in
diuinis libris ſcripta ſunt arbitranť. Anthropos enim
gręce latine homo iterp̄tatur: ignorãtes vocẽ dñi: q ait
Spũs eſt deus. Incorporeꝰ eſt eñ nec mẽbris diſtinguiť
nec corporis mole cenſeť. Heraclitę ab heraclio aucto-
re exorti. Monachos tantũ recipiũt: cõiugia reſpuũt: re
gna cęloꝝ paruulos habere nõ credũt. Nouatiani a no-
uato romę vrbis preſbytero exorti: qui aduerſus corne
lium cathedrã ſacerdotalem conatꝰ inuadere hereſim i
ſtituit: nolens apoſtatas ſuſcipere: & rebaptizans bapti-
zatos. Montani heretici dicti: ꝙ tẽpore perſecutiõis in
montibus latuerũt: qua occaſione ſe a catholicę eccleſię
corpore diuiſerũt. Ebionitę ab ebione dicti: ſiue a pau-
pertate. Chriſtũ eñ per prouectũ ſolũ verũ iuſtũ putant
effectũ. Vnde cõpetenter ebionei pro paupertate itelli-
gentię appellati ſunt. Hi ſemi iudei ſũt: & ita tenẽt euan
geliũ vt legẽ carnaliter ſeruent: aduerſus quos ad gala-
thas apoſtolus ſcribens inueniť. Fotiniani a fotino gal-
lo gręcie ſyrmie ep̄o nũcupati: qui ebionitarũ hereſim
ſuſcitans aſſeruit xp̄m a maria per ioſeph nuptiali coitu
fuiſſe cõceptũ. Aeriani ab aerio quodã nuncupati ſunt.
Hi offerre ſacrificium ꝓ defunctis ſpernunt. Ethiani ab
ethio ſunt vocati. Idẽq; eunomiani ab eunomio quo
dam dialectico ethii diſcipulo: ex cuius noĩe magis in-
notuerunt: diſſimilẽ patri aſſerentes filiũ & filio ſpiritũ
ſanctũ. Dicunt etiã nullũ imputari peccatũ in fide manẽ
tium. Origeniani ab origene auctore exorti ſunt: dicen
tes ꝙ non poſſit filius videre patrẽ: nec ſpũs ſanctus fi-
liũ. Animas quoq; in mũdi principio dicũt peccaſſe: &
pro diuerſitate peccatoꝝ e cęlis vſq; ad terras lapſas di
uerſa corpora quaſi vincula meruiſſe: eaq; cauſa factum
fuiſſe mũdum. Noetiani a quodã noetio vocati: qui di
cebant xp̄m eũdẽ eſſe & patrẽ & ſpiritũ ſanctũ: ipſamq;
trinitatẽ in officioꝝ noibus nõ in perſonis accipiunt.
Vnde & patripaſſiani vocanť: quia patrẽ paſſum dicunt.
Sabelliani ab eodem noetio pullulaſſe dicuntur: cuius
diſcipulum perhibent fuiſſe ſabelliũ: ex cuius nomine
maxime innotuerunt. vnde et ſabelliani vocati ſunt.
Hi vnã perſonã patris & filii & ſpiritus ſancti aſtruunt.
Arriani ab arrio alexandrino preſbytero orti ſunt: qui
coęternũ patri filium nõ agnoſcens: diuerſas in trinita-
te ſubſtantias aſſeruit contra illud quod ait dñs. Ego &
pater vnuꝫ ſumꝰ. Macedoniani a macedonio cõſtãtino
politano epiſcopo dicti ſunt: negãtes deum eſſe ſpiritũ
ſanctũ. Apollinariſtę ab apollinare vocati ſunt: dicẽtes
xp̄m corpꝰ tm̃modo ſine aĩa ſuſcepiſſe. Antidicoma-

rite appellati ſunt: ꝑ eo ꝙ marie virginitati cõtradicũt aſſerentes eã poſt xp̃m natũ viro ſuo cõmixtã fuiſſe. Metãgiſmonitę ideo tale nomẽ acceperũt: qꝛ angios grece vas dicitur. Aſſerunt enĩ ſic eſſe i patre filiũ tãꝗ vas minus intra vas mai⁹. Patriciani a quodam patricio nũcupati ſunt: qui ſubſtãtiã humanę carnis a diabolo cõditã dicũt. Coluthiani a quodam coluthio noiati qui dicunt deũ non facere malũ: cõtra illud quod ſcriptũ eſt: Ego dñs creãs mala. Floriani a florino qui ecõtrario dicũt deũ creaſſe mala: cõtra id qđ ſcriptũ eſt: Fecit deus oĩa bona. Donatiſtę a donato quodam afro nũcupati: qui de numidia veniẽs totã pene africã ſua perſuaſione decepit: aſſerens minorem patre filiũ: et minorem filio ſpiritũ ſctũ: & rebaptizans catholicos. Bonoſiani a bonoſo quodã epo exorti produntur: qui xp̃m filiũ dei adoptiuũ: nõ propriũ aſſerunt. Circũcelliones dicti eo ꝙ agreſtes ſũt: quos cotopitas vocãt: ſũpradictę hereſis habentes doctrinam. Hi amore martyrii ſemetipſos perimunt: vt violenter de hac vita diſcedentes martyres nominentur. Priſcilianiſtę a priſcilino vocati: qui in hiſpania ex errore gnoſticorum & manicheoꝝ permixtum dogma cõpoſuit. Luciferiani a lucifero ſyrmie epo orti q̃ epos catholicos qui cõſtãtii pſecutiõe pfidię arriano rum conſentiẽtes erant & poſtea correpti redire i catholicã delegerunt: dãnantes ſiue quod crediderãt: ſiue qđ ſe crediđiſſe ſimulauerãt. quos eccleſia catholica materno recepit ſinu tanꝗ petrũ poſt fletũ negationis. Hanc illi matris charitatẽ ſupbe accipiẽtes: eoſqꝫ recipere nolentes a coione receſſerũt & cũ ipo lucifero auctore ſuo qui mane oriebaẗ cadere meruerũt. Iouinianiſtę a iouiniano quodã monacho dicti: aſſerentes nullã nuptarũ & virginũ eſſe diſtantiã nullũqꝫ inter abſtinẽtes: & ſimpliciter epulãtes eſſe diſcrimẽ. Eluidiani ab eluidio nuncupati: q dicũt poſt natũ xp̃m alios mariã filios de viro ioſeph peperiſſe. Paterniani a paterno quodã exorti: q inferiores corporis ptes a dyabolo factas opinãẗ. Arabici nũcupati eo ꝙ i arabia exorti ſunt: dicẽtes aiaꝫ cũ corpore mori atqꝫ i nouiſſimo vtrũqꝫ reſurgere. Tertulianiſtę dicti a tertuliano preſbytero africanę puincię ciuitatis carthaginẽſis: aiaꝫ imortalẽ eſſe: ſed corporeã pdicantes: & aias hoim pctoꝝ poſt mortẽ in demones verti putãtes. Teſſereſdecaditę dicti: qđ. xiiii. luna paſcha cũ iudęis obſeruãdum cõtẽdũt. Nã teſſeres quattuor: deca decẽ ſignificat. Nyctages a ſomno nuncupati qui vigilias noctis reſpuãt: ſuperſtitionẽ eẽ dicẽtes: iura temerari diuina qui noctẽ ad requiẽ tribuit. Pelagiani a pelagio monacho exorti. Hi liberũ arbitriũ diuinę gratię anteponũt: dicentes ſufficere volũtatẽ ad implẽda iuſſa diuina. Neſtoriani a neſtorio cõſtãtinopolitano epo nũcupati: qui beatã virginẽ mariã non dei ſed hois tm̃modo aſſeruit genitricem: vt aliam perſonã carnis: aliã faceret deitatis: nec vnũ xp̃m i verbo dei & carne credidit ſed ſeparatim atqꝫ ſeiunctim alterũ filiũ dei: alteꝝ hois pdicauit. Eutiziani dicti ab eutice conſtantinopolitano abbate: qui xp̃m poſt humanã aſſumptionem negauit exiſtere de duab⁹ naturis: ſed ſolã i eo aſſeruit diuinam naturã eſſe. Acephali dicti. i. ſine capite quẽ ſequunẗ heretici. Nullus enĩ eoꝝ reperiẗ auctor a quo exorti ſint. Hi triũ chalcedonenſiũ capitulorũ impugnatores duarũ in xp̃o ſubſtãtiarũ ꝓprietatẽ negãt & vnã in eius ꝑſonã naturã predicãt. Theodoſiani & gaianitę appellati a theodoſio & gaiano: qui tẽporib⁹ iuſtiniani principis in alexandria populi ꝑuerſi electiõe vno die ſunt ordinati epi. Hi errores euticetis & dioſcori ſequentes chalcedonenſe cõciliũ reſpuũt: ex duab⁹ vnã i xp̃o naturã aſſerunt. quã theodoſiani corruptã: gaianitę incorruptã cõtendunt. Gnoitę & tritoitę a theodoſianis exorti ſunt: ex qb⁹ gnoitę ab ignorãtia dicti: quia puerſitate a qua exorti ſunt id adiiciunt: ꝙ xp̃i diuinitas ignoret futura q̃ ſunt ſcripta de die & hora nouiſſima: nõ recordantes xp̃i perſonã in eſaia loquẽtis: dies iudicii in corde meo. Tritoitę vero vocati ꝙ ſicut tres pſonas in trinitate: ita quoqꝫ tres aſtruũt deos eſſe: cõtra illud qđ ſcriptũ ẽ. Audi iſrael: dñs de⁹ tu⁹: deus vnus eſt. Sunt & alię hereſes ſine auctore & ſine noibus ex quib⁹ alię triformẽ putãt deũ eſſe: alię xp̃i diuinitatẽ paſſibilẽ dicunt: alię xp̃i de patre natiuitati initiũ tpis dant: alię liberationẽ hoim apud inferos factã a xp̃i deſcẽſione nõ credunt: alię aiam imaginẽ dei negant: alię aias cõuerti i demones & i q̃cũqꝫ aialia exiſtimãt: alię de mũdi ſtatu diſſentiũt: alię innumerabiles mũdos opinanẗ: alię aquã deo coęternam faciũt: alię nudis pedib⁹ ambulãt: alię cũ hoib⁹ non mãducant. Hę ſunt hereſes aduerſus catholicã fidẽ exortę & ab apoſtolis & a ſanctis patrib⁹ vel conciliis pdãnatę q̃ dum in ſe multis erroribus diuiſę: inuicẽ ſibi diſſẽtiũt cõmuni tñ noie aduerſus eccleſiã dei cõſpirant. Sed & quiſqꝫ aliter ſcripturã ſanctã intelligit: q̃ ſenſus ſpũs ſcti flagitat a quo cõſcripta ẽ: licet de eccleſia nõ receſſerit: tñ hereticus appellari poteſt.

¶De philoſophis gentium. Cap. VI.

Philoſophi gręca appellatiõe vocãẗ q latine amatores ſapiẽtię interptanẗ. Eſt enĩ philoſophus q diuinaꝝ & humanaꝝ rerũ ſciẽtiã habet. & oẽm beneviuẽdi tramitẽ tenet. Nomẽ philoſophoꝝ primũ a pythagora ferẗ exortũ. Nam dũ antea gręci veteres ſophiſtas. i. ſapiẽtes aut doctores ſapiẽtię ſemetipſos iactãtius noiarẽt: iſte interrogat⁹ qđ pfiteref: verecũdo noie philoſophũ. i. amatorẽ ſapiẽtię ſe eſſe reſpondit: qm̃ ſapiẽtẽ pfiteri arrogãtiſſimũ videbaẗ. Ita deinceps poſteris placuit: vt quãtalibet de reb⁹ ad ſapientiam pertinẽtibus doctrina quiſqꝫ vel ſibi vel aliis videretur excellere: nõ niſi philoſoph⁹ vocaretur. Idem autem philoſophi triplici genere diuidunẗ. Nã aut phyſici ſunt: aut ęthici: aut logici. Phyſici dicti: quia de naturis tractant. Natura quippe phyſis gręce vocaẗ. Ethici: quia de moribus diſputant. Mos enĩ apud gręcos ęthis appellatur. Logici autẽ quia in naturis & moribus rationẽ adiungũt. Ratio enĩ gręce logos dicitur. Diuiſi ſunt autẽ & hi in hereſibus ſuis: habẽtes quidem nomina ex auctoribus: vt platonici: epicurei: pythago-

rici:alii a locis cõuenticuloꝝ & ſtationũ ſuarũ: vt peripatetici:ſtoici:achademici. Platonici a platone philoſopho dicti. Hi eñ aiarum creatorẽ eſſe deũ: corporuꝫ angelos aſſerũt: & poſt multos annoꝝ circulos i diuerſa corpora redire aias dicũt. Stoici a loco dicti Porticꝰ eñ fuit athenis: quã piſianactia appellabant. In qua picta erãt geſta ſapiẽtiũ atqꝫ viroꝝ fortiũ hiſtorię. In hac porticu ſapientes philoſophabantur: ex qua & ſtoici dicti ſunt. Gręce eñ porticus ſtoa dicit̃. Hanc ſectam primus ʒeno inſtituit. Hi negãt ſine virtute effici quẽq̄ beatũ. Omne peccatũ vniforme eſſe aſſerunt: dicentes ſic: ille nocens erit qui paleas furatus fuerit q̄ qui aurũ: qui mergũ occiderit q̄ qui equũ. Non eñ aial crimen ſed animus facit. Hi etiã aiam cũ corpore perire dicũt. Aiam quoqꝫ virtutẽ continentię eſſe negant: affectant gloriã ęternã cũ ſe fateantur non eſſe ęternos. Achademici appellati a villa platonis achademia athenarum: vbi idem plato docebat. Hi oia incerta opinãtur. Sed ſicut fatẽdũ eſt: multa incerta & occulta eſſe q̄ voluit deus excedere hois intelligentiam: ſic tam plurima eſſe quę poſſint & ſenſus penetratiõe cõprehendi. Hãc ſectã Archeſilaus cyrenaicus philoſophus repperit: cuiꝰ ſectator fuit democritus: qui dixit tanq̄ in puteo alto: ita vt fundꝰ nullꝰ ſit: ita in occulto iacere veritatem. Peripatetici a deambulatione dicti: eo ꝙ Ariſtoteles auctor eoꝝ deãbulãs diſputare ſolitus eſſet. Hi dicũt quãdã particulam aiæ eſſe ęternã: de reliquo magna ex parte eſſe mortalẽ. Cinici ab imũdicia impudẽtię nũcupati. Cõtra humanaꝫ enim verecundiam in propatulo coire cum coniũgibꝰ eis mos erat: cẽſentes licitũ honeſtũqꝫ eſſe palã cũ vxoribus concũbere: quia coniugiũ iuſtũ eſt: publice id predicantes agendum eſſe. vt canes in vicis vel plateis. Vñ & a canibus quoꝝ vitam imitabantur etiã vocabulũ nomenqꝫ traxerunt. Epicurei dicti ab Epicuro quodã philoſopho amatore vanitatis nõ ſapientię. quẽ etiam ipſi philoſophi porcũ nominauerũt: quaſi volutans in ceno: carnalẽ voluptatẽ corporis ſummum bonũ aſſerẽs qui etiã dixit nulla ꝓuidentia diuina inſtructũ eſſe aut regi mundũ: ſed originẽ rerũ athomis. i. inſecabilibꝰ ac ſolidis corporibus aſſignauit: quoꝝ fortuitis concurſionibus vniuerſa naſcãtur & nata ſint. Aſſerunt aũt deũ nihil agere: oia cõſtare corporibus: aiam nihil aliud eſſe q̄ corpus. Vnde & dixit: non ero poſtea q̄ mortuus fuero. Gymnoſophiſte nudi per opacas indię ſolitudines perhibentur philoſophari: adhibentes tñ genitalibus tegmina. Gymno enim ex eo dictũ eſt: ꝙ iuuenes nudi exercerentur in campo: vbi pudenda ſola tñ operiunt. Hi & a generando ſe cohibent. Theologi autẽ idẽ ſunt qui & phyſici. Dicti autẽ theologi quoniã in ſcripturis ſuis de deo dixerunt: quoꝝ varia conſtat opinio quid deus eſſet: dum quererent. Quidã enim corporeo ſenſu hunc mundũ viſibilẽ ex quattuor elemẽtis: deum eſſe dixerunt: vt Dionyſius ſtoicus. Alii vero ſpiritaliter intellexerunt mẽtem eſſe deũ: vt Thales mileſius. Quidã animũ in omnibꝰ cõmanentem & lucidum: vt Pythagoras. Quidã deũ ſine tpe incõmutabilẽ: vt Plato. Quidã mentẽ ſolutã. vt Cicero. Quidã & ſpiritũ & mentẽ: vt Varro. Inuentũ eñ ſolũmodo deũ nõ vt inuenerũt expoſuerunt: qa euanuerunt i cogitationibus ſuis. Dicẽtes eñ ſe eſſe ſapiẽtes ſtulti facti ſunt. Itẽ platonici qdẽ deũ curatorẽ & arbitrũ & iudicẽ aſſerũt. Epicurei ocioſum & inexercitatũ. De mũdo aũt platonici affirmãt incorporalem: ſtoici corporalẽ. Epicurus a thomis: pythagoras ex numeris: heraclitus ex igne: vñ & Varro: ignẽ mũdi aim dicit: ꝑinde ꝙ in mundo ignis oia gubernet: ſicut aimꝰ in nobis: q̄ vaniſſime: qui cum eſt inquit in nobis: ipſi ſumus: cum exit emorimur. Ergo & ignis cũ de mũdo per fulgura proficiſcitur: mũdꝰ emoritur. Hi philoſophorũ errores etiã apud eccleſiã induxerunt hereſes. Inde ęonas & formę: neſcio q̄ inde apd arriũ trinitas nominis: & apud Valentinum platonicus furor. Inde marcionis deꝰ melior de trãquillitate. a ſtoicis eñ venerat: & vt aia interire dicatur: epicurꝰ obſeruatur: & vt carnis reſurrectio neget̃: de vana oim philoſophoꝝ ſchola ſumit̃: & vbi materia cũ deo eq̄tur Zenonis diſciplina eſt: & vbi qd de igneo deo legit̃. heraclitꝰ interuenit. Eadẽ materia apud hereticos & philoſophos volutatur: idẽ & tractatꝰ implicantur.

De poetis. Cap. VII.

Poetę inde ſũt dicti: ſicut ait Tranquillus. Cũ primũ hoies exuta feritate rationẽ vite habere cępiſſẽt: ſeqꝫ ac deos ſuos noſſe: cultũ modicũ ac ſermonẽ neceſſariũ cõmenti ſibi vtriuſqꝫ magnificẽtiã ad religionẽ deorũ ſuoꝝ excogitauerũt. Igit̃ vt tẽpla illis domibꝰ pulchriora & ſimulacra corporibꝰ ampliora faciebãt: ita elogo etiã quaſi auguſtiore honorãdos putauerũt: laudeſqꝫ eoꝝ & verbis illuſtrioribus & iocũdioribus numeris extulerunt. Id genus qa forma quadã efficitur: quę poetes dicitur: poema vocitatũ ẽ: eiuſqꝫ fictores poetę. Vates avi mentis appellatos. Varro auctor ẽ. vela viendis carminibus: id eſt flectendis: hoc eſt modulandis: & proinde poetę latine vates: olim ſcripta eoꝝ vaticinia dicebãtur. ꝙ vi quadã & quaſi veſania in ſcribendo cõmouerentur: vel ꝙ modis verba cõnecterentur: viere eñ antiquis ꝓ vincire ponentibus: etiã ꝑ furorem diuini eodem erant nomine: quia & ipſi quoqꝫ plęraqꝫ verſibus efferebant. Lyrici poetę dicti apo tu lyrin. i. a varietate carminũ. Vñ & lyra dicta. Tragędi dicti ꝙ initio canentibus pręmiuꝫ erat hircus: quem gręci tragos vocant. Vnde & Oratiꝰ Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Iam dehinc ſequentes tragici multum honorem adepti ſunt: excellentes in argumentis fabularũ ad veritatis imaginem fictis. Comoedi appellati ſiue a loco quia circũpagos agebant: quos gręci comas vocant: ſiue a comeſſatione. Solebant enim poſt cibũ homines ad eos audiendos venire. Sed comici priuatorũ hominũ prędicãt acta: tragici vero res publicas & regum hiſtorias. Item

tragicorum argumēta ex rebus luctuoſis ſunt:comicorum ex rebus lętis. Duo ſunt autē genera comicorū .i. veteres & noui. Veteres q & ioco ridiculares extiterunt vt Plautus:actius & Terentius. Noui q & ſatyrici a quibus generaliter vicia carpuntur:vt Flaccus: Perſi⁹: Iuuenalis & alii. Hi enī vniuerſorū delicta corripiunt:nec vitabatur eis peſſimū quēq deſcribere: nec cuiuſlibet peccata moreſq reprehendere. Vnde & nudi pingūtur eo q per eos vicia ſingula denudentur. Satyrici autem dicti:ſiue q pleni ſint omni facūdia ſiue a ſaturitate & copia. De pluribus enim ſimul rebus loquuntur:ſeu ab illa lance quę diuerſis frugum vel pomorū generib⁹ ad templa gentiliū ſolebat deferri: aut a ſatyris nomen tractum:qui multa habēt ea quę per vinolentiā dicuntur. Quidā autem poetę theologi dicti ſunt:quoniā de diis carmina faciebant. Officiū autē poetę in eo eſt vt ea quę vere geſta ſunt:in alias ſpecies obliquis figurationibus cū decore aliquo conuerſa tranſducant. Vnde & Lucanus ideo in numero poetarum non ponitur:quia videt hiſtorias compoſuiſſe non poema. Apud poetas autem tres characteres eſſe dicedi:vnū in quo tantū poeta loqtur:vt eſt in libris Virgilii georgicorum. Aliū dramaticum in quo nuſq poeta loquitur: vt eſt in comoediis & tragediis. Tertiū mixtū:vt eſt in ęneide. Nam poeta illic & introductę perſonę loquuntur.

De ſibyllis. Cap. VIII.

Sibyllę generaliter dicuntur oēs fœminę vates lingua græca. Nam ſyos eolico ſermone deus:beleu greci mentē nūcupant quaſi dei mentē. Proinde igitur quia diuinā voluntatem hoibus interptari ſolebant:ſibyllę nominatę ſunt. Sicut enim omnis vir pphetans vel vates dicitur vel ppheta:ita omnis fœmina prophetans ſibylla vocatur. Quod nomē ex officio nō ex proprietate vocabuli eſt. Decem autē ſyllabę a doctiſſimis auctoribus fuiſſe traduntur. Quarū prima de perſis fuit. Secūda libyca. Tertia delphica:in tēplo delphi apollinis genita: quæ ante troiana bella vaticinata eſt:cuius plurimos verſus operi ſuo homerus inſeruit. Quarta cimmeria in italia. Quinta erythrea nomine eriphyla:i babilone orta: q græcis iliū petentibus vaticinata eſt:perituram eſſe troiam & Homerum mendacia ſcripturū. Dicta autem erythrea:quia in eadem inſula eius inuenta ſunt carmina. Sexta ſamia quę phemonoe dicta eſt a ſamo inſula:vnde fuit cognominata. Septima cumana nomine amalthea quę nouē libros attulit Tarquinio priſco in quibus erāt decreta romana cōſcripta. Ipſa eſt & cymea: de qua Virgilius: Vltima cymęi venit iam carminis ętas. Dicta autem cumana a ciuitate cumas:quę eſt in campania: cui⁹ ſepulchrum in ſicilia adhuc manet. Octaua helleſpontia in agro troiano nata quę ſcribitur Solonis & Cyri fuiſſe tēporibus. Nona phrygia quę vaticinata eſt ancyre. Decima tyburtina nomine albunea. Quarū omnium carmina efferuntur:in quibus de deo & de xpo et de gentib⁹ multa ſcripſiſſe manifeſtiſſime cōprobātur. Celebrior aūt inter cęteras ac nobilior erythrea perhibetur.

De magis. Cap. IX.

Magorū primus zoroaſtes rex bactrianoru; quē Nin⁹ rex aſſyriorū plio īterfecit de quo Ariſtoteles ſcribit q vicies centū milia verſuū ab ipſo cōdita indiciis voluminū ei⁹ declarentur. Hanc artē multa poſt ſæcula. Democrit⁹ ampliauit quando & hyppocrates medicinę diſciplina effloruit. Apud aſſyrios autē magicę artes copioſę ſunt: teſtante Lucano. Quis noſcere fibra facta queat: quis pdat aues quis fulgura cęli ſeruet: & aſſyria ſcrutetur ſidera cura. Itaq hęc vanitas magicarū artiū: ex traditione angelorū malorū in toto terrarū orbe plurimis ſeculis valuit:et per quandam ſcientiam futurorū & infernorū & inuocationes eorum inuenta ſunt aruſpicia:augurationes:& ipſa quę dicuntur oracula & necromantia. Nec mirum de magorum preſtigiis:quorum intātum pdiere maleficiorum artes:vt etiā moyſi ſimillimis ſignis reſiſterent vertentes virgas in dracones: aquas in ſanguinem. Fertur & quędam maga famoſiſſima Circe quę ſocios Vlixis mutauit in beſtias. Legitur & de ſacrificio quod Archades deo ſuo lyceo imolabat:ex quo qcūq ſumerent:in beſtiarū formas conuertebantur. Hic apparet non eſſe in totum dubiū quod nobilis ille poeta ſcripſit de quadā fæmina:quę magicis artibus excellebat. Hęc inquit ſe carminibus promittit ſoluere mentes. Quas velit aſt aliis duras immittere curas. Siſtere aquā fluuiis & vertere ſidera retro. Nocturnoſq ciet manes:mugire videbis ſub pedibus terram: & deſcendere mōtibus hornos. Quid plura? Si credere fas eſt de phitoniſſa vt prophetę Samuelis animā de inferni abditis euocaret: & viuorum preſentaret conſpectibus. ſi tamē animā prophetæ fuiſſe credamus & nō aliquam fantaſmaticā illuſionē ſathanę fallacia factā. Prudentius quoq de mercurio ſic ait. Traditur hic extinctas ſumpto moderamine virgę. In lucē reuocaſſe animas. Aſt alios damnaſſe neci. Et poſt paululū adiecit. Murmure nam magico tenues excire figuras. Atq ſepulchrales ſcire īcantare fauillas. Vita itidē ſpoliare alios ars noxia nouit Magi ſunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi & elementa cōcutiunt:turbant mentes hominum:ac ſine vllo veneni hauſtu violentia tantum carminis interimunt. vnde & Lucan⁹. Mēs hauſti nulla ſanie polluta veneni incantata perit. Demonib⁹ enim accitis audent ventilare: vt quiſq ſuos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam ſanguine vtuntur & victimis: & ſæpe contingunt corpora mortuorū. Necromantii ſunt: quorum percantationibus videntur reſuſcitati mortui. diuinare & ad interrogata reſpondere Necro enī grece mortuus: mantia diuinatio nuncupatur: ad quos ſuſcitandos cadaueri ſanguis adiicit. Na; amare demones ſanguinē dicūt. Ideoq quotiēs necromātia fit: cruor aqua miſcetur colore ſanguinis facilius puocent. Hydromātii ab aqua dicti. Eſt enī hydromantia in aquę inſpectione vmbras demonum euocare: et

imagines vel ludificatiões eorũ videre: ibiq; aliq̃ ab eis audire: vbi adhibito ſanguine etiã inferos ꝓhibent̃ ſuſcitari. Quod gen⁹ diuinatiõis a perſis dicit̃ alatũ. Varro dicit diuinatiõis quattuor eſſe genera: terrã: aquam: aerẽ & ignẽ. Hinc geomantiã: hydromantiã: aeromantiam: piromantiã dictam cõſtat: diuini dicti: quaſi deo pleni. Diuinitate eni ſe plenos ſimulãt & aſtutia quadã fraudulẽtia hoibus futura cõiectant. Duo ſunt autẽ genera diuinatiõis: ars & furor. Incãtãtores dicti ſunt qui artem verbis peragũt. Arioli vocati ꝓpter ꝙ circa aras idoloꝝ nefarias preces emittũt & funeſta ſacrificia offerũt: hiſq; celebritatibus demonũ reſpõſa accipiũt Aruſpices nũcupati quaſi horaꝝ inſpectores Dies enim & horas i agẽdis negociis opibuſq; cuſtodiũt: & q̃d per ſingula tẽpora obſeruare debeat homo itẽdũt. Hi etiã exta pecudũ inſpiciũt & ex eis futura ꝑdicũt. Augures vero ſunt qui volatus auium & voces intẽdũt aliaq; ſigna rerũ vel obſeruatiões iprouiſas hoib⁹ occurrentes Idẽ & auſpices. Nã auſpicia ſũt q̃ iter fãciẽtes obſeruãt Dicta ſũt aũt auſpicia quaſi aiũ auſpicia: & auguria q̃ſi auium garria: hoc eſt auiũ voces & linguas. Item augurium quaſi auigerium quod aues gerunt. Duo ſunt autem genera auſpiciorum: vnum ad oculos: alterum ad aures pertinẽs. Ad oculos. ſ. volat⁹: ad aures vox auiũ. Phytones: a pythio apolline dicti: ꝙ is auctor fuerit diuinãdi. Aſtrologi dicti eo ꝙ i aſtris augurãtur. Genediaci appellati propter natalium cõſiderationem dierũ Geneſes enim hoim per duodecim cęli ſigna deſcribunt: ſiderumq; curſu naſcẽtium mores actus & euentus prędicare conãtur. i. quis quali ſigno fuerit natus: aut quem effectum habeat vitę qui naſcitur. Hi ſũt qui vulgo mathematici vocantur: cuius ſuperſtitionis genus conſtellationes latini vocant: idem notatiões ſiderũ: quomodo ſe habeat cũ quiſq; naſcitur. Primũ autẽ idem ſtellarũ interpretes magi nuncupabãtur: ſicut de his legitur qui in euangelio natũ xp̃m annũciauerunt: poſtea hoc noie ſoli mathematici. Cuius artis ſcientia vſq; ad euangeliũ fuit cõceſſa: vt xp̃o edito nemo exinde natiuitatẽ alicuius de cęlo interpretaret̃. Horoſcopi dicti: ꝙ horas natiuitatis hoim ſpeculãtur diſſimili & diuerſo fatu. Sortilegi ſũt: qui ſub noie fictę religionis per quaſdam quas ſanctorũ ſortes vocant. diuinationis ſciẽtiam profitent̃: aut quarũcũq; ſcripturaꝝ inſpectione futura promittũt. Saliſatores vocati ſunt: quia dum eis membrorum quecunq; partes ſalierint: aliquid ſibi exinde proſpeꝝ ſeu triſte ſignificare prędicũt. Ad hęc autem omnia pertinent & ligaturę execrabilium remediorum quę ars medicoꝝ condẽnat: ſiue in pręcãtationibus ſiue in caracteribus vel in quibuſcunq; rebus ſuſpendẽdis atq; ligãdis. In quibus omnibus ars demonum eſt ex quadam peſtifera ſocietate hominũ & ãgelorum maloꝝ exorta. Vnde cuncta vitanda ſunt a xp̃iano & omni penitus execratione repudianda atq; damnanda. Auguria autem auium: phryges primi inuenerunt. Preſtigium vero mercurius primus dicitur inueniſſe. Dictum aũt pręſtigium ꝙ pręſtingat aciem oculorum. Aruſpicinę artem primus etruſcis tradidiſſe dicitur quidam ſages: hic ex horis aruſpicinam dictauit: & poſtea nõ apparuit. Nam dicit̃ fabuloſe arante quodaꝫ ruſtico ſubito hũc ex glebis exiluiſſe & aruſpicinã dictaſſe qua die & mortu⁹ eſt. Quos libros romani ex etruſca lingua in propriam mutauerunt.

De paganis. Cap. X.

Pagani ex pagis athenienſiũ dicti vbi exorti ſunt. Ibi ei i locis agreſtib⁹ & pagis gẽtiles lucos idolaq; ſtatuerũt: & tali initio vocabulũ pagani ſortiti ſũt. Gẽtiles ſunt q̃ ſine lege ſunt. & nondũ crediderunt. Dicti autẽ gẽtiles q̃a ita ſunt vt fuerunt geniti. i. ſicut in carne deſcenderunt ſub peccato. ideſt idolis ſeruientes & necdum regenerati. Proinde gentiles primitus nũcupantur. Ipſi dicũtur gręce ethnici. Ethnici enim ex gręco in latinũ interpretantur gentiles. Ethnos enim gręce gẽs dicit̃. Poſt fidem autem nõ debere vocari gentes ſiue gentiles eos qui ex gentibus credunt: ſicut poſt fidem dici iam nõ poteſt iudeus: teſtante paulo apoſtolo: & dicente iam chriſtianis. Quoniam cum gentes eſſetis: hoc eſt ifideles. Apoſtatę dicuntur qui poſt baptiſmum xp̃i ſuſceptum ad idolorum cultum et ſacrificiorum cõtaminationes reuertuntur. Eſt autem nomen gręcum.

De diis gentium. Cap. XI.

Quos aũt pagani deos aſſerũt: hoies olim fuiſſe ꝓdũtur: et ꝓ vniuſcuiuſq; vita vel meritis coli apud ſuos poſt mortẽ cœperunt: vt apud ęgyptũ iſis: apđ cretã iouis: apud mauros iuba: apud latinos faunus: apud romanos quirin⁹. Eodem quoq; modo apud athenas minerua: apud ſamum. Iuno: apud paphũ venus: apud lemnos vulcanus: apud naxos liber. apud delos apollo. In quorũ etiã laudibus acceſſerũt et poetę: et cõpoſitis carminibus i cęlum eos ſuſtulerunt. Nam quorũdam adiuẽtiões artiũ cultũ pepeniſſe dicuntur: vt eſculapio medicina: vulcano fabrica. Ab actibus autẽ vocant̃: vt mercuri⁹ ꝙ mercibus pręeſt: liber a libertate. Fuerũt etiã et quidam viri fortes aut vrbiũ conditores: quibus mortuis hoies qui eos dilexerũt: ſimulacra finxerũt: vt haberent aliquod ex imaginũ contẽplatione ſolatium: ſed paulatim hũc errorem perſuadentibus demonibus ita in poſteris cõſtat irrepſiſſe: vt quos illi ꝓ ſola nominis memoria honorauerũt: ſucceſſores deos exiſtimarent atq; colerẽt Simulacroruꝫ vſus exortus eſt: cum ex deſiderio mortuoꝝ cõſtituerent̃ imagines vel effigies tanq̃ i cęlũ receptis: pro q̃bus ſe in terris demones colẽdi ſuppoſuerunt. et ſibi ſacrificari a deceptis et perditis perſuaſerũt Simulacra autem a ſimilitudine nũcupata eo ꝙ manu artificis ex lapide alia ve materia eorum vultus imitantur. in quorum honore finguntur. Ergo ſimulacra vel pro eo ꝙ ſunt ſimilia: vel pro eo ꝙ ſimulata atq; cõficta: vnde et falſa ſũt. Et notandũ ꝙ latinus ſermo ſit & nõ hebreus. Apđ eos. n. idolũ ſiue ſimulacrũ ſemel dr̃

Iudei dicunt ꝙ iſmahel primus ſimulacrū luto fecerit
Gētiles autē primū prometheū ſimulacra hoīm de lu=
to finxiſſe perhibēt: ab eoq̨ natā eſſe artē ſimulacra &
ſtatuas fingēdi Vnde & poetę ab eo hoies primum fa=
ctos eſſe cōfingunt figurate: ꝓpter effigies. Apud gręcos
aūt cecrops: ſub quo primū in arce oliua orta eſt:
& athenienſiū vrbs ex mineruę appellatione nomē ſor
tita eſt. Hic primus oim iouē appellauit: ſimulacra rep=
perit: aras ſtatuit: victimas immolauit: nequaq̄ iſtiuſmo
di rebus gręcia vnq̄ viſis. Idolatria idolorū ſeruit⁹ ſi=
ue cultura interp̄taẽ. Nā latria gręce: latine ſeruit⁹ diciẽ
quę quantū ad verā religionē attinet: nō niſi vni & ſoli
deo debeẽ. Hāc ſicut ipia ſuꝑbia ſiue hoim ſiue demo
num ſibi exhiberi vel iubet vel cupit: ita pia humilitas
vel hoīm vl̄ angeloꝝ ſanctoꝝ ſibi oblatā recuſat & cui
debeẽ oſtēdit. Idolū autē eſt ſimulacrum: qđ hūana effi
gie factū & cōſecratū eſt iuxta vocabuli interp̄tationē.
Idos ei gręce formā ſonat & ab eo p diminutionē ido
lū deductū: ęque apđ nos formulā facit Igiẽ ois forma
vl̄ formula idolū ſe dici expoſcit. Inde idolatria ois cir
ca oēm idolū famulat⁹ & ſeruitus. Quidam vero latini
ignorātes gręce imperite dicūt idolū ex dolo ſūpſiſſe
nomē: quo diabolus creaturę cultū diuini nois iuexit.
Demones a gręcis dictos aiūt: quaſi δαιμονας. i. pe
ritos ac rerū preſcios. Preſciūt eni futura multa. Vnde
& ſolēt reſpōſa aliqua dare. Ineſt eni illis cognitio rerū
plus q̄ infirmitati hūanę partim ſubtilioris ſenſus acu
mine: partim experiētia lōgiſſime vitę: partim per dei
iuſſum angelica reuelatione Hi corpoꝝ aereorū natura
vigēt. Ante trāſgreſſionē quidē cęleſtia corpa gerebāt
lapſi vero in aereā qualitatē cōuerſi ſunt: nec aeris illius
puriora ſpacia: ſed iſta caliginoſa tenere pmiſſi ſunt: q
eis quaſi carcer eſt: vſq̨ ad tēpus iudicii. Hi ſunt p̄uari
catores angeli: quoꝝ diabolus pṙiceps eſt. Diabol⁹ he=
braice diciẽ deorſū fluens: qa quietus in cęli culmine ſta
re cōtēpſit: ſꝫ ſuꝑbię pōdere deorſum corruēs cecidit.
Græce vero diabolus criminator vocaẽ: vel ꝙ crimina
in quę ipſe illicit ad deū referat: vl̄ qa electoꝝ innocen
tiā criminibus fictis accuſet. Vnde & in apocalypſi vo
ce āgelica diciẽ. Proiectus eſt accuſator fratrū noſtroꝝ
qui accuſabat illos ī cōſpectu dei noſtri die ac nocte. Sa
thanas in latinū ſonat aduerſari⁹ ſiue trāſgreſſor. Ipſe
eſt eni aduerſarius q eſt veritatis īimicus: & ſemꝑ ſctō
rū virtutib⁹ cōtraire nitiẽ. Ipſe & trāſgreſſor qa p̄uarica
tor effect⁹: i veritate q̄ cōdit⁹ ē nō ſtetit. Idē & tētator: qa
tentandā iuſtoꝝ innocentiā poſtulat: ſicut in iob ſcribi
tur. Antichriſt⁹ appellaẽ: qa contra xp̄m vēturus eſt: nō
quomodo quidam ſimplices intelligunt: antichriſtuꝫ
ideo dictū ꝙ ante xp̄m vēturus ſit. i. poſt eū veniat xp̄s
Non ſic: ſed antichriſtus gręce diciẽ quod eſt latine cō
trari⁹ xp̄o. Anti eni gręce: ī latinū cōtra ſignificat. Chri
ſtū eni ſe mentieẽ dū venerit: & cōtra eū dimicabit: & ad
uerſabiẽ ſacramētis xp̄i vt veritatis eius euāgeliū ſoluat
Nam & templū hieroſolymis reparare & oēs veteris le
gis cerimonias reſtaurare tētabit. Sed & ille antixp̄s eſt

qui negat eſſe dn̄m xp̄m. Cōtrarius enim xp̄o eſt. Oēs
enim qui exeūt de eccleſia: & ab vnitate fidei pręcidūẽ
& ipſi anti xp̄i ſunt. Bel idolū babylonium eſt: quod in
terpretaẽ vetus. Fuit eni hic belus pater nini prim⁹ rex
aſſyriorū quē quidā ſaturnū appellant: quod nomē &
apud aſſirios & apud afros poſtea cultum eſt. Vnde et
lingua punica bal deus diciẽ. Apud aſſyrios autē bel vo
catur quadā ſacrorū ſuorum ratione: et ſaturnus et ſol.
Beelphegor interpretaẽ ſimulacrū ignominie Idolum
enim fuit moab cognomēto baal ſuꝑ montē phogor:
quē latini priapū vocāt deū hortorū. Fuit aūt de lāpſa=
co ciuitate helleſpōti: de qua pulſus eſt: et propter viri=
lis mēbri magnitudinē in numerum deoꝝ ſuorū eum
gręci tranſtulerunt et in noie ſacrauerūt hortoꝝ. Vnde
et dicitur pręeſſe hortis propter eoꝝ fecunditatē. Beel
ʒebub idolū fuit accaron. quod interpretaẽ vir muſca=
rum. Zebub enim muſca vocatur. Spurciſſimū igitur
idolum: ideo vir muſcaꝝ vocaẽ: ꝓpter ſordes idolatrię
ſiue ꝓpter imundiciā. Belial ſine iugo. Belial hebraicę
bel diciẽ idolū niniuitaꝝ. Behemoth ex hebrea voce ī
latinā linguā aial ſonat: ꝓpter ꝙ de excelſis ad terrena
cecidit: et ꝓ merito ſuo vt aial brutū effectus ſit. Ipſe ē
et leuiathan. i. ſerpens de aquis: qa in huius ſęculi mari
volubili verſatur aſtutia. Leuiathan autem interp̄taẽ ad=
ditamentum eorū quorū. ſ. niſi hoim quibus in paradi
ſo ſemel per culpam p̄uaricatiōis intulit mortē et hanc
vſq̨ ad ęternā mortē quotide pſuadēdo adiicit vl̄ ex
tendit. Quędā aūt noia deoꝝ ſuoꝝ gentiles per vanas
fabulas ad ratiōes phyſicas conantur traducere. eaq̨ in
cauſis elemētoꝝ cōpoſita eſſe interp̄tanẽ. ſed hoc a poe
tis totū fictū eſt: vt deos ſuos ornarēt aliquibus figuris
quos perditos ac dedecoris īfamia plenos fuiſſe hiſto
rię cōfitenẽ. Omnino eni fingendi locus vacat vbi veri=
tas ceſſat. Saturn⁹ origo deoꝝ et toti⁹ poſteritatis a pa
ganis deſignaẽ. Hūc latini a ſatu appellatū ferūt: quaſi
ad ipſum ſatio oim pertineat rerum: vel a tēporis lon=
gitudie ꝙ ſatureẽ annis. Vnde & eum gręci cronos no
men habere dicunt. i. tempus: ꝙ filios ſuos ferẽ deuo=
raſſe: hoc eſt: annos quos tēpus produxerit in ſe reuol=
uit: vl̄ eo ꝙ ſemina vnde oriunẽ iterū redeūt. Hūc cęli
patris abſcidiſſe genitalia dicūt: quia nihil in cęlo de ſe
minibus naſciẽ. Falcē tenet inquiūt: ꝓpter agriculturā
ſignificandā vel ꝓpter tēpora et annos ꝙ in ſe redeant
vel propter ſapientiā ꝙ intus acuta ſit. In aliquibus au
tem ciuitatibus ſaturno liberos ſuos gentiles immola
bant: ꝙ ſaturnū poetę liberos ſuos deuoraſſe ſolitū tra
diderunt. Iouis fertur a iuuādo dictus: et iuppiter qua=
ſi iuuans pater: hoc eſt oibus pręſtans. Hūc et priuato
titulo iouem optimū dixerunt: dum fuiſſet inceſtor in
ſuis: impudicus in extraneis: quē modo tantū fingunt
ꝓpter europe raptū: fuit eni in naui cuius inſigne erat
taurus: modo danaes ꝑ imbrē aureū appetiſſe cōcubi=
tum: vbi itelligiẽ pudicitiā mulieris ab auro fuiſſe cor
ruptā: mō in ſimilitudinē aqlę fuiſſe: ꝓpter ꝙ puerū
ad ſtuprū rapuerit: mō ſerpētē: qa reptauerit: et cygnū

quia cãtauerit. Et ideo nõ figurę iſtę ſunt: ſed plane de
veritate ſcelera Vnde turpe erat tales deos credi: quales
homines eſſe non debeant. Ianum dicunt quaſi mundi
vel cęli vel menſiũ ianuam. Duas iani facies faciũt: pro
pter orientẽ & occidentẽ. Cũ vero faciũt eũ quadrifrõ
tem & ianũ geminũ appellant: ad quattuor mũdi par=
tes hoc referũt vel ad quattuor elemẽta ſiue tempora.
Sed dum hoc fingũt: monſtrũ: nõ deũ faciunt. Neptu=
nũ aquas mũdi prędicãt: & dictus ab eis neptun⁹ quaſi
nube tonãs Vulcanũ volũt ignẽ: & dictus vulcanus: q̄ſi
volans candor: vel quaſi volicanus: ꝙ per aerem volet.
Ignis enim de nubibus naſcitur: vnde etiã Homerus di
cit eũ pręcipitatũ de aere in terras ꝙ omne fulmẽ de ae
re cadit. Iccirco autẽ vulcan⁹ de femore iunonis fingiť
natus ꝙ fulmina de imo aere naſcunť. Claudus autẽ di=
citur vulcanus: qa per naturã nunq̄ eſt rectus ignis: ſed
quaſi claudus: eiuſmodi ſpeciẽ motũq; habet Ideo aũt
in fabrorũ fornace eũdẽ vulcanum auctorem dicũt: qa
ſine igne nullũ metalli genus fundi extendiq; põt Plu
ton gręce latine dieſpiter vel dis pater: quẽ alii orcũ vo
cant quaſi receptorẽ mortium. Vnde & orca nũcupatur
vas quod recipit aquas. Ipſe & gręce charõ. Liberum a
liberamento appellatũ volunt. ꝙ quaſi mares in coeũ=
do per eius beneficiũ emiſſis ſeminibus liberenť ꝙ idẽ
liber muliebri & delicato corpore pingiť Dicunt enim
mulieres ei attributas: & vinũ propter excitandã libidi
nẽ. Vnde & frons ei⁹ pãpino cingiť: ſed ideo coronam
vitteã & cornu habet: qa cũ grate & moderate vinũ bi=
bitur: leticiã preſtat: cũ vltra modũ: excitat lites. i. quaſi
cornua dat. Idem aũt & lieus apo tu lyin. i. ab hac diſſo
lutione: ꝙ multo vino mẽbra ſoluanť Iſte & gręce dio
nyſius: a mõte indię nyſo: vbi diciť eſſe nutritus. Cęte
rum eſt & nyſa ciuitas in qua coliť idẽ liber: vnde et ny
ſeus dictus eſt. Mercurius ſermo interpretať. Nam iõ
mercurius quaſi medius currens diciť appellat⁹: ꝙ ſer
mo currat inter hoies medius Ideo & hermes gręce ꝙ
ſermo vł iterpřtatio: quę ad ſermonẽ vtiq; pertinet her
menia diciť. Ideo & mercibus pręeſſe: qa intervenden
tes & emẽtes ſermo fit medi⁹. Qui ideo fingiť habere
pennas: quia citius verba diſcurrũt: vnde & velox & er
rans induciť. Alas eius in capite & in pedib⁹: ſignifica
re volucrẽ fieri per aera ſermonẽ Nunciũ dictũ: qm̃ per
ſermonẽ oia cogitata enũcianť. Ideo aũt hũc furti ma
giſtrũ dicũt: qa ſermo aios audientiũ fallit. Virgã tenet
qua ſerpẽtes diuidit. i. venena. Nam ballãtes ac diſſidẽ
tes interpretũ oratiõe ſedanť: vnde & ſcđm Liuiũ: lega
ti pacis caduceatores dicunť. Sicut ei per feriales bella
indicebanť: ita pax per caduceatores fiebat. Hermes au
tem gręce diciť apo tes hermenias: latine interpres qui
ob virtutẽ multarũq; artiũ ſcientiam trimegeſtus. i. ter
maximus noiatus eſt. Cur aũt eũ capite canino fingũt:
hęc ratio diciť: ꝙ iter oia aialia canis ſagaciſſimũ gen⁹
& perſpicax habeať. Martẽ deũ belli eſſe dicũt & martẽ
appellatũ: quia per viros pugnať: vt ſit mars quaſi mas
licet et tria ſint genera cõſuetudinũ ſicut ſcythaꝗ: vbi
& fœminę & viri i pugnã eunt. Amazonũ: vbi ſolę fœ
minę. Romanorũ aliarũq; gentiũ: vbi ſoli mares. Item
martem dicunt: quaſi effectorẽ mortium. Nam a marte
mors nuncupať. Vnde & adulterum dicunt: quia belli=
gerãtibus incertus eſt ꝙ vero nudo pectore ſtat: vt bel
lo ſe quiſq; ſine formidine cordis obiiciat. Mars autẽ
apud gręcos gradiuus dicitur: eo ꝙ in bello gradũ iſe
rant qui pugnant: aut ꝙ impigre gradiãtur. Apollinẽ
q̄uis diuinatorem et medicum vellent: ipſum tamẽ ſo
lem etiam dixerũt: quaſi ſolum. Ipſum titan quaſi vnũ
ex titanis qui aduerſum iouẽ non fecit. Ipſum phœbũ
quaſi ephebum: hoc eſt adoleſcẽtem. Vnde & ſol puer
pingitur: eo ꝙ quotidie oriatur et noua luce naſcatur.
Pythium quoq; eundem apollinẽ vocari aiũt: a pytho=
ne imenſę molis ſerpente cui⁹ non magis venena q̄ ma
gnitudo terrebat. Hunc apollo ſagittarum ictibus ſter
nens: nominis quoq; ſpolia reportauit. vt pythius vo=
caretur. Vnde et ob hoc inſigne victorię pythia ſacra ce
lebranda conſtituit. Dianam quoq; ſororem eius ſimi
liter lunam et viarũ pręſidẽ aiunt. Vnde & virginem eã
volunt: ꝙ via nihil pariat: et ideo ambo ſagittas habe=
re finguntur: ꝙ ipſa duo ſidera de cęlo radios vſq; ad
terras emittũt. Dianã aũt vocatã: quaſi duanã: ꝙ luna
die ac nocte appareat. Ipſam et lucinam aſſeuerant: eo
ꝙ luceat. Eandem et triuiam eo ꝙ tribus fingatur figu
ris. De qua Virgilius: tria virginis ora dianę: quia eadẽ
luna. eadem diana et eadem proſerpina vocatur. Sed cũ
luna fingitur: ſub luſtri ſplendet amictu: cum ſuccin=
cta iacit calamos latonia virgo eſt: cum ſubnixa ſedet
ſolio plutonia coniunx. Latonia autem diana: eo ꝙ la=
tonis fuerit filia. Cererem. i. terram a creandis frugib⁹
aſſerunt dictam: appellantes eam noibus plurimis. Di=
cunt etiam eam et opem: ꝙ opere melior fiat terra Pro
ſerpinam: ꝙ ex ea proſerpant fruges. Veſtam ꝙ herbis
vel variis veſtita ſit rebus: vel a vi ſua ſtãdo. Eandem &
tellurem: et matrem magnam fingũt: turritã cum tym=
pano et gallo et ſtrepitu cymbalorum. Matrem vocatã
ꝙ plurima pariat: magnam ꝙ cibũ gignat: almam qa
vniuerſa animalia fructibus ſuis alit. Eſt enim alimẽto
rum nutrix terra. ꝙ ſimulacrum ei⁹ cum claui fingitur
quia tellus hyeme clauditur: vere aperitur: vt fruges na
ſcantur: ꝙ tympanum habet ſignificare volunt orbem
terrę ꝙ curru vehitur: dicitur: quia ipſa eſt terra quę pẽ
det i aere. ꝙ ſuſtinetur rotis: quia mũdus rotatur et vo=
lubilis eſt. ꝙ leones illi ſubiiciunt manſuetos: vt oſten=
dant nullum genus eſſe terrę tam ferum quod nõ ſubi
gi poſſit aut ſuperari ab ea. ꝙ in capite turritam geſtat
coronam oſtendit ſuperpoſitas terrę ciuitates quaſi in
ſignitas turribus cõſtare. ꝙ ſedes finguntur circa eam
quia cum omnia moueantur ipſam non moueri. ꝙ co
ribantes eius miniſtri cum ſtrictis gladiis eſſe finguť
vt ſignificeť oẽs ꝓ terra ſua debere pugnare. ꝙ gallos
huic deę vt ſeruirẽt fecerũt: ſignificant q ſemie idigeãt
terrã ſeq oportere. In ea quippe oia reperire: ꝙ ſe apđ
eã iactãt: pręcipiť inquiũt: vt qui terrã colũt: ne ſedeãt

ſemper enim eſſe quod agant. Cymbalorũ aũt ęreorũ
ſonitus ferramentorũ crepitus in colẽdis agris: & ideo
ęre: ꝙ terrã antiqui colebãt ęre prius q̃ ferrũ eſſet inuẽ=
tum. Eandẽ veſtam & ignẽ eſſe phibẽt: quia terrã ignẽ
habere nõ dubiũ eſt: vt ex ętna vulcanoq; datur intelli=
gi. Et ideo virginẽ putãt: qa ignis inuiolabile ſit elemẽ=
tũ. nihilq; naſci poſſit ex eo quippe q̃ oĩa quę arripue=
rit aſſumat. Ouidius in faſtis. Nec tu aliud veſtã: q̃ viuã
intellige flammã. Nataq; de flãma corpora nulla vides
Propterea & virgines ei ſeruire dicũt: eo ꝙ ſicut ex vir=
gine: ita nihil ex igne naſcaẽ. Iunonẽ dicunt quaſi iano=
nẽ. i. ianuã: pro purgatiõib9 fœminaꝝ: eo ꝙ quaſi por=
tas matronarũ pãdat: & naturas nubentiũ maritis: ſed
hoc phi. Poetę autẽ iunonẽ iouis aſſerunt ſororẽ & cõ=
iugem Ignẽ eni & aerẽ iouẽ: aquã & terrã iunonẽ inter=
precãtur. Quoꝝ duoꝝ permixtiõe vniuerſa gignunẽ.
Et ſororẽ dicũt: ꝙ mũdi pars eſt. Cõiugẽ: ꝙ comixta
corda tundit. Vnde & virgilius. Tũ pater oipotens fœ=
cũdis imbribus ęther. Coiugis i gremiũ lęte deſcẽdit
Minerua apud gręcos athena dicit. i. fœmina. Apud la=
tinos autẽ mineruã vocatã quaſi deam: & munus artiũ
variarũ. Hanc enim inuẽtricẽ multoꝝ ingenioꝝ phi=
bent: & inde eã artẽ & rationẽ interpretanẽ: quia ſine ra=
tione nihil poteſt contineri. Quę ratio quia ex ſolo aio
naſcitur: animũq; putãt eſſe in capite & ĩ cerebro ideo
eam dicũt de capite iouis eſſe natã: quia ſenſus ſapiẽtia
qui inuenit oĩa in capite eſt. In cuius pectore ideo caput
gorgonis fingiẽ: ꝙ illic eſt oĩs prudẽtia quę cõfundit
alios: & imperitos ac ſaxeos cõprobat: qd & in antiqs
imperatorũ ſtatuis cernimus in medio pectore loricæ
ppter inſinuandã ſapientiã & virtutẽ. Hęc minerua &
tritonia diciẽ. Triton eni africę palus eſt circa quã ferẽ
virginali apparuiſſe ętate: ppter quod tritania nuncu=
pata eſt. Vnde & tãto pcliuius dea credita eſt: quãto mi=
nus origo eius intonuit. Pallas autẽ dicta vel ab inſula
pallene in thracia in qua nutrita eſt: vel apo tu pallein=
to dory. i. ab haſtę concuſſione vel ꝙ pallantẽ gigantẽ
occiderit. Venerẽ exinde dicũt nũcupatã ꝙ ſine vi fœ=
mina eſſe virgo nõ deſinat Hanc gręci aphroditi vocãt:
ppter ſpumã ſanguinis generãtem. Aphros eni græce
ſpuma vocaẽ. ꝙ aũt fingut ſaturnũ celio patri genitalia
abſcidiſſe: & ſanguinem fluxiſſe in mari: atq; eo ſpu=
ma maris cõcreta venus nata eſt: illud aũt. ꝙ per coitũ
falſi hũoris ſubſtãtia eſt: & inde aphroditi venerẽ dici:
ꝙ coitus ſpuma eſt ſanguinis: quę ex ſucco viſceꝝ liq=
do falſoq; cõſtat. Ideo aũt venerẽ vulcani dicũt vxorẽ:
quia venereũ officiũ nõ niſi calore cõſiſtit: vnde eſt. Fri=
gidus in venerẽ ſenior. Nam ꝙ ſaturn9 diciẽ celio patri
virilia amputaſſe quę in mare cadẽtia venerẽ creauerũt
ideo fingiẽ: qa niſi humor de cęlo in terrã deſcẽderit:
nihil creaẽ. Cupidinẽ vocatũ ferũt ppter amorẽ. Eſt eni
demon fornicatiõis. Qui ideo alatus pingitur: quia ni=
hil amãtibus leuius: nihil mutabili9 inueniẽ. Puer pin=
gitur: quia ſtultus eſt & irrationabilis amor. Sagittã &
facẽ tenere fingiẽ: ſagittã qa amor cor vulnerat: facẽ qa
inflãmat. Pan dicũt gręci: latini ſiluanũ deũ ruſticorũ
quã in nature ſimilitudinem formauerũt. Vnde & pan
dictus eſt. i. omne Fingũt enim eũ ex vniuerſali elemẽto=
rũ ſpecie. Habet enim cornua in ſimilitudinẽ radioꝝ
ſolis & lunę. Diſtinctã maculis habet pellẽ: ppter cæli
ſidera. Rubet eius facies ad ſimilitudinẽ ętheris. Fiſtu=
lam ſeptẽ calamorũ geſtat: ppter harmoniã cęli in qua
ſeptẽ ſunt ſoni et ſeptẽ diſcrimina vocũ. Villoſus eſt qa
tellus cõueſtita eſt: et agitur vẽtis Pars eius inferior fœ=
da eſt: ppter arbores & feras & pecudes Caprinas vngu=
las habet: vt ſoliditatẽ terrę oſtendat: quã volũt rerũ et
totius naturę deũ: vnde et pan quaſi oĩa dicũt. Iſis lin=
gua ęgyptiorũ terra appellaẽ: quã iſim volunt eſſe. Fuit
enim iſis regina ęgyptiorũ iachi regis filia quę de gręe=
cia veniẽs ęgyptios litteras docuit: et terras colere inſti=
tuit: ppter quod & terrã eius noie appellauerunt. Sera=
pis oim maximus ęgyptioꝝ deus. Ipe eſt apis rex argi=
uorũ qui nauibus trãſuectus in ęgyptũ cum ibidẽ mor=
tuus fuiſſet: ſerapis appellatus eſt ppterea quia archa in
qua mortuus poniẽ: quã ſarcophagũ vocãt: ſoros gręe=
ce diciẽ: et ibi eũ venerari: ſepultũ cœperũt prius q̃ tem=
plum eius eſſet inſtructũ: velut ſoros. Sed apis ſorapis
primo: deinde vna littera commutata ſerapis dictus eſt
Apis fuit apud ęgyptios taurus ſerapi cõſecratus et ab
eo ita cognoiatus: quã ęgyptii inſtar numinis colebãt:
eo ꝙ de futuris daret quędam manifeſta ſigna Appare=
bat enim in mẽphis. Quẽ centũ antiſtites pſequebanẽ
et repẽte velut lyphatici pcinebãt. Huius capitis imagi=
nem ſibi i heremo videri fecerũt. Fauni a fando velut
apo tes phones dicti: ꝙ a voce nõ ſignis oſtẽdere vide=
rẽtur futura. In lucis eni cõſulebanẽ a paganis: et reſpõ=
ſa illis nõ ſignis ſed vocibus dabãt Geniũ dicũt ꝙ qua=
ſi vim habeãt oim reꝝ gignendaꝝ: ſeu a gignẽdis libe=
ris. Vnde et geniales lecti dicebanẽ a gẽtibus: qui nouo
marito ſternebanẽ. Hęc et alia ſunt gentilium fabuloſa
figmenta quę interpretata ſic habẽtur vt ea non itelle=
cta dãnabiliter tamẽ adorent. Fatum autem dicunt eſſe
quicquid dii fantur: quicqd iupiter fatur. A fando igi=
tur fatũ dicũt. i. a loquendo. Quod niſi hoc nomẽ iam
in alia re ſoleret intelligi quo corda hoim volumus in=
clinare: rationabiliter poſſemus a fando fatũ appellare.
Non enim abnuere poſſumus eſſe ſcriptũ i litteris ſan=
ctis ſemel locut9 eſt deus: duo hec audiui: et cętera Q đ
enim dictum eſt: ſemel locutus eſt: itelligitur immobi=
liter: hoc eſt incõmutabiliter eſt locutus: ſicut nouit in=
cõmutabiliter oĩa quę futura ſunt et quæ ipſe facturus
eſt. Tria autem fata fingunt i colo: et fuſo: digitiſq; fila
ex lana torquentibus: propter tria tempora: pręteritũ:
quod in fuſo iam netũ atq; inuolutũ eſt: pręſens: quod
inter digitos nentis traiicitur. futurum in lana quæ co=
lo implicata eſt: et quod adhuc per digitos nentis ad fu=
ſum tanq̃ pręſens ad pręteritũ traiiciendum eſt. Parcas
dicunt cata antiphraſin appellatas: ꝙ minime parcant
Quas tres eſſe voluerũt: vnã quę vitam hominis ordi=
atur: alterã quę contexat: terciã q̃ rũpat. Incipimus eni

cum naſcimur:ſumus cum viuimus:deſinimus cũ interimus. Fortunam a fortuitis nomẽ habere dicũt:quaſi deam quãdam res humanas variis caſibus & fortuitis illudentem. Vnde & cœcam appellant: eo ꝙ paſſim in quoſlibet incurrẽs ſine vllo examine meritorum & ad bonos & ad malos venit. Fatum autem a fortuna ſeparant:& fortunam quaſi ſit in his quę fortuitu veniunt: nulla palam cauſa. Fatum vero appoſitum ſingulis et ſtatutum aiũt. Aiunt & tres furias fœminas crinitas ſerpẽtibus propter tres effectus qui in animis hominum multas perturbationes gignunt. & interdũ cogunt ita delinquere:vt nec famę nec periculi ſui reſpectũ habere permittant. Ira quę vindictam cupit: cupiditas quæ deſiderat opes:libido q̃ appetit voluptates. Quæ ideo furię appellantur ꝙ ſtimulis ſuis mentẽ feriant.& quietam eſſe non ſinant. Nymphas deas aquarum putant: dictas a nubibus. Nam ex nubibus aquę:vnde deriuatum eſt:nymphas aquarũ deas:quaſi numina lympharum. Ipſas autẽ dicunt & muſas:quas & nymphas: nec immerito. Nam aquę motus muſicen efficit Nympharum apud gentiles varia ſunt vocabula. Nymphas qppe montium oreades dicunt. ſiluarum dryades. fontiũ hamadriades:campoꝝ naides:maris nereides. Heroas dicunt a iunone traxiſſe nomen. Gręce enim iuno hera appellat. Et ideo neſcio. quis ſilius eius ſecundũ gręcorum ſabulam heros fuit nũcupatus:hoc videlicet velut miſticũ ſignificante fabula quod aer iunoni deputetur vbi volunt heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defũctorum quaſi heroas ideſt viros aereos & cęlo dignos propter ſapiẽtiam & fortitudinem. Penates gentiles dicebãt oẽs deos quos domi colebant Et penates dicti ꝙ eſſent in penetrabilibus.i.in ſecretis. Hi dii quomodo vocabantur vel quę nomina habuerit ignoratur. Manes dicunt deos mortuorum quorum poteſtatem inter lunam et terrã aſſerunt:a quibus & mane dictum exiſtimant:ꝙ putãt habere:quia manus.i.rarus eſt. Manes dictos ſiue quia late manant per auras:ſiue quia mites ſunt. immanibus econtrario nomine hoc appellatos. Apuleius autẽ ait eos cata antiphraſin dici manes:hoc eſt mites ac modeſtos cũ ſint terribiles & imanes:vt pcas:vt eumenidas Laruas ex hominibus ſactos demones aiunt: qui meriti mali fuerint. Quarum natura eſſe dicitur:terrere paruulos & in angulis garrire tenebroſis. Lamias quas fabulę tradũt infantes corripere ac laniare ſolitas:a laniãdo ſpecialiter dictas. Piloſi qui gręce panite:latine incubi appellãtur:ſiue inui ab incundo paſſim cum animalibus. Vnde & incubi dicuntur ab incubãdo hoc eſt ſtuprando: Sępe enim improbi exiſtunt etiam mulieribꝰ & earum peragũt cõcubitum:quos demones galli duſios nuncupant:quia aſſidue hanc peragũt immundiciam. Quem aũt vulgo incubonẽ vocant: hunc romani ſaunum ficarium dicũt:ad quem Oratius dicit. Faune nympharum fugiẽtium amator per meos fines: & aprica rura lenis incedas. Hunc alii ſatyrum vocant.

¶ Incipir liber nouus.

¶ De linguis gentium Cap. I.

Linguarũ diuerſitas exorta eſt in ędificatione turris poſt diluuium. Nam prius q̃ ſuperbia turris illius in diuerſos ſignorũ ſonos humanam diuideret ſocietatem vna omnium nationum lingua fuit quę hebrea vocatur: qua patriarchę & prophętę vſi ſunt non ſolum in ſermonibus ſuis: verumetiam in litteris ſacris. Initio autem quot gentes:tot lingue fuerunt. Deinde plures gentes q̃ linguę:quia ex vna lingua multe gentes ſunt exortę. Linguę autem dictę in hoc loco proverbis quę per linguam fiunt genere locutionis illo quo is qui efficit per id quod efficitur nominatur:ſicut os dici ſolet pro verbis:ſicut manus pro litteris. Tres ſunt autem linguę ſacrę:hebrea:gręca:latina:quę toto orbe maxime excellunt. His enim tribus linguis ſuper crucem domini a pilato fuit cauſa eius ſcripta. Vnde & propter obſcuritatem ſanctarum ſcripturarum: harum trium linguarum cognitio neceſſaria eſt: vt ad alteram recurratur: dum ſi quam dubitationem nominis vel interpretationis ſermo vnius linguę attulerit. Gręca autem lingua inter cæteras gentium clarior habetur. Eſt enim et latinis & omnibus linguis ſonantior: cuius varietas in quinq; partibus diſcernitur. Quarum prima dicitur cœnedo ideſt mixta:ſiue communis:qua omnes vtuntur. Secunda attica:videlicet athenienſis: qua vſi ſunt omnes græcie auctores. Tercia dorica quam habent ęgyptii & ſyri. Quarta ionica. Quinta ęolia qua ſe ęoliti locutos dixerunt:et ſunt in obſeruatione gręcę linguæ eiuſmodi certa diſcrimina. Sermo enim eorum ita eſt diſpartitus. Latinas autem liguas quattuor eſſe quidam dixerunt. id eſt priſcam: latinam: romanã: mixtam. Priſca eſt qua vetuſtiſſimi italię ſub iano et ſaturno ſunt vſi incõdita:vt ſe habẽt carmina ſaliorum. Latina. quã ſub latino et regibꝰ tuſcię cęteri in latino ſũt locuti:ex qua fuerunt. xii. tabulę ſcriptæ. Romana quæ poſt reges exactos a populo romano cœpta eſt: quã neuius plautus:ennius:virgilius poetę: et ex oratoribus graccus:cato:et cicero:vel cęteri effuderũt Mixta quæ poſt imperium latiꝰ promotum ſimul cum moribꝰ & hominibus in romanam ciuitatem irrupit: integritatẽ verbi per ſoloeciſmos et barbariſmos corrũpẽs. Oẽs autem orientis gentes in gutture linguam et verba collidunt:ſicut hebrei et ſyri. Omnes mediterraneę gẽtes in palatũ ſermones feriũt ſicut græci & aſiani Oẽs occidentis gentes verba in dentibus frãgũt:ſicut itali et hiſpani. Syrus & caldęus:vicinus hębreo eſt in ſermone conſonans ĩ plęriſq; et litterarum ſono. Quidam autẽ arbitrantur linguam ipſam eſſe chaldeam: quia abraã de chaldeis fuit. ꝙ ſi hoc recipitur: quomodo ĩ Daniele hebrei pueri linguam quam non nouerant doceri iubẽtur? Omnem autem linguam vnuſquiſq; hoim:ſiue gręcã ſiue latinã ſiue cęterarũ gentiũ. aut audiendo poteſt tenere:aut legendo:aut ex pceptore accipere. Cum.

autem omniū linguarum ſcientia difficilis ſit cuiq̄: nẽmo tamen tam deſidioſus eſt vt in ſua gente poſitꝰ ſuę gentis linguam neſciat. Nam quid alius putandus eſt: niſi animaliū brutorum deterior? Illa enim proprię vocis clamorem exprimunt: iſte deterior qui proprię linguę caret noticia. Cuiuſmodi autem lingua locutꝰ eſt deus in principio mundi cū diceret: fiat lux: difficile ē inuenire. Nōdum enim erant linguę. Item qua lingua inſonuit poſtea exterioribus hoim auribꝰ maxime ad primum hoiem loquens vel ad prophetas: vel dū corporaliter inſonuit vox dicentis dei: tu es filius meus dilectus. vbi a quibuſdā credit̃ illa lingua vna & ſola quę fuit anteq̄ eſſet linguarū diuerſitas. In diuerſis aūt gentibus creditur ꝙ eadem lingua illis deus loquatur qua ipſi hoies vtuntur vt ab eis intelligatur. Loquitur autem deus hoibus non per ſubſtantiā inuiſibilem: ſed ꝑ creaturam corporalem per quam etiā & hoibꝰ apparere voluit quando locutus eſt. Dicit etiam apoſtolus. Si linguis hoim loquar & angelorum: vbi queritur. qua lingua angeli loquantur: nō ꝙ angelorum aliquę linguę ſint: ſed per exaggerationē dicitur. Item quęritur: qua lingua in futurū homies loquant̃: nuſq̄ reperitur Nam dicit apoſtolus. Siue linguę ceſſabunt. Ideo aūt prius de linguis ac deinde de gentibus poſuimus: quia ex līguis gentes: non ex gentibus linguę exortę ſunt.

De gentium vocabulis. Cap. II.

Gens eſt multitudo ab vno principio orta: ſiue ab alia natiōe: ſecūdū propriā collectionē diſticta: vt gręcię aſię. Hinc & gētilitas dicitur. Gēs autē appellata ꝓpter generationes familiarū. i. a gignendo: ſicut natio a naſcedo. Gētes autē a quibus diuiſa eſt terra. xv. ſūt. De iafeth. xxx. & vna. de chā. xvii. de ſem. xxi: quę fiūt. lxxiii. vł potiꝰ vt ratio declarat. lxxii. totidēq; linguę ꝑ terras eſſe cœperunt quę q; creſcendo prouincias & inſulas impleuerūt. Filii ſem quinq; ſingulariter gētes ſingulas ꝓcreauerūt. Quorum primus elam: a quo elamitę principes perſidis. Secūdus aſſur. a quo aſſyriorū pullulauit imperium. Tercius arfaxat. a quo gens caldeorum exorta eſt. Quartus lydi. a quo lydii. Quintꝰ aram. a quo ſyri. quorū metropolis fuit damaſcꝰ. Filii aram nepotes ſem. iiii. hus & vl & gether & meſa. Hus traconitidis conditor qui inter paleſtinam et celeſyriam tenuit principatum. vnde fuit iob. ſecūdū quod ſcriptum eſt. Vir erat in terra hus nomine iob. Secundus vl. a quo armenii. Terciꝰ gether: a quo carmeni ſiue carie. Quartꝰ meſa: a quo ſunt hi qui vocantur meones. Poſteritas arfaxat filii ſem heber nepos arfaxat: a quo hebrei ſunt. Iectan filius heber: a quo gens idorum orta eſt. Sale filiꝰ iectā: a quo bactriani: licet eos aliis ſcytharū exules ſuſpicentur. Iſmahel filius abraam: a quo iſmahelitę: qui nūc corrupto nomie ſaraceni quaſi a ſara: & agareni ab agar. Nabaioth filius iſmahel: a quo nabathei qui ab eufrate in mari rubro inhabitāt. Moab & āmon filii loth a quibꝰ moabitę & ammonitę. Edom filiꝰ eſau: a quo idumei. Hę ſunt gētes quę de ſem ſtirpe deſcēdūt: poſſidētes terrā meridianā: ab ortu ſolis vſq; ad fœnices. Filii cham quattuor: ex q̄bus ortę ſunt gētes hę. Chus a quo ęthiopes ꝓgeniti. Meſraim: a quo ęgyptii ꝓhibentur exorti. Futh a quo libii. Vnde & mauritanię fluuius vſq; in pręſens futh dicit̃: omniſq; circa eū regio futenſis. Chanaan a quo afri & fœnices & chananeorū decem gentes. Itē ex nepotibus cham. Filii chus nepotis cham ſex. Filii chus ſaba & euilath ſabatha rema ſaba cuca. Saba. a quo progeniti & appellati ſabęi. de quibus Virgiliꝰ. Solis eſt thurea virga ſabęis. Hi ſūt & arabes. Euilath: a quo getuli in parte remotioris africę heremo cohęrentes. Sabatha. a quo ſabateni qui nūc aſtabari nominant̃. Rema vero & ſaba & cuza paulatim antiqua vocabula perdiderūt: & quę nunc a veteribus habeant ignoratur. Filii rema ſaba & dadā. Hic autem ſaba per ſin litteram ſcribitur in hebreo. ille aūt ſuperior ſaba per ſamech: a quo appellantur ſabęi vocatur autē nunc ſaba arabia. Dadan a quo gens eſt ęthiopię in occidētali plaga. Filii meſraim. Labin a quo libii qui quōdam futhei vocabātur. Ceſloim: a quo philiſtiim quos veteres allophilos: nos modo corrupte paleſtinos appellamus. De allophilis cetere ſex gentes ignotę ſūt: q̄ bello ęthiopico ſubuerſę vſq; ad obliuionē ꝑteritorū noim peruenerūt. Filii chanaan vndecim: ex quo chananeorum decem gentes: quoꝝ terram his expulſis iudęi poſſederunt. Quorū primogenitus ſidon: a quo ſidones. vnde vrbs eorum in fęnice ſidon vocatur. Secūdus eth. a quo ethei. Tercius iebus: a quo iebuſei: quorum fuit hieruſalē. Quartus amorreus: a quo amorrei. Quintꝰ gergeſeus: a quo gergeſei. Sextꝰ eueus: a quo euei. Ipſi ſūt gabaonitę a ciuitate gabaō quii ſupplices venerūt ad ieſum. Septimus aracheus qui archas cōdidit oppidum cōtra tripolim in radicibus libani ſitum. Octauus aſeneus a quo aſenei. Nonꝰ aradiꝰ: a quo aradii ſunt: qui aradum inſulam poſſederunt: anguſto freto a fœnicis littore ſeparatā. Decimꝰ amareus. a quo ſirię nobilis ciuitas quę vocatur coelis. Vndecimus amatheus. Hæ ſunt gētes de ſtirpe cham quæ a ſidone vſq; ad gaditanū fretū oēm meridianā partē tenēt. Itē tribus filioꝝ iafeth Filii aūt iafeth. vii. noiant̃. Gomer. ex quo galathę. i. galli. Magog a quo arbitrātur ſcythas et gotthos traxiſſe originem. Madai a quo medos exiſtere putant. Iauan a quo iones: qui & græci. Vnde & mare ionium. Tubal. a quo hiberi qui et hiſpani: licet quidam ex eo et italos ſuſpicētur Moloch: ex quo capadoces ſunt. Vnde & vrbs apud eos vſq; hodie maleca dicitur. Tiras ex quo traces: quorum non ſatis imutatū vocabulum eſt. quaſi traces. Filii gomer nepotes iafeth: aſſenes: a quo paphlagones. Gotorma. a quo ſūt friges Filii iauan: eliſa a quibus græci eliſei qui vocantur eolides. Vnde et lingua quinta gręce eolis appellat̃. Tarſis a quo cilices vt ioſephus arbitratur. Vnde & metropolis ciuitas eoꝝ tarſis dicitur. Cethin: a quo cithei ideſt

cyprii a quibus hodie & vrbs cithiũ noiatur. Dodani:a
quo rhodii. Hę ſunt gẽtes de ſtirpe iafeth:q̃ a tauro mõ
te ad aquilonẽ mediã partẽ aſię & omnẽ europẽvſqꝫ ad
oceanũ britannicũ poſſidẽt noia & locis & gẽtib⁹ relin
quẽtes:de quib⁹ poſtea immutata ſũt plurima:cętera p
manẽt vt fuerũt. Nã multarũ gentiũ vocabula ptim mã
ſerunt:ita vt hodie appareat vnde fuerant deriuata ſicut
ex aſſur aſſirii:ex heber hebręi: ptim vero tpis vetuſta=
te ita mutata ſunt vt vix hoies doctiſſimi ãtiquiſſimas
hiſtorias pſcrutãtes:nec oim:ſꝫ nec aliquaꝝ ex iſtis ori
gines gẽt iũ potuerit repire. Nã ꝙ ex filio cham qvoca
baſ meſraim ægyptii ſint exorti:nulla hoc reſonat ori=
go vocabuli:ſicut nec æthiopũ: q dicunſ ad eum filiũ
chã ptinere q chus appellat⁹ eſt. Et ſi oia cõſiderenſ:plu
rima tñ gentiũ mutata q̃ manẽtia vocabula apparẽt: qui
bus poſtea noia diuerſa:diuerſa dedit ratio. Nanqꝫ indi
ab indo flumine dicti ſunt:q ab occidentali pte eos iclu
dit. Seres a proprio oppido nomẽ ſortiti ſũt:gẽs ad ori
entẽ ſita:apud quos de arboribus lana cõtexiſ:de quib⁹
ẽ illud. Ignoti facie ſꝫ nõ vellere ſeres. Gãgaridę popu
li ſũt iter aſſyrios idosqꝫ ihabitãtes circa gãgem fluuiũ
vnde etiã gangaridę nũcupati ſunt. Hircani dicti ſunt a
ſilua hyrcania vbi ſunt plurimę tygres. Bactriani ſcythę
fuerũt q ſuoꝝ factione a ſedibus ſuis pulſi iuxta bactrõ
oriẽtis fluuiũ cõſederũt:ex cui⁹ vocabulo & nomẽ ſor
titi ſunt. Hui⁹ gẽtis rex fuit Zoroaſtes inuẽtor magicę
artis. Parti quoqꝫ & ipſi a ſcythis originẽ trahũt fuerũt
eñ eoꝝ exules:qđ etiãvocabulo eoꝝ manifeſtaſ. Nam
ſcythico ſermone exules pthi dicuntur. Hi ſmiliter vt
bactriani domeſticis ſeditionib⁹ ſcythia pulſi ſolitudi=
nem iuxta hyrcanſã primũ furtim occupauerunt:deide
plęraqꝫ finiũ etiã virtute obtinuerunt. Aſſyrii ab aſſur fi
lio ſem vocati:gẽs potẽtiſſima:q̃ ab eufrate vſqꝫ ad ido
rũ fines oẽꝫ i medio tenuit regionẽ. Medi a rege ſuo co
gnominati putanſ. Nãqꝫ iaſon peliaci regis frater: a pe=
lię filiis theſſalia pulſus ẽ cũ medea vxore ſua cui⁹ fuit
priuignus medus rex athenienſiũ:q poſt mortẽ iaſonis
oriẽtis plagã pdomuit:ibiqꝫ mediãvrbẽ cõdidit gentẽ
qꝫ medoꝝ noie ſuo appellauit. Sed iuenim⁹ i geneſi:ꝙ
madai auctor gẽtis medoꝝ fuit: a quo & cognominati
vt ſuperi⁹ dictũ ẽ. Perſę a pſęo rege ſũt vocati:q e gręs=
cia aſiã trãſiẽs ibi barbaras gentes graui diuturnoqꝫ bel
lo pdomuit. Nouiſſime victor:nomẽ ſubiectæ gẽti de
dit. Perſę aũt añ cyrꝫ ignobiles fuerũt. & nullus iter gẽ
tes loci habebanſ. Medi ſemp potẽtiſſimi fuerũt. Caſ=
dęi q nunc caldei vocantur a caſeth filio nachor fratris
abrahę cognominati ſunt Sabęi dicti ἀπὸ τοῦ σηϐε
σθαι qđ eſt ſupplicare &venerari qa diuinitatẽ p ipoꝝ
thura veneramur. Ipi ſunt & arabes: qa i mõtibus arabię
ſũt:q vocanſ libanus & ãtiliban⁹vbi thura colliguntſ. Sy
ri ab ſurim vocati phibẽſ:q fuit nepos abrahã ex cethu
ra. Quos autẽ veteres aſſyrius:nũc nos vocam⁹ ſyros:a
parte totũ appellãtes. Hebręi vocati ſunt ab heber:q p
nepos fuit ſem. iſrahelitę vero ab iſrael filio yſaac. Nam
patriarchã hebręoꝝ cõſtat fuiſſe iſrael:a quo. xii. iudęo
rũ tribus iſraelis vocabulũ ſortiti ſunt. Iudęis autẽ ſciſ=
ſura decẽ tribuũ noia ipoſuit. Nã antea hebręi ſiue iſra=
elitę nũcupabãſ. ex quo aũt in duo regna dei populus
diuiſus ẽ tũc duę trib⁹ q̃ de ſtirpe iuda reges habebãt iu
deoꝝ nomẽ ſortiti ſunt. Reliq̃ ps decẽ tribuũ q̃ i ſama
ria ſibi regẽ cõſtituit ob ppl'i magnitudinẽ priſtinũ no=
men retinuit iſrael. Samaritanorũ gẽs ſumpſit exordiũ
ab aſſyriis q trãſmigrati habitauerũt i ſamaria : q latine
iterptanſ cuſtodes:eo ꝙ captiuato iſrael iſti i terrã regi
onis eoꝝ ad cuſtodiã collocati ſunt. Fęnix cadmi frater
de thebis ęgyptioꝝ i ſyriã pfect⁹apud ſidonẽ regnauit
eoſqꝫ populos ex ſuo noie fęnices:eãqꝫ puinciã fęniciã
nũcupauit. Sidones aũt a ciuitate q̃ vocatur ſidoa traxiſ
ſe vocabulũ phibenſ. Saraceni dicti vel qa ex ſara geni=
tos ſe pdicent:vel ſicut gẽtiles aiũt:ꝙ ex origine ſyroꝝ
ſint quaſi ſyrigenę. Hi p ãplã ſolitudinẽ habitãt. Ipi ſũt
& iſmahelitę vt liber geneſeos docet:ꝙ ſint ex iſmahe
le. Ipſi cedareni a cedar filio iſmahelis. Ipi agareni ab a
gar:q vt dixim⁹ puerſo noie ſaraceni vocanſ:qa ex ſara
ſe genitos glorianſ. Philiſtęi ipi ſunt palęſtini:qa. p. lit
terã ſermo hebręus nõ habet:ſꝫ p eo phi gręco vtuntur
Inde philiſtęi p palęſtinis dicũſ a ciuitate vtiqꝫ ſua. Idẽ
& allophyli. i. alienigenę ob hoc qa ſemp fuerũt iimici
iſrael & lõge ab eoꝝ genere ac ſocietate ſeparati. Chana
nei appellati de chanaan filio chã quoꝝ terrã iudęi poſ=
ſederunt. Ex cuius origine fuit emor pater ſichẽ a quo
amorrei ſunt nũcupati. Egyptii ab ęgypto quodã rege
ſuo vocati ſunt. Nã antea aerei dicebãſ. Interptanſ autẽ
ligua hebraica ęgypdi affligẽtes:eo ꝙ afflixerit dei po=
pulũ prius q̃ diuino auxilio liberarẽſ. Armeni⁹ ex theſ
ſalia vn⁹ de numero ducũ iaſonis:q ad colchos pfecti
ſunt:recollecta multitudie q̃ amiſſo rege iaſone paſſim
vagabaſ:armeniã cõdidit : gẽtiqꝫ ex ſuo vocabulo no=
men dedit. Limes eſt pſicus q ſcythas ab eis diuidit:ſcy
thia cognominat⁹:a quo limite ſcythę a qbuſdã perhi=
benſ vocati:gẽs antiquiſſima ſemp habita. Hi parthos
bactrianoſqꝫ:fęmine aũt eoꝝ amazonũ regna cõdide=
runt. Maſſagetę ex ſcythaꝝ origine ſunt. Et dicti maſſa
getę quaſi graues. i. fortes getę. Nã ſic Liui⁹argentũ gra
ue dicit. i. maſſas. Hi ſunt q inter ſcythas atqꝫ albanos ſe
ptẽtrionalibus iugis ihabitãt. amazones dictę ſunt ſiue
ꝙ ſimul viuerẽt ſine viris q̃ſi amazoſe:ſiue ꝙ aduſtis
dexterioribꝰ mãmis eſſent ne ſagittarũ iact⁹impedireſ:
quaſi ἄνευ μαζοῦ. Nudabant ei quã aduſſerãt mãmã
Has Titian⁹ vnimãmas dicit. Nã hoc eſt amazon:quaſi
aneſmazoin. i. ſine mãma. Has iã nõ eẽ ꝙ eaꝝ gẽtes par
tim ab herculę ptim ab achille vel ab alexãdro vſqꝫ ad i
ternitionẽ deletę ſunt i ptes aſiatice. Scythię gẽtes quæ
poſteros ſe iaſonis credũt albo crine naſcũſ ab aſſiduis
niuib⁹:& ipſi⁹ capilli color gẽti nomẽ dedit & inde di=
cuntur albani. Hoꝝ glauca oculis. i. picta ineſt pupilla
adeo vt nocte plus q̃ die cernãt. albani autẽ vicini ama=
zonib⁹ fuerũt. Vgnos antea hunnos vocam⁹ poſtremo
a rege ſuo abares appellatos:q prius in vltima meotide
iter glacialẽ tanaim & maſſagetaꝝ imanes ppl'os habi=

tauerunt. Deinde pricib⁹ eqs caucaſi rupib⁹ feras gētes
alexādri clauſtra cohibēte ruperūt & oriētē. xx. annis te
nuerunt captiuū: & ab egiptiis atq; ethiopib⁹ ānuū ve=
ctigal exegerūt. Troianorū gēs ātea dardana a dardano
rege noiata. Nā dardan⁹ & iaſius fratres e grecia ꝓfecti
ex his iaſius ad thraciā: dardanus ad frigiā puenit: ibiq;
prim⁹ regnauit. Poſt quē fili⁹ ei⁹ ericthoni⁹: deinde ne
pos ei⁹ tros: a quo troiani nūcupati ſunt. Galathæ galli
eē noſcūt: q i auxiliū a rege bithynie euocati regnū cum
eo pacti victoria diuiſerūt: ſicq; deide grecis admixti:
primū gallogreci: nūc ex antiquo galloꝝ noie galathæ
nūcupant. Greci añ theſſali a theſalo: poſtea a greco re=
ge greci ſunt nūcupati. Nā greci ꝓprie theſſali dicti ſūt
Lapithas autē gētē theſſalię fuiſſe aiūt circa peneon am
nē olim ihabitātē: a lapitha apollinis filia nuncupatos.
Sicyonii greci ſunt nūcupati a ſicyonio rege. Hi primū
agialei vocabāt: a rege agialeo q prim⁹ ſicyoniis ipera=
uit: a quo & agialea ciuitas nūcupata ē: q̄ nunc pelopon
neſus vocat a pelope rege ſuo. Ipſi ſūt & archades ab ar
chade rege iouis & caliſtæ filio dicti. Danai a danao re=
ge vocati. Idē & argiui: ab argo cōditore cognominati
Poſt q̄ aūt rex grecoꝝ apis mortu⁹ ē: huic fili⁹ arg⁹ ſuc
ceſſit i regnū: & ex eo argiui appellati ſunt: q etiā ab eis
poſt obitū vt deus haberi cępit: tēplo & ſacrificio hono
rat⁹. Achiei q & achiui: ab acheo iouis filio dicti. Pelaſ=
gi noiati: qa cū velis ſpāſis verno tpe aduenīſſe italiā vi
ſi ſunt vt aues. Primo eñ eos Varro italiā appuliſſe cō=
memorat. Greci vero pelaſgos a pelaſgo iouis & lariſſe
filio ꝓhibent dictos. Myrmidones fuerūt achillis ſocii
dolopes pyrri. Dicti aūt ſunt myrmidones ꝓpter aſtu=
tiā quaſi myrmicę. i. formicę. Eratoſthenes aūt dicit di
ctos myrmidones a myrmidone duce iouis & eury me
duſę filio. Cecropi athenieſiū regi ſucceſſit agran⁹: cui⁹
filia atthis noie & regioni & genti nomē dedit. Et ex ea
attici cognominati. q̄ ſunt athenieſes. Ion vir fortis ex
ſuo noie: eoſdem athenieſes vocauit iones. Macedōes
a noie emacionis regis ātea emaci nūcupati ſūt: poſtea
macedones dicti a macedone rege deucaliōis materno
nepote. Epyrotæ a pyrro achillis filio prius pyrrydæ.
poſtea vero a pyrro rege ad italiā trāſire ꝓſumpſerunt.
Dorus neptuni & ellepis fili⁹ fuit: vñ dori & originē &
nomē ducūt. Sūt aūt ps grecie gētis ex qb⁹ etiā cogno
minata eſt tertia ligua grecoꝝ: q̄ dorica appellat. Lace=
demōes a lacedemōe ſemelę ac iouis filio dicti Hi diu
ꝑſeuerātes in bello cōtra meſſenios veriti ne diuturnita
te prelii ſpem ꝓlis ꝑderēt: ꝑceperūt vt virgines eoꝝ cū
iuuenib⁹ domi relictis cōcūberēt: ſicq; ex ꝓmiſcuo vir
ginū & maritorū cōcubitu: iuuenes de icertis parētibus
nati ſunt & ex nota materni pudoris ſpartani vocati ſūt.
nā ipſos eē ſpartanos quos & lacedemones. Spartanos
vero ꝓpter repentinos aduētus aduerſus cadmū: quaſi
de terra cōtractos: & ex oi parte cōfluitos ita vocatos.
Traces ex filio iafeth q vocat⁹ eſt tiras: & orti & cogno
minati vt ſuperi⁹ dictū eſt ꝓhibent: licet gētiles eos ex
morib⁹ ita dictos exiſtimēt q; ſint truces. Seuiſſimi eñ

oim gentiū fuerūt. Vñ & multa de eis fabuloſa memo=
rant: q; captiuos diis ſuis litarēt: & humanū ſanguinē i
oſſib⁹ capitū potare ſoliti eſſent. De qb⁹ Virgili⁹. Heu
fuge crudeles terras: fuge litt⁹ auaꝝ: q̄ſi crudelium & a
uaroꝝ. Iſtroꝝ gēs originē a colchis ducit: q miſſi ad ar
gonautas perſequēdos: vt a pōto itrauerūt iſtrū fluuiū:
a vocabulo amnis: quo a mari receſſerant appellati ſunt
Romani a romuli noie nūcupati q vrbē romā condidit
gētiq; & ciuitati nomē dedit. Hi añ a ſaturno ſaturnii: a
latino latini vocati ſūt. Nā latin⁹ italię rex fuit: q ex ſuo
noie latinos appellauit: q poſtea romani nūcupati ſunt
Hi & q̄rites dicti: qa q̄rin⁹ dict⁹ eſt romul⁹: q; ſemp ha
ſta vtebat: q̄ ſabinoꝝ ligua q̄ris dicit. Italus quoq; & ſa
bin⁹ & ſican⁹ fratres fuerūt: ex qb⁹ noia populis impo=
ſita & regionibus ſūt. Nā ab italo itali. a ſabino ſabini: a
ſicano ſicani: q & ſiculi cognominati ſunt. Idē & ſicilię
ſes. Tuſci italię gēs ē a frequētia ſacroꝝ & thuris vocata
.i. απο του θυειν. Vmbri italię gēs ē: ſ; galloꝝ veterū
ꝓpago q apēninon montē incolūt: de quib⁹ hiſtorię ꝓ
hibēt: eo q; tpe aquoſę cladis imbrib⁹ ſupfuerint: & ob
hoc vmbrios grece noiatos. Marſi gēs italię: dicta a co
mite liberi marſia q vſum illis vitiū oſtēdit: & ob hoc il
li ſtatuā fecerūt: quā poſtea romani victis marſis tule=
rūt. Marſos aūt greci tuſcos vocant: q̄ſi οφιουχουσ:
q; multos ſerpētes habeat: & οφισ ſerpēs dicat: ꝑillęſos
autē eē carminū maleficiis. Inhabitāt aūt plagā apēni=
ni mōtis ſimul cū vmbris. Gotthi a magog filio iafeph
noiati putātur: de ſimilitudine vltimę ſyllabę quos ve=
teres magis geſtas q̄ gotthos vocauerunt: gēs fortis &
potentiſſima: corporꝫ mole ardua: armoꝝ genere terri
bilis. De quib⁹ Lucanus. Hinc dac⁹ ꝑmat: inde getes oc=
currat hiberia. Daci autē gotthoꝝ ſoboles fuerunt: et di
ctos putāt dacos quaſi dagos: qa de gotthoꝝ ſtirpe cre
ati ſunt. De quib⁹ ille. Ibis arctos ꝓculvſq; dagos. Beſſi
barbari fuerūt q a multitudine boum ſic vocati credūt
De qb⁹ qdā. Qui colit terrę medio vel ille diuitis mul
to boue pilleat⁹ accola ripę. Gipedes pedeſtri ꝑlio ma=
gis q̄ equeſtri ſunt vſi: & ex hac cauſa ita ſunt vocati. Sar
matę patentib⁹ cāpis armati iequitabāt priuſq̄ eos len=
tulus danubio ꝓhiberet: atq; inde ob ſtudiū armoꝝ ſar
matę nūcupati exiſtimātur. Lan⁹ fluui⁹ fertur vltra da=
nubiū: a quo alani dicti ſunt: ſicut & populi inhabitātes
iuxta lemānū fluuiū alemāni vocantur. De quib⁹ Luca
nus. Deſeruere cauo tētoria fixa lemāno. Lōgobardos
vulgo ferūt noiatos a ꝓlixa barba & nūq̄ tōſa. Vandeli
cus amnis ab extremis gallię erūpēs: iuxta quē fluuiū i=
habitaſſe & ex eo traxiſſe nomē vandali ꝓhibētur. Ger=
manię gētes dictę q; ſint imania corpora imaneſq; na
tiōes: ſeuiſſimis durare frigorib⁹: q mores ex ipō cœli
rigore traxerunt: feroces animi & ſemp idomiti raptu
venatuq; viuētes Hoꝝ plurimę gentes varię armis di
ſcolores habitu: liguis diſſonę: & origine vocabuloꝝ
icertę vt tolerates: ſamſi: vari: quadi: tungri: marcomā
ni: bruteri: camaſi: blangiani: tūbantes: quorū imanitas
barbarie etiā i ipīs vocabulis horrorē quēdā ſignificat

Sueui pars germanoꝝ fuerũt ĩ fine ſeptẽtriõis:de qbus
Lucanus:Fũdit ab extremo flauos aquilo ne ſueuos.
Quorum fuiſſe centũ pagos & pplos miti tradiderũt
Dicti aũt ſueui putant a mõte ſueuo q ab ortu iitiũ ger-
maniæ facit:cuius loca icol..erũt burgũdiões quondã
a romanis ſubacta iteriore germania per caſtroꝝ limi-
tes poſiti a tyberio cęſare i magnã cõualuerũt gẽtẽ: at-
q; ita nomẽ ex locis ſũpſerũt:qa crebra per limites ha-
bitacula cõſtituta burgos vulgo vocãt. Hi poſtea rebel
les effecti romãis:plus q̃ octogita milia armatoꝝ ripæ
rheni fluminis iſeruerũt & nomẽ gẽtis obtinuert. Saxo
nũ gẽs i oceani littoribus & paludibus inuijs ſita virtu-
te atq; agilitate habilis:vñ & appellata ꝙ ſit durũ & va
lidiſſimũ genus hoim:& p̃ſtãs cęteris piraticis. Franci a
quodã ꝓprio duce vocari putãt. Alij eos feritate morũ
nũcupatos exiſtimãt. Sũt eni i illis mores icõditi:natu-
ralis ferocitas aioꝝ. Britãnos qdã latine noiatos ſuſpi
cant:eo ꝙ bruti ſint: gẽs itra oceanũ iterfuſo mari:q̃ſi
extra orbẽ poſita:de qbus Virgilius Toto diuiſos orbe
britãnos. Scoti ꝓpria ligua nomẽ hñt a picto corpore
eo ꝙ aculeis ferreis cũ atramẽto variarum figuraꝝ ſtig
mate ãnotent. Galli a cãdore corporis nuncupati ſunt
Galla eni græce lac dicit. Vñ & Virgilius ſic eos appel-
lat:cũ ait de his. Tũ lactea colla aura inectunt. Secũdũ
diuerſitatẽ eni cœli & facies hoim & colores:& corpoꝝ
quãtitates & aiorũ diuerſitates exiſtũt. Inde romanos
graues:græcos leues:afros verſipelles: gallos natura
feroces atq; acriores igenio peruidemus: quod natura
climatũ facit. Galli aũt ſenones ãtiqtus xenones dice-
bant:ꝙ liberũ hoſpitio recepiſſet:poſtea.x.i.s.lrãm cõ
mutata ẽ. Vacca oppidũ fuit iuxta pyreneũ a quo ſunt
cognoiati vaccei:de qbus credit dixiſſe poetã. Lateq;
vagãtes vaccei.hi pyrenei iugis per ãplã mõtis hitãt ſo
litudinẽ. Idẽ & vaſcones q̃ſi vaccões.c.i.s. lrã demuta
ta.qs Cneus põpeius edõita hiſpania & ad triũphũ ve
nire feſtinãs de pyrenei iugis depoſuit: & i vnũ oppidũ
ꝓgregauit. Vñ & cõuenarũ vrbs nomẽ accepit. Hiſpãi
ab hibero amne:primũ hiberi:poſtea ab hiſpalo hiſpa
ni cognominati ſunt. Gallici a cãdore dicti:vñ & galli.
Reliqs eni hiſpaniæ populis cãdidiores exiſtũt. Hi gręcã
ſibi originẽ aſſerũt. Vnde & naturali igenio callent.
Si quidẽ poſt finẽ troiani belli teucrũ mortẽ aiacis fra-
tris iuiſum patri telamoni dũ nõ reciperetur i regnum:
cyprũ cõceſſiſſe:ibiq; vrbẽ noie antiq̃ patriæ ſalaminã
cõdidiſſe ide galleciã ꝓfectus expoſitis ſedibus ex loco
nomẽ gẽti dediſſe. Aſtures gẽtes hiſpãię vocati eo ꝙ cir
ca iſturã flumẽ ſepti mõtibus ſiluiſq; crebris ihabitent.
Cãtabri gẽs hiſpanię a vocabulo vrbis.& hiberi amnis
cui inſidũt appellati. Horũ animus pertinax & magis
ad latrocinãdũ & ad bellãdũ:vel ad perpetiẽdũ verbe-
ra ſẽper parati. Celtiberi ex gallis.celticis fuerũt:quoꝝ
ex noie appellata ẽ regio celtiberia. Nã ex flumine hiſ-
panię hibero vbi cõſederũt:& ex gallis q celtici dicebã
tur.mixto vtroq; vocabulo celtiberi nũcupati ſũt. Afri
appellati ab vno ex poſteris abrahę q vocabat afer q
dr duxiſſe aduerſus libyã exercitũ:& ibi victis hoſtibus
cõſediſſe:eiuſq; poſteros ex noie attaui & afros & afri-
cã nũcupaſſe. Pęni aũt carthaginẽſes ſũt a phœnicibus
nũcupati q cũ didone ꝓfecti ſũt. Tyrios vero a tyria vr
be phœnicũ nũcupatos:de qua ꝓfecti ſũt:& i africę lit-
tus venerũt. Getuli getæ dñr fuiſſe:q igẽti: agmine a lo
cis ſuis nauibus cõſcẽdẽtes:loca ſyrtiũ in libya occupa
uert:& qa ex getis venerãt deriuato noie getuli cogno
minati ſũt. Vñ & opinio ẽ apud gotthos ab ãtiq̃ cogna
tiõe mauros cõſãguinitate ꝓpiquos ſibi vocare. Africã
aũt iitio habuere libyes:deĩn afri:poſt hoc getuli: poſt
remũ mauri & numides. Mauri & numide vt afri putãt:
ſic ſũpſerũt & exordiũ & vocabulũ. Nã poſtq̃ in hiſpa-
nia hercules iterijt:& exercitus eius cõpoſitus ex varijs
gentibus amiſſo duce paſſim ſibi ſedes q̃rebãt & ex eo
nũero medi & perſæ & armeni nauibus i africã trãſue-
cti ꝓxima mari loca occupauere. ſed perſæ dũ materiã
i agris ꝓ cõſtruẽdis domicilij nõ iuenirẽt: & ignara lin-
gua cõmertiũ ꝓhiberẽt: per patẽtes agros & diuerſas
ſolitudies vagabãt:& a papulatiõibus vagabundis ſe-
metipos ꝓpria ligua numides appellauerũt.i.ſine op-
pido vagos & errãtes. Medi aũt cũ libijs ſe miſcuerãt:q
ꝓxima hiſpania habitabãt quoꝝ nomẽ paulati libyes
corrupere barbara ligua mauros ꝓpter medos appel-
lãtes licet mauri ob colorẽ a gręcis vocarẽt. Gręci enim
nigrũ maurõ vocãt Eſtifero q̃ppe calore afflati ſpeciẽ
atri coloris ducũt. Maſſylia ciuitas africæ ẽ nõ lõge ab
atlãte & hortis heſperidũ.a qua ciuitate maſſyli vocati
ſũt:quos nos corrupte maſſulos vocamus:de qbus Vir
gilius. Hic mihi maſſylie gẽtis mõſtrata ſacerdos. Gau
lalũ gẽtes ſũt a meridie vſq; oceanũ heſperiũ peruagã-
tes. His nomẽ gauloen inſula dedit q̃ ẽ iuxta ęthiopiã:
vbi nec ſerpẽs naſcit nec viuit. Garamantes ppli africę
ſunt ꝓpe cirenas ihabitãtes:a garamãte rege apollinis
filio noiati q ibi ex ſuo noie garama oppidũ condidit.
Sũt aũt ꝓximi gẽtibus æthiopũ.de qbus Virgil. Extre
mi garamãtes. Extremi autẽ qa ſeui & a conſortio hu-
manitatis remoti. Heſperij vero ſũt qui circa hiſpãiam
cõmorãtur. Nã hiſpania heſperia dicit. Ethiopes dicti
a filio cham qui vocatus ẽ chus:ex quo originẽ trahũt.
Chus eni hebraica ligua æthiops iterp̃tat. Hi quondã
ab indo flumine conſurgẽtes:iuxta ægyptũ iter nilũ &
oceanũ.i meridie ſub ipa ſolis vicinitate iſederũt:quo-
rũ tres ſũt ppli:heſperi:garamãtes:& idi. Heſperi ſunt
occidẽtis:garamantes tripolis:indi oriẽtis. Trogoditæ
gẽtes ęthiopũ ideo nũcupati ꝙ tãta celeritate pollent:
vt feras curſu pedũ aſſequãtur. Panphagij & hi i ęthio-
pia ſũt:quibus eſca ẽ quicquid mãdi põt: & oiã fortuitu
gignẽtia.vñ & appellati. Ichiophagi ꝙ venãdo in mari
valeãt:& piſcibus tãtũ alãt. Hi poſt idos montanas re-
giões tenẽt:quos ſubactos alexãder magnus: piſcibus
veſci ꝓhibuit. Antropophagi gẽs aſpertima:ſub regiõe
ſyricũ ſita:qui quia hũanis carnibus veſcũt: ideo antro
pophagi noiant. Itaq; ſicut his: ita & cæteris gentibus
per ſęcula aut a regibus:aut a locis:aut a moribus:aut

ex quibuſlibet alijs cauſis imutata vocabula ſūt: ita vt prima origo noīs eorꝫ tēporꝫ vetuſtate nō pateat. Iam vero hi q antipodæ dn̄ :eo ꝙ contrarij eſſe veſtigijs noſtris putātur. vt quaſi ſub terris poſiti aduerſa pedibus noſtris calcent veſtigia: nulla rōne credendū eſt: qa nec ſoliditas patitur. nec centrū terrę: ſed neq; hoc vlla hiſtoriæ cognitione firmatur: ſed hoc poetę quaſi ratiocinando coniectant. Titanas autem quoſdam in grecia ferunt fuiſſe robuſtos & excellentes viribus populos quos ferunt fabulæ ab irata contra deos terra ad eius vltionē creatos. Vnde & titanes dicti ſunt id eſt ab vltione ꝙ quaſi vlciſcende matris terræ cauſa in deos armati exiſterent: quos fabulę a ioue bello fuiſſe ſuperatos atq; extinctos fingunt: propter ꝙ e cœlo iactis fulminibus interierunt.

¶ De regnis & militiæ vocabulis. Cap. III.

REgnū a regibus dictū. Nā ſicut reges a regēdo vocati: ita regnū a regibus. Regnum vniuerſæ nationes ſuis qq; tēporibus habuere: vt aſſyrij: medi: perſæ: ægyptij: græci: vel romani: quorꝫ vices ſors tēporꝫ ita volutauit alterum ab altero ſolueret. Inter oia autē regna terrarꝫ duo regna ceteris glorioſa traduntur: aſſyriorꝫ primo: deīn romanorū vt tēpibus & locis iter ſe ordiata atq; diſticta ſunt. Nā ſicut illud prius: & hoc poſterius: ita illud in oriēte: hoc in occidēte exortū eſt. Deniq; in illius fine: huius initiū cōfeſtim fuit. Regna cetera ceteriq; reges velut appēdices iſtorꝫ habent. Reges a regēdo vocati: ſicut eni ſacerdos a ſanctificando: ita & rex a regendo. Nō autē regit qui non corrigit. Recte igitur faciēdo regis nomē tenetur: peccando amittitur. Vnde & apud veteres tale erat ꝓuerbium. Rex eris ſi recte facias. ſi nō facias non eris. Regiæ virtutes ꝑcipuæ duæ: iuſtitia & pietas. Plus autē in regibus laudatur pietas. Nā iuſticia per ſe ſeuera eſt. Cōſules appellati a cōſulendo: ſicut reges a regēdo: & ſicut leges a legēdo. Nā cū romani regū ſuperbam dn̄ationē non ferrent: ānua imperia binoſq; cōſules ſibi fecerunt. Nam faſtus regius: non beniuolentia conſulentis: ſed ſuperbia dominantis erat. Hinc igitur cōſules appellati: vel a conſulēdo ciuibus: vel a regendo cuncta concilio. Quos tamē ideo mutandos per annos ſingulos elegerunt: vt nec inſolens diu maneret: & moderatior cito ſuccurreret. Inde aūt duo partes: quia vnus rem ciuilē: alter rē militarē adminiſtrabat. Regnauerunt aūt annis quadringētis ſexagita ſeptē. Proconſules ſubiecti erant conſulibus: & dicti ꝓconſules eo ꝙ vice conſulis fungerentur ſicut ꝓcurator curatoris. i. actoris. Exconſules aūt dicti ꝙ iam a cōſulatu exierint ſiue diſceſſerint: peracto vicis ſue anno. Dictatores quinto anno poſt reges expulſos romani ſibi creauerūt: dum gener tarquinij ad iniuriā ſoceri vindicandā ingentē aduerſus romā collegiſſet exercitū. Hi quinquennij tēporis imperio vtebantur. Plus eni erant honore q̄ conſules q annuas poteſtates tenebāt. & dicti dictatores quaſi pricipes & preceptores. Vnde eſt magiſter populi nominabantur: vn̄ & edicta dicuntur: Cęſarū nomen a iulio cœpit: qui bello ciuili cōmoto primus romanorum ſingularē obtinuit principatū. Cęſar aūt dictus ꝙ cęſo mortuę matris vtero ꝓlatus eductuſq; fuerit: vel ꝙ cū cęſarie natus ſit a quo & imperatores ſequētes cęſares dicti: eo ꝙ comati eſſent. Qui eni ex ſecto vtero eximebant cęſones & cęſares appellabāt. Iulius aūt dictus: quia a iulio æneę filio originem duxit: vt cōfirmat Virgilius a magno demiſſum nomen iulo. Imperatorū autē nomen apud romanos eorꝫ tātū prius fuit: apud quos ſumma rei militaris conſiſteret: & ideo imperatores dicti ab iperādo exercitui: ſed dum diu duces titulus imperatorij fungerentur: ſenatus cenſuit: vt auguſti cęſaris hoc tantū nomen eſſet: eo ꝙ is diſtingueretur a ceteris gētium regibus quod & ſequētes cęſares hactenus vſurpauerūt. Solet eni fieri vt primi regis nomē etiam reliqui poſſideāt: ſicut apud Albanos ex ſiluij noie oēs reges albanorꝫ ſiluij appellati ſūt: ſicut & apud perſas arſacidę: apud ægyptios ptolemei: apud athenienſes cecropide. Auguſtus ideo apud Romanos nomē imperij eſt: eo ꝙ olim augerēt rēpublicam āplificando. Quod nomen primitus ſenatus octauiano cęſari tradidit: vt quia auxerat terras: ipſo noie & titulo conſecraretur.

Dum aūt idem octauianus iam cęſar & imperator appellaretur vel auguſtus: poſtea vero dū ludos expectaret: & ꝓnunciatum eſſet illi a populo vt vocaret & dn̄s: ſtatim manu vultuq; auerſo indecoras adulationes repreſſit: & dn̄i appellationē vt homo declinauit: atq; in ſequēti die omnē populum grauiſſimo edicto corripuit dominūq; ſe poſt hæc appellari ne a liberis quidem ſuis permiſit. Fuit eni filius acriæ quæ nata eſt de ſorore iulij cęſaris. Reges aūt ob hāc cauſam apud grecos baſilei vocantur: ꝙ tanq̄ baſes populū ſuſtineāt. Vn̄ & baſes coronas habent. Quāto eni quiſq; magis ꝑponitur tanto amplius pondere laborū grauat. Tyranni grece dicuntur: idem latine & reges. Nā apud veteres iter regem & tyrannū nulla diſcretio erat: vt Pars mihi pacis erat dextrā tetigiſſe tyrāni. Fortes eni reges tyrāni vocabantur. Nā tyro fortis: de qbus dn̄s loquitur dicens. Per me reges regnant & tyranni per me tenēt terram.

Iam poſtea in vſu accidit tyrānos vocari peſſimos atq; improbos reges luxurioſę dn̄ationis cupiditatē & crudeliſſimā dn̄ationem in populis exercētes. Princeps & dignitatis modo ſignificat & ordinis: ſicut eſt illud virgilianū. Princeps ardentem coniecit lampada turnus ꝓ primus: aut dictus princeps a capiēdi ſignificatione ꝙ primus capiat: ſicut municeps ab eo ꝙ mūia capiat. Dux dictus: eo ꝙ ſit ductor exercitus: ſed nō ſtatim quicunq; principes vel duces ſunt: etiā reges dici poſſunt. In bello aūt melius ducem nominari cōuenit q̄ regem. Nam hoc nomē exprimit in prelio ducentem. Vnde & Virgilius. Ducis euādri. Saluſtius. Quo cupidius in ore ducis ſeſe quiſq; bonum. Non dixit in ore cōſulis. Monarchæ ſunt qui ſingularē poſſident principatum: qualis fuit alexāder apud græcos: & iulius apud romanos

Hinc & monarchia dicitur. Monos quippe ſingulari=
tas greco noie: archia pricipatꝰ eſt. Tetrarche ſunt quar
tam partē regni tenētes. Nā tetra quattuor ſunt qualis
fuit apud iudeā philippus. Patricii inde vocati pro eo
ꝙ ſicut patres filiis: ita prouideant reipublicae. Prefecti
dicti ꝙ ꝑtoria poteſtate ꝓſint. Pretores idē q & ꝑfecti q̄
ſi ꝑpoſitores. Preſides vero dicti: quia alicuꝰ loci tute=
lam preſidialiter tenēt. Tribuni vocati ꝙ militibus ſiue
plebibus iura tribuunt. Chiliarce ſunt q mille preſunt
militibus: quos nos milenarios nuncupamꝰ: & eſt gre=
cum nomen. Centuriones dicti eo ꝙ centū preſunt mi
litibus: ſicut quinquagenarii qui in capite ſunt quinqua
ginta militū ſicut decani ab eo ꝙ decē militibus ꝓferū=
tur. Miles dictus: quia mille erant ante in numero vno
vel quia vnus eſt ex mille electus. Romulus autē primꝰ
ex populo milites ſumpſit & appellauit. Liber vero pri=
mus militie ordinē docuit. Miles aut ordinarius dicit.
aut extraordinarius. Ordinariꝰ eſt qui p ordinē militat
nec adhuc aliquē conſecutus eſt gradū honoris. Eſt em̄
gregariꝰ .i. humilis militie. Extraordinariꝰ eſt q ob vir
tutē ꝓmouetur ex ordine. Emeriti dicuntur veterani ſo
lutiq; militia: q iā in vſu prelii non ſunt: quia mereri mi
litare dicitur: a ſtipendiis ſcilicet q̄ merentur. Idē & vete
rani dicunt: quia iā in vſu prelii non ſunt: ſed poſt mul=
tos militie labores quietis ſuffragiū cōſequūtur. Eque
ſtres milites dicti: eo ꝙ equo ſedeant. Itē militat ille in
equeſtri ordine. Tyrones dicūtur fortes pueri ꝙ ad mi
litiā delegantur atq; armis gerendis habiles exiſtūt. Hi
em̄ nō ex ſola ꝓfeſſione natiuitatis: ſed ex aſpectu & va
litudine corporis exiſtimātur. Vnde & tyrones dicti q
q; anteq̄ ſacramēto ꝓbati fuerit milites nō ſunt. Roma
ne aūt militie mos fuit puberes primo exerceri armis.
Nam ſextodecimo anno tyrones militabant: quo etiā
ſolo ſub cuſtodibus agebāt: de quibꝰ Virgilius. Et pri=
mo flore iuuentus. Seruos ſane nūq̄ militaſſe cōſtat: ni
ſi ſeruitute depoſita: excepto hānibalis tēpore: cuȝ poſt
cānēſe preliū in tanta neceſſitate fuiſſent romani: vt ne
liberādorum quidē ſeruoꝝ daretur facultas. Deſertores
vocati: eo ꝙ deſertis militaribꝰ officiis euagātur. Hi in
alios numeros militie nomen dare prohibentur: ſed ſi
nō magni tēporis culpā contraxerit: ceſi numeris ſuis
reſtituūtur: ſed & qui deſerunt exercitum ad hoſtes tran
ſeuntes: & ipſi deſertores vocātur. Cōſcripti milites di
cuntur: quia in tabulis conferuntur ab eo qui eos ductu
rus eſt: ſicut tranſcripti vocantur: cū de alia in aliā legio
nem tranſeunt: & inde tranſcripti: quia noia dant vt trā
ſcribantur. Optiones dicti ꝙ ſint electi. Nā optare elige
re eſt: ſicut ē illud. Optauitq; locū regno .i. elegit. Excu
bitores dicuntur: pro eo ꝙ excubias ſemꝑ agunt. Sunt
em̄ ex numero militū: & in porticibus excubant ꝓpter
regalem cuſtodiā. Excubie autē diurne ſunt: vigilie no
cturne: vnde & vigiles. Velites erāt apud romanos genꝰ
militie: a volitando vocati. Lecti em̄ agilitate iuuenes
cum armis ſuis poſt terga equitū conſedebant: & mox
cū ad hoſtes ventū eſſet: equis deſiliebāt: & cōtinuo pe=
dites ipſi ex alia parte equitibꝰ per quos aduecti fuerant
dimicantibꝰ: hoſtem perturbabant. Ab his igitur veli=
tibus elephanti quondā hānibalis retroacti cū regi iā ꝑ
ſuis non poſſent: fabrili ſcalpro inter aures adacto neca
bant. Caſtra ſunt vbi milites ſteterint. Dicta autē caſtra
q̄ſi caſta: eo ꝙ illi caſtraret libido. Nā nūq̄ his intererat
mulier. Militia autē a militibꝰ dicta: aut a multis quaſi
multitia: quaſi negociū multoꝝ: aut a mole rerū: quaſi
moleatia. Legio ſex miliū armatoꝝ eſt: ab electo vocata
quaſi lecti .i. armis electi: ꝓprie autē lingua macedonuȝ
phallanx: galloꝝ caterua: noſtra legio dicit. Legio autē
habet ſexaginta cēturias. manipulos .xxx. cohortes .xii
turmas ducentas: choros .xv. Cēturia eſt pars exercitꝰ in
centenos milites diuiſa. Vnde & qui his preſunt cēturio
nes dicuntur. Succenturiati ſunt: nō q in prima ſed qui
in ſecūda centuria ſunt: quaſi ſub prima centuria: tamē
ſtructi etiā ipſi & in ſpeculis poſiti in bello ſunt: vt ſi pri
ma defecerit: iſti quos ſub ſe diximus: laborantibus pri
mis ſubueniant. Vnde & ad inſidiandū ponitur ſuccen
tariatus: quaſi armis doloſis inſtructus. Manipulus du=
centoꝝ eſt militū. Manipuli aūt dicti ſunt milites: ſiue
quia bellū primo manu incipiebant: ſiue ꝙ anteq̄ ſigna
eſſent manipulos ſibi .i. faſciculos ſtipule vel herbe ali=
cuius pro ſignis faciebāt: a quo ſigno manipulares mi=
lites cognominati ſunt: de quibꝰ Lucanus. Cōuocat ar=
matos extemplo ad ſigna maniplos. Turma .xxx. equi
tes ſunt. Romani enī equites in vna tribu trecēti fuerūt
De ſingulis em̄ centuriis decem dabant. & fiebat turma
Cohors quingētos milites habet. Tria ſunt militie ge=
nera: ſacramentū: euocatio: cōiuratio. Sacramentum in
quo poſt electionē iurat vnuſquiſq; miles ſe non recede
re a militia niſi poſt completa ſtipēdia .i. militie tempo
ra: & hi ſunt qui habent plenam militiam. Nam viginti
& quinq; annis tenentur. Euocatio dum ad ſubitū bel=
lum: nō ſolū milites: ſed & ceteri euocantur Vnde etiā
cōſul ſolebat dicere. Qui rempublicā ſaluā eſſe vult me
ſequatur. Coniuratio: q̄ fit in tumultu qn̄ vicinū vrbis
periculum ſingulos iurare non patitur: ſed repente colli
gitur multitudo & tumultuoſa in ira conflatur. Hec &
tumultuatio dicitur. In acie aūt iſte fere forme ſunt. Ex=
ercitus claſſis: nodus: cuneus: alae: cornua: agmen: q̄ ſor
mas & noia ab ipſis rebus de quibus tranſlata ſunt mutu
antur. Acies dicta ꝙ ferro armata ſit & acumine gladio
rum. Exercitus: multitudo ex vno genere: ab exercitati
one belli vocata. Claſſes dicte: propter diuiſionē exerci
tus: qui poſtea manipuli dicti ſunt: vnde & Virgilius.
Claſſibus hic locus eſt: hic acies certare ſolebant. Nam
poſtea & claſſica nauiū dicta. Nodus proprie eſt denſa
peditum multitudo: ſicut turma equitū. Nodus aūt di=
ctus pro difficultate ꝙ vix poſſit reſolui. Cuneus eſt col
lecta in vnū militū multitudo. Vnde propter ꝙ in vnū
coit: & ipſa coitio in vnum cuneus nominatus eſt quaſi
coitneus: eo ꝙ in vnū omnes cogūtur. Alae in exercitu
.xxx. equites eſſe dicuntur. Ale auteȝ equites ob hoc di=
cti: quia tegunt pedites alarū vice. Cornua vocantur ex

tremitas exercitus ꝙ intorta ſit. Agmē dicitur: cum ex
ercitus iter facit: ab agendo vocatum: id eſt eundo. Plau
tus. Quo te agis & ipſe. Eſt em̄ exercit⁹ ambulans. Nã
agmen dicitur: ꝙ in longitudine directum eſt. qualiter
ſolet eſſe cum exercitus portis procedit: quicquid fue=
rit aliud abuſiue dicitur.

¶ De ciuibus. Cap. IIII.

DE imperiis militiæq; vocabulis ex pte dictũ
eſt: deinceps ciuiũ nomina ſummati ſubiun
gimus. Ciues vocati ꝙ in vnum coeuntes
viuat vt vita cois & ornatior fiat & tutior.
Domus vnius familię habitaculũ eſt: ſicut vrbs vni⁹ po
puli ſicut orbis domiciliũ totius generis humani. Eſt
autē domus genus familię ſiue coniunctio viri & vxo=
ris. Incipit autē a duobus: & eſt nomen gręcum. Fami=
lia eſt liberi legibus ſuſcepti a femore. Genus autē a gi=
gnendo & progenerando dictum: aut a diffinitione cer
torum prognatorũ: vt nationes quę propriis cognatio=
nibus terminatę gentes appellantur. Populus eſt huma
nę multitudinis iuris conſenſu & cõcordi cõmunione
ſociatus. Populus autem eo diſtat a plebibus ꝙ popu=
lus vniuerſi ciues ſunt: connumeratis ſenioribus ciuita
tis. Plebs autē reliquũ vulgus ſine ſenioribus ciuitatis.
Populus ergo tota ciuitas eſt: vulg⁹ vero plebs ē. Plebs
autē dicta a pluralitate: maior eſt enim numerus mino=
rum q̄ ſeniorum. Populus vero
dicit id eſt cętus.
vnde populus dictus eſt. Gręce autē populus laos dici=
tur a lapidibus. Vulgus eſt paſſim inhabitãs multitudo
quaſi quiſq; quod vult. Tribus dicuntur tanq̄ curię &
congregationes diſtinctæ populorum: & vocatę trib⁹
ab eo ꝙ in principio romani trifarie fuerunt a romulo
diſpartiti: in ſenatoribus: militibus: & plebib⁹. Quę tñ
tribus nunc multiplicatę: nomen priſtinum retinent. Se
natui nomen ętas dedit ꝙ ſeniores eſſent. Alii a ſinēdo
dictos accipiunt ſenatores. Ipſi enim agendi facultatē
dabant. Senatuſconſultus a conſulendo & tractando
eſt dictus: ꝙ ſic fit vt cõſulat & nocere nõ poſſit. Patres
autē vt Saluſti⁹ dicit a curę ſimilitudine vocati ſunt. Nã
ſicut patres filios ſuos ita & illi rempublicã alebant. Pa
tres conſcripti: quia dum romulus decem curias ſenato
rum elegiſſet: nomina eorũ preſente pp̄lo in tabulas au
reas contulit: atq; inde patres conſcripti vocati. Primi
ordines ſenatorum dicũtur illuſtres. ſecundi ſpectabi=
les: tertii clariſſimi. Iam inferius quartũ aliquod genus
non eſt. q̄uis autē ſenatoria quiſq; origine eſſet: vſq; ad
legitimos annos eques romanus erat: deide accipiebat
honorem ſenatorię dignitatis. Cenſores apud veteres
romanos erant. Eſt enim nomē cenſoris dignitas iudi=
cialis. Cenſere enim iudicare eſt. Item cenſores ſunt pa
trimoniorũ iudices a cenſu ęris appellati. Iudices dicti
quaſi ius dicentes populo: ſiue ꝙ iure diſceptent. Iure
autē diſceptare: eſt iuſte iudicare. Non eſt autē iudex: ſi
nõ eſt in eo iuſticia. Prędides rectores prouinciæ ſunt di
cti ꝙ pręſunt. Pretores aũt quaſi pręceptores ciuitatis
& principes. Idem & quæſtores quaſi quęſitores: eo ꝙ
queſtionibus preſunt. Cõſilium enim et cauſa apud eos
eſt. Proceres ſunt principes ciuitatis: quaſi procedes: ꝙ
ante omnes honore precedant. Vnde & capita trabium
quę eminent extra parietes proceres dicuntur: eo ꝙ pri
mo procedant. Hinc autē ad primores facta tranſlatio
ꝙ a cętera multitudine prominēt. Tribuni dicti ꝙ ple=
bi vel iura vel opem tribuãt. Cõſtituti ſunt autem ſexto
ãno poſt reges exactos. Dum enim plebs a ſenatu & cõ
ſulibus p̄meretur: tunc ipſa ſibi tribunos q̄ſi proprios
iudices & defenſores creauit: qui eorum libertatem tue
rentur: & eos aduerſus iniuriam nobilitatis defenderēt.
Vnde & defenſores dicti: eo ꝙ ſibi plebem commiſſã
contra inſolentiam improborum defendant. At con=
tra nunc quidam euerſores non defenſores exiſtũt. Nu
merarii vocati ſunt qui publicum numerũ ęrariis infe=
runt. Functi ab eo ꝙ fungantᷣ officio & honore aliquo
dicti. Hinc & defunctos mortuos dicimus qui comple
uerunt vitę officia. Nihil enim iam faciunt. Municipes
i eodem municipio nati ab officio munerũ dicti: eo ꝙ
publica munia accipiunt. Munia em̄ officia ſunt. Vnde
immunes dicuntur qui nullũ gerunt officium. Munici=
pales originales ciues & in loco officium gerentes. De=
curiones dicti: ꝙ ſint de ordine curię. Officium enim
curię adminiſtrant: vnde non eſt decurio qui ſummam
non intulit vel curiam participauit. Curiales autem idē
& decuriones. Et dicti curiales: quia ciuilia munera pro
curant & exequuntur. Principales & magiſtrat⁹: & duũ
uirales: curialiũ officiorum ordines ſunt. Principales
dicti: ꝙ preſint magiſtratibus. Magiſtratus vero ꝙ ma
iores ſint reliquis officiis. Duũuirales autem qui ſuper
duos viros habent poteſtatem. Tabellio vocatus eo ꝙ
ſit portitor tabellarum. Idē exceptor: idem & ſcriba pu
blicus: quia ea tm̄ quę geſtis publicantur ſcribit. Burga=
rii a burgis dicti: quia crebra per limites habitacula cõ=
ſtituta burgos vulgo vocant: vnde & burgundionum
genti nomen inhæſit: quos quondam ſubacta germa=
nia romani per caſtra diſpoſuerũt: atq; ita nomen ex lo=
cis ſumpſerunt. Collegiati dicuntur: eo ꝙ eorum colle
gio cuſtodiiſq; deputentur qui facinus aliquod cõmi=
ſerunt. Eſt enim ſordidiſſimum gen⁹ hominum patre
incerto progenitum. Priuati ſunt extranei ab officiis pu
blicis. Eſt enim nomen magiſtratum habenti contrariũ
& dicti priuati: ꝙ ſint ab officiis curiæ abſoluti. Mercē
narii ſunt qui ſeruiunt accepta mercede. Idem & baro=
nes gręco nomine ꝙ ſint fortes in laboribus. Baris em̄
dicitur grauis ꝙ ſit fortis. Cui cõtrarius eſt leuis. id eſt
infirmus. Publicani appellantur conductores vectiga=
lium fiſci vel rerum publicarum: ſiue qui vectigalia pu
blica exigunt: vel qui per negocia ſæculi lucra ſectan=
tur: vnde & cognominati ſunt. Villicus proprie vil=
le gubernator eſt. Vnde & a villa villicus nomen ac=
cepit. Interdum autem villicus non gubernatorem vil
le: ſed diſpenſatorem vniuerſe domus; Tullio interpre=
tante ſignificat: quod eſt vniuerſarum poſſeſſionum


& villarum diſpenſatorem. Actores idem & curatores
ab agendo & curando vocati. Procuratores vero eo ꝙ
vice curatoris fungant̃: quaſi ꝓpter curatores: ſicut pro
cõſul ꝓ cõſule. Coloni ſũt cultores aduenæ dicti a cultu
ra agri. Sunt eni aliũ devenientes atq; alienũ agrũ locatũ
tenentes ac debẽtes cõditionẽ genitali ſolo ꝓpter agri
culturam ſub dñio poſſeſſoris pro eo ꝙ his locatus eſt
fundus. Coloni aũt quattuor modis dicunt̃. Nam co=
loni aut romani ſunt: aut coloni latini: aut coloni auxi=
liares: aut coloni ruris priuati. Inquilini vocati quaſi i=
colentes aliena. Non eni habẽt propriam ſedem: ſed in
terra aliena inhabitãt. Differt aũt inter inquilinũ & ad=
uenam. Inquilini enim ſunt qui emigrant & nõ perpe=
tuo permanẽt. Aduenæ aũt vel incolę aduenticii perhi=
bentur ſed permanẽtes: & inde incolę: quia iam habita
tores ſunt: ab incolẽdo. Indigenę ſunt inde geniti: & i
eodẽ loco nati vbi inhabitant. Incola aũt nõ indigenã
ſed aduenã indicãt. Peregrini dicti eo ꝙ ignorãtur eoſ
dem parẽtes a quibus orti exiſtunt: ſunt enim de lõgin
qua regione. Vrbani vocant̃ qui romę habitabãt. Qui
vero in cęteris locis: oppidani. Nam ſola roma vrbs: cę
tera oppida. Famuli ſunt ex ꝓpria ſeruoꝝ familia orti.
Serui aũt vocabulum inde traxerũt ꝙ hi qui iure belli
poſſint occidi a victoribus cõſeruabant̃ & ſerui fiebant
a ſeruando. ſ. ſerui appellati. Ancille a ſuſtẽtaculo voca
tę. Ancon enim gręce cubitus dicit̃. Vnde & ancone di
cimus. Mãcipium eſt quicquid manu capi ſubdiq; po
teſt: vt homo: equ⁹: ouis. Hęc enim aialia ſtatim vt na=
ta ſunt: mancipiũ eſſe putant̃. Nam & ea quę in beſtiaꝝ
numero ſunt: tunc vident̃ mancipiũ eſſe quãdo capi ſi=
ue domari cœperint. Ingenui dicti. quia in gñe habent
libertatẽ: non in facto ſicut liberti. Vnde & gręci eos eu
genes vocãt ꝙ ſint boni generis. Libertus autẽ vocat⁹
quaſi liberatus. Erat eni prius iugo ſeruitutis addictus.
Liberoꝝ aũt filii apud antiquos libertini appellabãtur:
quaſi de libertis nati. Nunc vero libertin⁹: aut a liberto
fact⁹ aut poſſeſſus. Manumiſſus dicit̃ quaſi manu emiſ
ſus. Apud veteres enim quotiens manumittebãt: alapa
percuſſos circũagebãt: & liberos confirmabãt: vnde &
manumiſſi dicti: eo ꝙ de manu mitterent̃. Dedititi pri
mum a deditiõe ſunt nũcupati. Deditio enim quando
ſe victi aut vincẽdi hoſtes victoribus tradũt: qbus hæc
origo nois fuit: dũ quondã aduerſus populũ romanũ
ſerui armis ſumptis dimicaſſent: victi ſe dedẽt: cõpre
hẽſiq; varia turpitudine affecti ſunt. Ex his qdã poſtea
a dñis manumiſſi ꝓpter ſuppliciorũ notas quas mani=
feſte perpeſſi ſunt: ad dignitatẽ ciuiũ romanoꝝ nõ per
uenerũt. Latini ante Romã conditam apud latinos fie
bant: nunq̃ per teſtamentũ ſed per epiſtolã libertatẽ ſu=
mẽtes. Inde quia per teſtamentũ nõ fiebãt: nec ex teſta
mento aliquid capere: nec ſuos heredes facere poterãt.
Ciues romani poſtea ſub cõſulibus per teſtamẽta in vr
be romana effecti ſunt. Dicti autẽ ciues romani: quia te
ſtamento liberi effecti: in numerũ romanoꝝ ciuiũ redi
guntur. His primũ aditus erat in vrbe roma cõmorari:
cęteris autem libertis ꝓhibebatur: ne vel in vrbe roma
vel infra ſeptimum ab vrbe miliarium commanerent.

De affinitatibus & gradibus. Cap. V.

Heredis nomẽ impoſuit ſenſus ęris: ſoluit eni
tributũ auctoris. In hoc ei vocabulo prima
ſucceſſio ẽ hęreditatis & gñis: vt ſũt filii &
nepotes. Prohęres eſt q loco hęredis fũgi
tur q̃ſi ꝓ hærede. Eſt enim aut inſtitutus: aut ſubſtitut⁹.
Pater eſt a quo naſcitur initium generis. Itaq; is pater=
familias vocitatur: Pater autem dictus eo ꝙ patratio=
ne peracta filiũ ꝓcreet. Patratio enim eſt rei venereę cõ
ſũmatio. Lucretius. Et bene patratio patrũ. Genitores
autẽ a gignẽdo: & parentes quaſi pariẽtes. Idem & crea
tores. Crementũ eni eſt ſemen maſculi: vnde aialium &
hoim corpora concipiunt̃: hinc creatores parẽtes dicũ
tur. Mater dicitur ꝙ exinde efficiat̃ aliquid. Mater eni
quaſi materia. nam cauſa pater eſt. Paterfamilias autẽ
dictus ꝙ oibus in familia ſua poſitis ſeruis: tanq̃ pater
filiis patria dilectione conſulit ſeruorumq; cõditionẽ
a filioꝝ affectu nõ diſcernit: ſed quaſi vnũ membrũ am
plectitur. Hinc enim exortum eſt nomẽ patriſfamilias
Qui autem inique dominantur in ſeruis hoc ſe nomie
nequaq̃ reputent appellari. Materfamilias inde vocatur
quia per quandam iuris ſolẽnitatem in familiam tran=
ſit mariti. Tabulę enim matrimoniales inſtrumẽta em=
ptionis ſuę ſunt. Alias ſicut matrona eſt & mater primi
pueri: ideſt quaſi mater nati: ita materfamilias illa eſt q̃
plures enixa eſt. Nã familia ex duob⁹ eſſe incipit. Auus
patris pater eſt. ab euo dictus: ideſt ab antiquitate. Pro
auus aui pater eſt: quaſi prope auum: abau⁹: proaui pa=
ter: iam lõge ab auo. Atauus: abaui pater. Tritauus: ata
ui pater: quaſi tretauus: ideſt quartus ſupra abauũ. Sed
tritauus vltimum cognitionis nomen eſt. Familia au=
tem oritur a patre: terminatur in tritauo. Filius et filia
a familie dicti ſunt: ipſi enim primi in ordine naſcẽtiũ
exiſtũt. Vnde et cornelia familia ſtirps ipſa omis a cor
nelio orta. Familie autẽ a femore. femur enim genus ẽ
et ſtirps oſtenditur. Nam familia pro ſeruis abuſiue nõ
proprie dicitur. Stirps ex longa generis ſignificatione
vocatur. Gnatus dictus quia generatus. Vnde et per g
ſcribitur. Soboles i eo ꝙ ſubſtitutio ſit generis. Qua=
dripartitus eſt aũt ordo filiorũ ita. Vnigenitus: primo
genitus medius: nouiſſimus. Vnigenitus ꝙ ſit vnicus:
nec ante nec poſt vllus. Primogenitus: ante quem nul=
lus. Medius inter omnes. Nouiſſimus: poſt oẽs. Idem
et minimus: a monade. Nouiſſimus autem propter ꝙ
nouus: quia cæteri præcedendo antiquiores exiſtunt.
Quattuor enim modis filii appellantur: natura: imita=
tione: adoptione: doctrina. Natura veluti cum dicun=
tur filii abrahæ iudæi. Imitatiõe vt ipſius abrahæ fidẽ
imitantes ex gentibus: dicente euangelio. Potẽs eſt de⁹
de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrahę: vel ſicut eoſdẽ
iudęos dominus filios eſſe dicit diaboli: a quo non no
minati vel nõ nati: ſed quem fuerant imitati. Adoptiõe
quoq; quod hũana conſuetudine nulli licet neſcire: vel

ſicut nos deo nõ natura:ſed adoptiõe dicimꝰ:pater no-
ſter q es in coelis. Doctrina:ſicut apl'a filios ſuos appel
lat eos qbus euangeliũ ꝑdicauit. Filii autẽ ideo i legibꝰ
liberi appellanť:vt iſto vocabulo ſecernanť a ſeruis: qa
ſicut ſeruꝰ in poteſtate eſt dñi:ſic filiꝰ in poteſtate eſt pa
tris. Inde etiã filio fit emãcipatio:vt ſit liber a patre:ſi-
cut fit ſeruo manumiſſio:vt ſit liberatꝰ a dño. Itẽ liberi
dicti:q a ex libero ſunt matrimonio orti. Nã filii ex libe
ro et ancilla ſeruilis cõditiõis ſunt. Semꝑ ei q naſciť de
teriorẽ parentis ſtatũ ſumit. Naturales aũt dicunť inge-
nuarũ cõcubinarũ filii quos ſola natura genuit:nõ ho-
neſtas cõiugii. Idẽ & pueri a pube. Adoptiuꝰ filius ẽ qui
aut patre iuſto aut auo aut ꝓauo cuiꝰ poteſtate ꝑ eman-
cipationẽ eſt traditꝰ in alienã poteſtatẽ qui vtriuſqꝫ fert
nomẽ:vt flauius ęmiliꝰ vel ſcipio paulus. Gemini ſunt
nõ duo tñ ſimul nati:ſed etiam plures. De geminis ãt
vno abortiuo: alter qui legitime natus fuerit vopiſcus
noiať Poſthumꝰ vocať eo qꝫ poſt hũationẽ pĩis naſciť
ideſt poſt obitũ. Iſte & defũcti nomẽ accepit: ſic eni lex
voluit vt q de defũcto naſciť defũcti noie appelleť. No
thus diciť q de patre nobili & matre ignobili gigniť:ſi
cut ex cõcubina. Eſt aũt hoc nomẽ graecũ & in latinita
te deficit. Huic cõtrariꝰ ẽ ſpuriꝰ q de matre nobili & de
patre ignobili naſciť. Itẽ ſpurius patre incerto matre vi
dua genitꝰ velut tñ ſpurii filiꝰ qa muliebrẽ naturã vete
res ſpurium vocabanť:velut απο τουσπορου hoc eſt
ſeminis nõ pĩis noie. Eoſdẽ & fauonios appellabãt: qa
quaedã aialia fauonio ſpũ hauſto cõcipere exiſtimanť.
Vnde & hi q nõ ſũt de legitimo matrimonio matrem
potiꝰ q̃ patrẽ ſequunť. Latini aũt ſpurii quaſi extra pu-
ritatẽ .i. quaſi imũdi. Nepos eſt q ex filio natꝰ eſt. Dictꝰ
aũt nepos quaſi natꝰ poſt. Primũ eni filiꝰ naſciť: deinde
nepos. Gradus eni ſubſtitutionis eſt. Hinc & poſteritas
quaſi poſtera aetas. Nepos autẽ vtriuſqꝫ ſexus eſt. Nã vt
nepotis dicamꝰ in iure eſt ꝓpter diſcretionẽ ſucceſſiõis
admiſſũ Pronepos eſt qui ex nepote cõceptus natuſqꝫ
eſt. Et dictus pronepos quaſi natus porro poſt. Ex hoc
quoqꝫ gradu icipit vocari & ꝓgenies:quaſi porro poſt
geniti. Nam filii & nepotes nõ ſunt ꝓgenies: quia non
eſt in eis longa poſteritas. Sicut autẽ inferius lõge editi
progenies dicũtur: ita ſuperius proaui attauiqꝫ proge-
nitores appellanť:quaſi porro generãtes. Pronepos di
ctus quia ꝓpter nepotẽ. Abnepos quia ſeiungitur a ne
pote. Eſt enim inter illũ et nepotẽ pronepos. Adnepos
abnepotis filiꝰ. Trinepos adnepotis filius:quia poſt ne
potem quartus in ordine eſt quaſi tetranepos Minores
autem non dicimus niſi quotiens graduum deficit no
men vt puta filius nepos ꝓnepos abnepos adnepos tri-
nepos. Vbi iſti gradus defecerint:merito iã dicimꝰ mi
nores: ſicut & maiores dicimus poſt patris aui proaui
abaui attaui tritauiqꝫ vocabulum.

HOc loco neceſſariũ eſt exponere quẽadmo-
dũ gradꝰ cognatiõis numerenť Qua i re in
primis admonẽdi ſumꝰ qꝫ cognationũ aliç
ſupra numeranť:aliç infra: aliç ex tranſuer-
ſo:quç etiã a latere dicũtur. Superior cognationẽ parẽ-
tum:inferior liberorũ Ex trãſuerſo fratrũ ſororũve:eo
rũqꝫ qui ex his progeneranť:& cõſequẽter patrui:ami-
tę.auũculi materterę. Et ſuperior quidem & iferior co
gnatio a primo gradu incipit:at ea quç ex trãſuerſo nu
meratur a ſecũdo. Primo gradu eſt ſupra pater:infra fi
lius filia. Secundo ſupra auus auia: infra nepos neptis.
Ex trãſuerſo frater & ſoror. Tercio ſupra ꝓauus ꝓauia
infra ꝓnepos proneptis. Ex trãſuerſo fratris ſororiſqꝫ
filius filia:& cõſequẽter patruus amita/auũculus mater
tera. Patruꝰ eſt patris frater:qui gręce πατρωσ vocať
Auũculus eſt matris frater: qui apud graecos proprie
μητρωσ appellatur & ꝓmiſcue θειοσ diciť. Amita eſt
patris ſoror:matertera vero ẽ matris ſoror:vtraqꝫ θειοσ
vel apud quoſdam τηθισ appellatur. iiii. gradu ſupra
abauus abauia: infra abnepos abneptis. Ex tranſuerſo
fratris ſororiſqꝫ nepos neptis. & conſequenter patruus
magnꝰ:amita magna. i. aui frater & ſoror. Item auũcu-
lus magnus & matertera magna. i. auiae frater & ſoror
Cõſobrinus cõſobrina. i. qui quęve ex fratribus aut ſo-
roribus progenerãtur. Sed quidã recte cõſobrinos eos
proprie putant dici qui ex duabus ſororibus ꝓgenerã-
tur quaſi cõſororinos. Eos vero qui ex duobus fratribꝰ
progeneranť ꝓprie patrueles vocari. Si aũt ex duobus
fratribus ſorores naſcanť:ſorores patrueles vocanť. At
eos qui ex fratre & ſorore ꝓgeneranť amitinos proprie
dici. Amitę tuę filii cõſobrinũ te appellant:tu illos ami
tinos. Quinto gradu ſupra atauus atauia: ĩfra atnepos
atneptis:ex trãſuerſo fratris ſororiſqꝫ pronepos prone
ptis:& conſequẽter propatruus proamita. i. proaui fra-
ter & ſoror. proauunculus promatertera. i. proauię fra
ter & ſoror. Item fratris patruelis ſororis patruelis:cõ-
ſobrini & cõſobrinę:amitini & amitine filius filia:pro
pior ſobrinꝰ ſobrina. Hi ſunt patrui magni: amitę ma-
gnę:auũculi magni:materterę magnę:filiꝰ filia. Sexto
gradu ſunt ſupra:tritauus tritauia:infra trinepos trine-
ptis. Ex trãſuerſo fratris ſororiſqꝫ abnepos abneptis &
cõſequẽter abpatruus abamita. i. abaui frater et ſoror:
abauũculus abmatertera. i. abauię frater et ſoror. Item
ſobrini ſobrineqꝫ. i. qui quęve ex fratribꝰ vel ſororibꝰ
patruelibꝰ vel cõſobrinis vel amitinis ꝓgeneranť. Ha-
ctenus oſtẽdiſſe ſufficiat quẽadmodum gradus cogna
tiõis nũeranť. Nãqꝫ ex his palam eſt intelligere quẽad
modũ vlteriꝰ quoſqꝫ gradus nũerare debemꝰ. Quippe
ſemꝑ narrata q̃qꝫ ꝑſona gradũ adiiciat: vel lõge faciliꝰ
ſit reſpõdere quoto quiſqꝫ gradu ſit q̃ ꝓpria cognatio
nis appellatione quẽq̃ denotari. Agnationis gradus eo
dem modo numerẽtur. Sed cũ magna veritas occulata
fide q̃ ꝑ aures animis hoim infigit: ideo neceſſariũ du
ximꝰ poſt narrationẽ graduũ etiã eos in ꝑſenti libro in
ſcribi quatenus poſſint et ex auribꝰ et ex oculoꝝ inſpe
ctione adoleſcentes perfectiſſimã graduũ doctrinã adi
piſci. Stẽmata dicunť ramuſculi quos aduocati faciunt
in gñe cũ gradus cognationũ partiunť:vt puta ille filiꝰ
ille pr̃:ille auus ille attauꝰ et cęteri quorũ figurę hę ſunt



Hec
est
arbor
con.
sangui.
ni.
tatis.

De agnatis & cognatis. Cap. VI.

AGnati dicti eo ꝙ accedant pro natis dum deſunt
filij. Qui ideo prius in gente agnoſcuntur: quia ve
niunt per virilis ſexus perſonas: veluti frater eodem pa
tre natus: vel fratris filius: nepos: vel ex eo. Itẽ patruus
Cognati dicti: quia ſunt & ipſi propinquitate cognatio
nis coniuncti. Qui inde poſt agnatos habenť. quia per
fœminini ſexus perſonas veniunt: nec ſunt agnati: ſed
alias naturali iure cognati. Proximus propter proximi
tatem ſanguinis appellatus. Cõſanguinei vocati eo ꝙ
ex vno ſanguine: id eſt ex vno patris ſemine nati ſunt.
Nam ſemẽ viri ſpuma eſt ſanguinis ad inſtar aq̃ in ſco-
pulos colliſæ: quæ ſpumam candidam facit: vel ſicut vi
num nigrum ꝙ in calice agitatum ſpumã albentẽ red-
dit. Fratres dicti. eo ꝙ ſint ex eodem fructu. i. ex eodem
ſemine nati. Germani vero de eadem genitrice naſcen
do manẽtes nõ vt multi dicũt. de eodẽ germine: q tãtũ
fratres vocanť: ergo fr̃es ex eodẽ fructu: germani ex ea
dem genitrice manãtes. Vterini vocati eo ꝙ ſint ex di-
uerſis pr̃ibus & vno vtero editi. Nã vterus tãtũ mulie-
ris eſt. Quattuor aũt modis fr̃es dñr in diuinis ſcriptu-
ris: natura: gẽte: cognatione: affectu. Natura. vt eſau &
iacob: andreas & petrus: iacobus & iohannes. Gẽte: vt
oẽs iudæi fr̃es iter ſe vocanť: vt in deuteronomio. Si au
tem emeris fr̃em tuũ qui eſt hebręus. Et apoſtolus. Op
tabam inq̃t ego anathema eſſe a xp̃o ꝓ fratribus meis
qui ſunt cognati mei ſecũdũ carnẽ q ſunt iſraclitę. Por-
ro cognatione fratres vocanť q ſunt de vna familia: id ẽ
patria: quas latini paternitas interp̃tantur. cum ex vna
radice multa generis turba diffunditur: vt in geneſi di-
xit abraham ad loth. Non ſit rixa inter me & te & iter
paſtores meos & paſtores tuos: q͡a fr̃es ſumus: Et cer-
te loth nõ erat frater abrahę: ſed filius fr̃is eius aram.
Quarto mõ affectu fr̃es dicti: qui in duo ſciduntť: ſpecia
le & commune. Speciale quo oẽs xp̃iani fratres vocan
tur: vt Ecce q̃ bonum & q̃ iocũdum habitare fratres in
vnũ. In cõmune autẽ cũ & oẽs hoies ex vno patre nati:
pari iter nos germanitate coniũgimur: ſcriptura loquẽ
te. Dicite his q oderũt vos: fr̃es noſtri vos eſtis. Germa
na ita intelligitur: vt germanus eadẽ genitrice manãs:
Soror autem vt frater. Nam ſoror eſt ex eodẽ ſemine:
dicta ꝙ ſola cum fratribus in ſorte agnationis habeať.
Fratrum filij patrueles dicti eo ꝙ patres eorum germa
ni fratres inter ſe fuerunt. Conſobrini vero vocati q aut
ex ſorore & fr̃e: aut ex duabus ſororibus ſũt nati. quaſi
conſobrini. Fratrueles autem materterę filij ſũt. Sobri
ni conſobrinorũ filij. Thius gręcum nomẽ eſt. Patruus
frater patris eſt: q͡ſi pater alius. Vnde & diſcedente pa
tre pupillũ prior patruus ſuſcipit: & quaſi filiũ lege tue-
tur. Auunculus eſt matris frater: cuius nomen formam
diminutiui habere videtur: quia ab auo venire mõſtra-
tur. Amita eſt ſoror patris: quaſi alia mater. Matertera
eſt ſoror matris: quaſi altera mater. Socer eſt qui filiã
dedit. Genere eſt qui filiam duxit. Gener autem dictus
ꝙ aſciſcatur ad augendum genus. Socer autẽ & ſocrus
quod generũ vel nurũ ſibi aſſociauit. Vitricus autẽ qui
vxorem ex alio viro filium aut filiam habentem duxit.
Et dictus vitricus quaſi nouitricus ꝙ a matre ſuperdu-
cať nouus. Priuignus eſt qui ex alio pr̃e natus ẽ: & priui
gnus dici putať: quaſi priuigenus: q͡a prius genitus. Vn-
de & vulgo ante natus. Vocabula aũt a gente hęc vidẽ
tur declinata: genitor genitrix agnati agnatę: cognati
cognatę: ꝓgenitores ꝓgenitrices: germani germanæ.
Hæc cõſanguinitas dum ſe paulatim ꝓpaginum ordi-
nibus dirimẽs vſq; ad vltimũ gradũ ſubtraxerit: & ꝓpi-
quitas eſſe deſierit: eam rurſus lex matrimonij vinculo
repetit & quodam modo reuocat fugientẽ. Ideo autẽ
vſq; ad ſextum generis gradũ cõſanguinitas cõſtituta
eſt: vt ſicut ſex ætatibus mũdi gñatio & hois ſtatus fini
tur: ita propinquitas generis tot gradibus terminareť.

Item de prædictis affinitatibus.

AVctor mei generis pater mihi eſt: ego illi filius aut
filia. Patris mei pr̃ mihi auus: ego illi nepos aut
neptis. Patris mei auus mihi proauus: ego illi ꝓnepos
aut proneptis. Patris mei proauus mihi abauus ẽ: ego
illi abnepos aut abneptis. Patris mei abauus mihi ata
uus eſt: ego illi adnepos aut adneptis. Pr̃is mei atauus
mihi tritauus ẽ: ego illi triepos aut trieptis. De patruis.

PAtris mei frater mihi patruus eſt. ego illi fratris fi-
lius aut filia. Patrui mei pater mihi pater magnus
eſt: ego illi filij fr̃is filius aut filia. Patrui mei auus mihi
ꝓpatruus eſt: ego illi filij filię nepos aut neptis. Patrui
mei ꝓauus mihi ad patruus eſt: ego illi nepotis aut ne-
ptis filius aut filia. De amitis.

PAtris mei ſoror mihi amita eſt: ego illi fratris filius
aut filia. Amitę meæ mater mihi amita magna ẽ:
ego illi filiæ fratris filius aut filia. Amitæ meæ auia mi-
hi ꝓamita eſt: ego illi neptis filius aut filia. Amitæ meę
proauia mihi abamita eſt: ego illi neptis nepos aut ne
ptis. De auunculis.

MAtris meę frater mihi auunculus eſt: ego illi ſoro-
ris filius aut filia. Auunculi mei pater mihi auun-
culus magnus ẽ: ego illi filij ſororis filius aut filia. Auũ-
culi mei auus mihi proauunculus eſt: ego illi filij nepos
aut neptis. Auunculi mei proauus mihi abauũculus eſt
ego illi neptis filius aut filia.

De materteris:

MAtris meę ſoror mihi matertera eſt: ego illi ſoro-
ris filius aut filia. Matertere meę ſoror mihi ma-
tertera magna eſt: ego illi ſororis nepos aut neptis.
Auię meæ ſoror mihi ab matertera eſt: ego illi ſororis
pronepos aut proneptis. Proauiæ meæ ſoror mihi pro
matertera eſt; ego illi neptis filius aut filia.

De coniugijs. Cap. VII.

VIr ſexũ ſignificat: non cõiugium. niſi adieceris: vir
eius. Maritus vero etiam ſine adiectione coniugẽ
ſonat: & a mare maritus: quaſi mas. Eſt enim nomen
primę poſitionis: quod facit in diminutione maſculus:
in deriuatiõe maritus. Spõſus a ſpõdendo vocatus. Nã
ãte vſũ tabellaꝝ mr̃imõij cautiões ſibi iuicẽ emittebãt

in quibus ſpōdebant ſe inuicē conſentire in iura matri=
monii:& fideiuſſores dabant. Vnde & admiſſum eſt vt
ſpōſum dicamus virū a ſpōdendo:& ſpōſam ſimiliter.
Cęterū ꝓprie ſpōdere velle eſt. Ergo ſpōſus nō qa pro
mittitur:ſed qa ſpōdet & ſponſores dat. Arrabo dicta:
quaſi arrabona. Quod eni daſ pro cōiugio:bene datur
cōiugiū bonū eſt:qđ vero cauſa fornicatiōis aut adulte=
rii:malum eſt:iccirco arrabo non eſt. Dicta aūt arra a re
pro qua tradiſ. Eſt aūt arra nō ſolū ſponſio coniugalis:
ſed etiā pro qualibet ꝓmiſſa re data vt compleaſ. Proci
nuptiarū petitores a ꝑcando & petēdo dicti. Pronuba
dicta eo ꝙ nubētibus pręeſt:quęq; nubentē viro cōiun
git:ipſa eſt & paranympha:nā nympha ſponſa in nupti
is:& nympha ꝑ lauationis officio: qđ & ad nomen nu=
bentis alludiſ. Cōiuges appellati ꝓpter iugū qđ iponi=
tur matrimonio cōiungēdis. Iugo eni nubētes ſubiici
ſolēt ꝓpter futurā concordiā ne ſeparenſ. Cōiuges autē
verius appellanſ a prima deſpōſatiōis fide:q̄uis adhuc
inter eos ignoreſ cōiugalis cōcubitus:ſicut ioſeph ma
ria coniunx vocaſ:inter quos nec fuerat nec futura erat
carnis vlla cōmixtio. Nuptę dictę ꝙ vultus ſuos velēt:
tranſlatū nomē a nubibus q̄bus tegiſ cęlū. Vnde & nu
ptię dicunſ ꝙ ibi primū nubentium capita velanſ. Ob
nubere enim cooperire eſt. Cui cōtraria innuba hoc eſt
innupta:quę adhuc vultū ſuum non velat. Vxores vo=
catę quaſi vnxiores. Moris enim erat antiquitus vt nu=
bentes puellę ſimul venirent ad limen mariti: & poſtes
anteq̄ ingrederenſ ornarēt laneis vittis:& oleo vngeren
tur: Et inde vxores dictę quaſi vnxiores:quę ideo veta
bantur limina calcare:ꝙ illic ianuę & coeant & ſeparen
tur. Matrona eſt quę iam nupſit:& dicta matrona qua=
ſi mater nati:vel qa iā mater fieri poteſt. vnde & matri=
moniū dictū. Diſtinguiſ aūt inter matronā & matrem
matrēq; familias. Nam matronę:quia iam in matrimo
nium cōuenerūt:matres quia genuerūt: matresfamilię
quia iam per quādam iuris ſolēnitatē in familiā mariti
tranſierunt. Monogam⁹ dictus:quia vni tm̄ nupſit. Mo
no enim apud grecos vnū dicitur:gamos nuptię inter=
pretātur. Bigamus autem & trigamus a numero vxorū
vocatus:quaſi duaꝝ vel triū maritus. Vidua vocata ꝙ
cū viro vno fuerit: nec circa conſortiū alterius viri poſt
mortē primi cōiugis adheſerit Nā quę alteri poſt mor
tem prioris viri nupſerint:viduę nō dicūtur. Itē vidua
dicta ꝙ ſola ſit:nec circa cōſortiū alteri⁹ viri cōiugalia
iura cuſtodiat. Fratris vxor fratriſſa vocaſ. Mariti frater
leuir diciſ. Duoꝝ inter ſe fratrū vxores ianitrices vocā=
tur:quaſi eandē ianuā terentes:vel per eandē ianuā iter
habentes. Viri ſoror glos appellaſ. Sororis vir ſpeciale
nomē nō habet:nec vxoris frater. Matrimoniū eſt no=
bilium iuſta conuentio & conditio. Cōiugium eſt legi
timaꝝ perſonarum inter ſe coeūdi & copulādi nuptię
Cōiugium eſt dictū quia cōiuncti ſunt: vel a iugo quo
in nuptiis copulētur:ne reſolui aut ſeparari poſſint. Cō
nubium aūt nō a nupta ſed a nubēdo formatū. Dicitur
autē cōnubiū:cū ęquales in nuptias coeunt: vtputa ci=
ues romani:pari vtiq; dignitate. Cōnubium aūt nō eſt
cū ciuis romanus cū latina iungiſ. Quotiens aūt cōnu
bium nō eſt:filii patrē nō ſequūtur. Hymenęus diciſ
a quodam hymenęo qui primus proſpere vſus eſt nu=
ptiis:vel apo tu hymenos:quę membranę virginitatis
eſt clauſtrū. Contuberniū eſt ad tēpus coeundi conuen
tio. vnde & tabernaculū quod modo huc modo illuc
pręfigitur. Repudium eſt quod ſub teſtimonio teſtiū
vel pręſenti vel abſenti mittiſ. Diuortium ē quotiēſ cū=
q; diſſoluto matrimonio. alter eoꝝ alteras nuptias ſeq
tur. Diuortium autē dictum a flexu viarum:hoc eſt vias
in diuerſa tendentes. Friuolum eſt cum eo animo ſepa
rantur vt rurſum ad ſeinuicem reuertantur. Nam friuo
lum eſt velut quaſſę mētis & fluxę nec ſtabilis. Proprie
autem friuola vocantur:fictilia vaſa inutilia. Tres autē
ob cauſas ducitur vxor. Prima eſt cauſa plis:de qua le=
gitur in geneſi:& benedixit ei dicens. Creſcite & mlti
plicamini. Secūda cauſa adiutorii:de qua ibi in geneſi
dicitur Non eſt bonum hominem eſſe ſolum:faciam⁹
ei adiutorium ſimile ſibi. Tercia cauſa incōtinētię. Vn
de dicit apoſtolus:vt qui ſe nō continet nubat. In eligē
do marito quattuor ſpectari ſolent:virtus:genus: pul=
chritudo:ſapiētia. Ex his ſapientia potētior eſt ad amo
ris effectū Refert hęc quattuor Virgilius de ęnea ꝙ his
dido impulſa eſt in amorem ei⁹. Pulchritudine: quem
ſeſe ore ferēs. Virtute:q̄ forti pectore & armis. Oratio=
ne:heu quibus ille iactatus fatis quae bella exhauſta ca=
nebat. Genere. credo ę quidem nec vana fides gen⁹ eſſe
deorum Item in eligenda vxore quattuor res impellūt
hominē ad amorem:pulchritudo:genus:diuitię:mo=
res. Melius tamen ē ſi in ea mores quęrātur q̄ pulchri
tudo. Nunc autem illę quęruntur: quas aut diuitię aut
forma:non quas probitas morum cōmendat. Ideo au
tem fœminę ſub viri poteſtate conſiſtunt: quia leuitate
animi plęrūq; decipiuntur. Vnde et ęquum erat eas vi
ri auctoritate reprimi. Proinde et veteres voluerūt fœ=
minas innuptas q̄uis pfectę ætatis eſſēt:propter ipſam
animi leuitatem in tutela conſiſtere.

Finit liber nonus.

Incipit liber decim⁹ de quibuſdā vocabulis nomi
num per alphabetum diſtinctis.

ORigo quorūdā nominū id eſt vnde veniant
non pene oībus patet. Proinde quędā no=
ſcēdi gratia:huic operi interiecimus. Licet
origo nominū:vñ veniāt:a philoſophis eā
teneat rationem:vt per denomiationem homo ab hu=
manitate;ſapiēs a ſapientia noietur. qa prius ſapientia
deinde ſapiens:tm̄ claret alia ſpecialis in origine quorū
dā noim cauſa:ſicut homo ab humo. vñ proprie eſt ap
pellat⁹. Ex q̄bus exēpli gratia q̄dā in hoc ope poſuim⁹
TEros vir fortis et ſapiēs. Auctor ab augēdo
dict⁹. Auctorē fœminino gn̄e dici nō poſ=
ſe. Nā quędā ſūt q̄ in fœminino gn̄e flecti
nō pn̄t:vt curſor. Actor ab agēdo. Alūnus

ab alendo vocatus:licet & qui alit & qui alitur alumnꝰ
dici poſſit.i.& qui nutrit & qui nutritur:ſed melius ta=
men qui nutritur. Amicus per deriuationem quaſi ani
mi cuſtos. Dictus autē proprie amicus ab hamo. i.a ca
thena charitatis:vnde & hami ꝙ teneant Amator turpi
tudinis:quia amore torquetur libidinis. Amabilis aūt
ꝙ ſit amore dignus. Amaſius eo ꝙ ſit pronus ad amo
rē. Aſtutus ab aſtu vocatus:quod eſt callidi & cauti no=
minis:qui poſſit ſine periculo fortiter aliqd facere. Ar=
gutus:quia argumentū cito inuenit in loquēdo. Acer:
in vnāquāq; formam vegetus ac nimius. Alacer a velo=
citate & curſu:quaſi diceret aliger. Armiger : ꝙ arma
gerat. Alacris letꝰ:alacriter geſtiēs:& nulliꝰ rei nouita=
te turbatus. Agilis ab agēdo aliquid celeriter: ſicut do
cilis. Aemulꝰ:eiuſdem rei ſtudioſus:quaſi imitator &
amabilis:alias inimicus inuenitur. Aequus eſt ſecūdū
naturam iuſtus:dictus ab ęqualitate hoc eſt ab eo ꝙ ſit
ęqualis. vnde & ęquitas appellata ab ęqualitate quadā
ſcilicet Aequeuꝰ:eo ꝙ ſit alteri ęqualis euo.i.coetaneꝰ
Arrogans:eo ꝙ multum rogetur & ille multū faſtidio
ſus ſit. Audax proprie pro arrogante ponitur. Animo=
ſus:eo ꝙ ſit animis & viribus plenus. Animatus: quaſi
animo auctus & quaſi animo firmatꝰ. Aelatus : pro eo
ꝙ ſeipſum ſuper mēſuram eleuet:dum magnus ſibi vi
detur de his quę agit. Attollēs ꝙ ſe eleuet & rigat. am
bitioſus ꝙ honores ambiat. Auidus dictus ab auendo
auere enim cupere eſt. Hinc et auarꝰ. Nam quid eſt aua
rum eſſe?progredi vltra q̄ ſufficit. Auarus ex eo dictus
ꝙ ſit auidus auri & nunq̄ opibus explcatur : & quantū
plus habuerit tantum plus cupiat. Flacci ſuper hoc con
cordante ſententia:qui ait. Semper auarus eget & Salu
ſtius ꝙ neq; auaricia copia neq; iopia minuatur. Ama
rus a ſapore tranſlatū nomen habet. Eſt enim inſuauis
nec nouit queq; ad conſortiū ſuum aliqua inuitare dul
cedine. Adulter violator maritalis pudoris:eo ꝙ alteri
us thorum polluit. Anceps huc illucq; fluctuans ac du
bius:iſtud an illud capiat:& in qua parte declinet anxi=
us. Atrox: ꝙ ſit tetris moribus Abſtemius a temeto.i.
vino:quaſi abſtinēs a vino. Ablactatꝰ: ꝙ ſit a lacte abla
tus. æger ꝙ agatur infirmitate vel triſticia ad tempus
ægrotus ꝙ ſit eger frequentius:ſicut iratus & iracun=
dus. ærūnoſus:a rumine dictus ꝙ per inopiam miſer
factus eſuriat & ſitiat. Auſpex eo ꝙ auium auſpicia itē=
dat. ſicut auceps:& aues capiat. Aſtroſus ab aſtro dictꝰ
quaſi malo ſidere natus Aenormis eo ꝙ normā & mē=
ſuram excedat. abactor eſt fur iumentorū & pecorum
quem vulgo abigeum vocant:ab abigendo.ſ. Atramꝰ
& albatus:ille a veſte nigra:iſte ab alba. aduena eo ꝙ a=
liunde aduenit. alienigena:qui ex alia gente genitus ē:
et non ex ea vbi eſt. Item alienigena ꝙ alienę regionis
ſit et non eius vbi eſt. Accola eo ꝙ adueniens terrā co
lat. agricola a colēdo agro: ſicut ſiluicula. aſſecla eo ꝙ
ſequatur aliquē lucri cauſa:aſſiduus dicebatur apud an
tiquos:qui aſſibus ad ęrarium expenſum conferendis
preerat:et in negociis quoq; publicis frequens : vñ et
per ſ non per d ſcribendum eſt. Apparitor nominatus
ꝙ appareat et videatur:et prēſto ſit ad obſequiū. atten=
tus vt aliquid audiens teneat. attonitus veluti furore
quodam inſtinctus atq; ſtupefactus. Dictus autē atto=
nitus a tonitrui ſtrepitu. quaſi tonitruo ſtupefactus : et
vicino fulgore aut tactu proximus. allectus ꝙ ſit palā
electus. abactus: ꝙ ſit ab actu remotus. abortiuus eo ꝙ
non oriatur:ſed aboriatur et excidat. adoptiuꝰ: qui ē pa
lam adoptatus in filium. ambo : ab eo ꝙ eſt α μ φ ω
nomen de gręco latinum factum littera tercia demuta
ta. alius de multis dicitur. alter vero e duobus vocatur.
æquimanus appellatur qui vtraq; manu gladio incun=
ctanter vtitur.

BEatꝰ dictus:quaſi bene auctus.ſ.ab habendo
qđ velit:et nichil patiendo quod nolit Ille aūt
vere beatus eſt qui habet oia quæ vult bona:
et nihil vult mali. Ex his eni duobus beatus
homo efficitur Bonus a venuſtate corporis creditur di
ctus:poſtea et ad animum tranſlatum nomen. Eum au
tem dicimus bonū cui non pręualet malum:eūq; opti
mum qui peccat minimū. Benignus eſt vir ſpōte ad be
nefaciendum paratus et dulcis alloquio. Non aūt mul=
tum diſtat benignus a bono:quia et ipſe ad benefaciē=
dum videtur expoſitꝰ. Sed in eo differt quia poteſt bo=
nus eē et triſtior: et bene quidē facere et pręſtare quod
poſcitur:non tamen ſuauis eſſe nouit conſortio. Beni=
gnus autē ſua cunctos nouit inuitare dulcedine. Bene=
ficus a benefaciendo alteri dictus. Vnde et beneficētia
vocatur quę ꝓximo ꝓdeſt. Beniuolus: quia beneuult.
Non tamen dicimus beneuolus: ſicut nec maleuolus :
Sæpe enim ex duabus artibus cōpoſitum nomen : aut
priorem aut ſequentem litterā corrūpit. Nam beneuo
lentia abſurdum ſonat Blandus dulcis et inuitans ad fa
miliaritatē ſui. Brutus:quaſi obrutus: quia ſenſu caret.
Eſt enim ſine ratione:ſine prudentia Vnde et ille. Iuniꝰ
brutus ex ſorore tarquinii ſuperbi genitus cū eundem
caſum timeret quem frater inciderat:qui ob diuitias et
prudētiam ab auunculo fuerat occiſus:vtilem tēporis
ſtulticiam ſimulauit. Vnde etiam Brutus eſt cognomi
natꝰ dū vocaretur iunius. Balbus a balando potius q̄ a
loquendo dictus:verba enim non explicat. Inde et ble
ſus:quia verba frangit Bucco garrulus: ꝙ cæteros oris
loquacitate non ſenſu exuperet. Biloſus ꝙ ſit ſemꝑ tri=
ſtis ab humore nigro qui bilis vocatur Barburrus: ſtul
tus ineptus. Biothanatꝰ. ꝙ eſt bis mortuus. Thanatos
enim gręco ſermone mors dicitur.

CLarus a coelo ꝙ ſplēdeat Vñ & clara dies ꝓ
ſplēdore coeli Cęlitꝰ a cęlo dictꝰ ꝙ ſit ſubli
mis et altꝰ q̄ſi cęleſtis. Caſtꝰ: primū a caſtra
tione nūcupatus. poſtea placuit veteribꝰ eti=
am eos ſic nominari: qui perpetuam libidinis abſtinē=
tiam pollicebantur. Cęles dictus:quia iter ſibi facit ad
cęlum. Cęlebs connubii expers qualia ſunt nomina in
cęlo quę abſq; coniugibus ſunt. Et cęlebs dicitur : q̄ſi
cęlo beatus. Cęlicola: eo ꝙ cęlū colat Eſt enim angelꝰ

Continens nō ſolum in caſtitate dicif:ſed ī cibo & po
tu.in ira quoq3 & vexatione mētis & detrahēdi libidi=
ne. Et continens dicif q ſe a multis malis abſtineat.Cle=
mēs:miſericors ab eo q cluat.i.ptegat & tueatur: ſicut
ſolet patronus clientē.Concors a coniunctione cordis
eſt appellatus.Nā ſicut conſors dicitur qui ſortē iungit
ita ille concors dicitur:qui corde iungitur. Cōcionator
multitudinis allocutor. Cōſolator vnius allocutor. Et
inde dictus cōſolator:q ſoli ſe applicet cui loquitur:&
ſolitudinē leuat alloquio ſuo. Hinc & ſolatium. Cōſul=
tus eſt qui conſulitur:cui contrarius eſt incōſultus : qui
non accipit conſiliū.Cōſtans dictus:q vndiq3 ſtat: nec
in aliquā partē declinari poteſt.Confidens q ſit in cun=
ctis fiducia plenus.Vnde & Cicilius.Si confidentiā ha=
bes confide oīa. Cautus a cauendo dictus. Callidus:
fraudulentus.quia celare nouit & male peritus. Callidū
autē veteres nō pro aſtuto tantū ſed etiā p aſtute docto
ponebāt.Hūc & verſutū ab eo:q animū cito vertat. Cu
pidus a cupiendo multū.i.accipiendo vocatus. Clamo
ſus quaſi calamoſ⁹:a calamo.ſ.q ſonet.Calūniator fal=
ſi criminis accuſator:a caluēdo.i.fruſtrādo & decipien
do dictus.Calculator acalculis.i.lapillis minutis : quos
antiq in manu tenētes nūeros cōponebāt. Cōpilator q
aliena dicta ſuis pmiſcet:ſicut ſolent pigmentarii i pila
diuerſa mixta cōtūdere.Hoc ſcelere quondā accuſabat
mātuan⁹ ille vates cū quoſdam verſ⁹ Homeri trāſferēs
ſuis permiſcuit.& cū cōpilator veterū ab emulis dicere
tur:ille reſpōdit magnarū eſſe viriū clauē herculi extor
quere de manu.Cōtumax ab eo q contēnat.Chromati
cus:quia nō cōfundit nec colorē mutat.Græce eñ chro
ma color vocat.Cōtumelioſus:q velox eſt & tumet in
verbis iniurię.Cōtentioſ⁹ ab intētione vocat⁹:q nō ra
tione aliq:ſed ſola pertinacia vindicat.Contēptibilis:vt
q contēptui habilis:vel q cōtemptus & vilis id eſt ſi=
ne honore.Crudelis:hoc eſt crudus:quē greci homon
appellant:per trāſlationē qſi nō coctus nec eſui habilis.
Eſt eñ aſper & durus.Carnifex q carnē afficiat.Crucia
rius:eo q ſit cruce dignus.Collega a colligatiōe ſocia=
tis & cōplexu amicitie dict⁹.Coętane⁹:qſi cōpar ętatis.
Cōplex q vno peccato vel crimine alteri eſt applicatus
ad malū.Ad bonū vero nūq dicim⁹ cōplicē.Cōſors:eo
q ad eū ps ptinet & bonoꝝ.Nā ſortē veteres p pte po
nebant.Conſors ergo q ſit cōmunis ſorte:ſicut diſſors
diſſimilis ſorte.Celer appellatus a celeritate:quia quod
vſus exigit velocius facit.Confinialis:ab eo q ſit gene=
re vel loco affinis.Colonus a colonia:vel ab agro colen
do dictus.Curator:q curam ferat pueris qui adhuc ei⁹
ętatis ſunt:vt negocia ſua ſatis adminiſtrare nō poſſint
Cognitor:a cognoſcēdo cauſam dict⁹. Clientes: prius
colenteſ dicebantur a colēdis patronis. Captus:captiu⁹
dicitur quaſi capite diminutus ingenuitatis:fortuna eñ
ab eo excidit.vnde & a viris peritis capite diminut⁹ di=
citur.Colonus a columna vocatus:eo q erectus & fir=
miſſimus ſit.Cōpt⁹ a coma dict⁹.q ſit formoſus capil
lis vel quia comā nutrit. Calamiſtrat⁹ a calamiſtro.i.acu
ferreo icalami ſimi'itudine facto i quo crines obtorquē
tur:vt criſpi ſint:quē i cinere calefacere ſolēt q capillos
criſpant:vt calamiſtrati ſint.Corpulēt⁹ q ſit corporeva
lidus:& lētis carnib⁹.Craſſus a ſaginato corpore:a creā
do carnes.Comeſſor a comedēdo ſatis. Eſt eñ gulę ac
vētri imoderatę dedit⁹.Caupo peſſimus de vino aquā
faciēs.Candid⁹.canus dict⁹ a candore:& cādid⁹ qſi cā=
dori dat⁹.Studio eñ accedit candor.Nā albū vocari na
turę eſt.Clod⁹:curuus:criſpus. Cęc⁹ appellat⁹ q careat
viſu.Eſt eñ luminibus amiſſis.Cęc⁹ eſt q vtroq3 oculo
non videt.Caduc⁹ a cadendo dict⁹.i.lunatic⁹:eo q cer
to lunę tēpore patiatur.Confuſus a confuſione ſceleris
appellatus. Inde & confuſio.Cōuulſus dicif cui ſua vi
aliq adimunt.Vnde & cōuulſus nauis cui eminētia vi tē
peſtatis adimūt.Vñ & Virgili⁹.Vix ſeptē cōuulſę vn=
dis qſi mutilatę.Cōſumpt⁹ tot⁹ ſumpt⁹ & deuoratus.
Cōciliatrix ob ſocietatē flagitioſę cōſenſionis dicta eo
q intercurrat:alienūq3 nūdinet corpus.Hanc etiā & le=
nonē vocāt.Circūforan⁹ q aduocationū cauſa circū fo=
ra & cōuent⁹ vagatur.Collegiatus.Carpentarius.

DOminus per deriuationē dict⁹ q domui p=
ſit & cūctę familię dominet.Diſertus doct⁹
a differendo dict⁹:diſpoſite eñ differit. Do
ct⁹ a dicēdo:vnde & doctor. Docilis nō qđ
ſit doctus:ſed quia doceri poteſt.eſt eñ ingenioſ⁹ & ad
diſcendum aptus.Diſcipulus a diſciplina dictus.diſci=
plina aūt a diſcēdo vocatur.Diſpēſator vocatur cui cre
ditur adminiſtratio pecuniarū.& ideo diſpenſator: quia
prius qui dabant pecuniā non numerabant eam ſed ap=
pendebant.Diues ab ęre vocatus vel diu veſcens.Deco
rus perfectus ad decē dicitur.Dulcis. Decens cōpoſit⁹
a numero decē dicif.Hinc & decorus & decibilis. Dire
ctus eo q in rectum vadit.dilectus a diligētia. Hęc ſūt
enim ſigna diligendi.Diligēs.Delibutus de oleo vnct⁹
vt adletę ſolēt:vel in ceromate pueri. Hinc & delibutuſ
gaudio.i.ſuperfuſum vel plenum. Delicatus:q ſit de=
liciis paſtus:viuens in epulis:& nitore corporis.Defeſ=
ſus:ſemper infirmus quaſi diu feſſus.Debilis:q per bi
lem factus:ſit fragilis.Bilis eñ humor eſt afficiens cor
pus.Decolor q deſit illi color.Deſperatus vulgo vocat
malus ac perdit⁹:nec iam vllius proſperę ſpei . Dicitur
autē per ſimilitudinē egrorum qui affecti & ſine ſpe de
ponunt.Conſuetudo autē erat apud veteres : vt deſpe=
rati ante ianuas ſuas collocarentur:vel vt extremum ſpi
ritum redderent terrę:vel vt poſſent a tranſeūtibus for
te curari:qui aliquando ſimili laborauerāt morbo. De=
gener autē q ſit ignobilis:aut q ſit impari genere:aut
ſi dum ſit optimo genere natus ; inhoneſtam eſt viuit.
Decrepitus q morti ſit proprior.& quaſi ad mortis te=
nebras vertat:ſicut crepuſculū temp⁹ noctis . Alii dicūt
decrepitum:non qui ſenectute auulſus eſt : ſed qui iam
crepare deſierit.i.lo qui ceſſauerit. Depreciatus ab eo q
ſit vilis:nec aliquo precio dign⁹.Dirus preparcus & te=

ter:& quaſi diuina ira in id actus. Nā dirum dicitur qđ diuiua infertur ira:alias dirus magnus. Dehiſcens: valde hiſcens. Hic eñ de augētis eſt vt deamare deſidere. Deſpiciens:eo ꝙ deorſum aſpiciat vel cōtēptui habeat. Doloſus:inſidioſus vel malignus: ab eo ꝙ deludat. Vt eñ decipiat occultā maliciā blandis ſermonibus ornat. Dubius incertus:quaſi duarum viarum. Delator dictus:eo ꝙ detegat quod latebat. Dilator:quia differt ad proferendum. Deſidioſus:tardus:piger a deſidēdo vocatus.i.valde ſedēdo. Item et reſidēs a reſidēdo. De eñ hic augētis eſt. Delirus mente defectus ꝑ ętatem a po tu lirā:vel ꝙ a recto ordine & quaſi a lira aberret. Lira eſt eñ aratiōis gen⁹ cū agricolæ facta ſemēte dirigūt ſulcos:i quos oīs ſeges decurrit Demēs idē ꝙ amēs.i.ſine mente:vel ꝙ diminutionem habeat mētis. Deſipiēs eo ꝙ minus ſapere incipit q̄ ꝙ ſolebat. Dānatus & dānabilis:quoꝗ prior iam addictus eſt: ſequēs poteſt addici. Degulator:eo ꝙ gule ſit deditus.

ELoquens: ꝓfuſus eloquio. Exertus in loquēdo expedit⁹. Exerere eñ ꝓferre vel expedire eſt. Eruditus quia nō rudis ſed iam doct⁹ Expertus: multū perit⁹. Ex eñ hic ꝓ valde ponit̃ ſicut excelſus:q̄ſi valde celſ⁹:& eximi⁹:q̄ſi valde eminens. Efficax dictus:quia nullā difficultatem habet in qualibet re facienda. Hinc & efficiens a faciēdo dict⁹ Expes ꝙ ſit ſine ſpe. Expers:quia extra partē:caruit eñ parte. Exors quia extra ſortem eſt. Exul:quia extra ſolū ſuū eſt:quaſi trans ſolum miſſus:aut extra ſolum vagus. Nam exulare dicuntur qui extra ſolū eunt. Extorris:qa extra terram ſuam eſt:quaſi ex terris Sed proprie extorris cum vi expulſus ſit:& cum terrore ſolo patrio eiect⁹ & extorris ex terra ſua expulſus. Exterris extra terram: aut extra terminos ſuos:quia exterret. Exterminator: nō ille qui vulgo dicitur εξοριστοσ:ſed qui deiicit & expellit a terminis ciuitatis. Exterminat⁹ ab eo ꝙ ſit extra terminos ſuos eiectus. Sic & extern⁹ eo ꝙ ſit alienę terræ. Egēs & egenus:ſine gēte & ſine genere:indigēs & egenus. Exiguus:multum egens: ex enim pro valde ponitur. Exilis:tenuis:ꝙ poſſit q̄uis per anguſtum exire:ſiue ſine iliis. Exeſus:quia per comeſus. Eſt eñ aridus tenuis & exilis. Exhauſtus:quia conſumptus eſt. & inanis effectus. Exanguis:ꝙ ſit extra ſanguinē. Exanimis eſt mortuus. Exanimis autē & exanimus dicimus: ſicut vnanim⁹ & vnanimis:inermus & inermis: & hoc noſtro arbitrio ſubiacet. Exuſtus dicitur: de quo nihil ſupereſt:quaſi valde vſtus. Ex enim pro valde ponitur. Exoſus ab odio dictus. Nam antiqui & odi dicebāt:& oſus ſum. Hinc eſt exoſus quo vtimur:licet iā oſus non dicamus. Exitioſus eo ꝙ multis exitio ſit. Executor ab equendo. Idem & exactor. Effractor ꝙ ſit expugnator clauſtrorum. Efferatus:mente ferina effect⁹:& vltra humanū modū excedens. Effrenatus ab eo ꝙ ſit preceps & pronus. & ſine freno rationis. Eunuchus gręcum nomen eſt:quod eſt ſpado. Horum quidam coeunt:ſed tñ virtus in ſemine nulla eſt. Liquorē eñ habent & emittunt:ſed ad gignendū inane atq; inualidum. Effeta ab eo ꝙ ſit frequenti ſętu exhauſta. Partus enim eam aſſiduus debilem reddit.

FAcundus dictus:quia facile fari poſſit. Facet⁹ qui iocos & luſus geſtis & factis cōmendat:a faciendo dict⁹. Frugalis a fruge nominatus: id eſt a fructu vel parſimonia: ſiue vt alii volūt a modeſtię tēperātia. Fęnerator q pecuniā deponit apđ debitorem: quaſi fęnoris actor. Nam fęnus pecunia eſt. Fęnerator aūt latine dicit̃ & qui dat mutuū & qui accipit. Flamines pōtifices idolorum. Fęlix dicit̃ qui fęlicitatem dat:fęlix qui accipit:& ſęlix per quē datur fęlicitas. vt fęlix tempus:fęlix locus. Fidelis:pro eo ꝙ ſit ab eo id quod dicit vel promittit bonū. Facilis a faciendo nec tardus. Firmus:vnde & formoſ⁹. Fortis qa fert aduerſa vel q̄cūq; acciderit:ſiue a ferro ꝙ ſit durus nec molliatur. Formoſus a formo dictus. Formū enim veteres calidum & feruens dixerunt. Feruor enim ſanguinem mouet:& ſanguis pulchritudinem. Fędus nomen habet ab hirco & ab edo.l.littera addita. Hunc veteres in graui ſignificatione ponebant. vt Sanguine fedanteȝ quos ipſe ſacrauerat ignes. Fragilis dict⁹:eo ꝙ facile frāgi poſſit. Feſſus:quaſi fiſſus. nec iā integer ſalutę:eſt aūt generale. Dicimus enim feſſus animo. vt Terētius. Feſſus valle recedit:& feſſus corpore:quod magis eſt propriū:& feſſus rerum a caſu venientiū. Fatigatus:quaſi fatis agitatus. Formidoloſus a formo.i.ſanguine dictus cū ſe acute ad pręcordia fugiens contrahit ſanguis. Nā timor ſanguinem gelat:qui coactus gignit formidineȝ vnde eſt illud. Geliduſq; coit formidie ſanguis. Formidoloſus aūt cum ſit timidus:& timendum ſignificat. Fatuus ideo exiſtimatur dictus:quia neq; ꝙ fatur ipſe: neq; ꝙ alii dicūt intelligit. Fatuos originē ducere quidam putant a miratoribus fatuę fauni vxoris fatidicę: eoſq; primū fatuos appellatos:ꝙ preter modū obſtupefacti ſunt vaticiniis illius vſq; ad amentiā. Fautor ab eo ꝙ faueat & conſentiat. Fictor appellatus a fingendo & componēdo aliquid:ſicut qui capillos mulierum linit & ꝑtractat:vngit & nitidat. Fallax ꝙ fando.i.loquendo decipiat. Feruidus:iracundus. Ira enim inflammat Frendens ꝙ mirando frangat dentes & cōprimat. Fremens id eſt cū furore vociferās. Ferox ab eo ꝙ feritatē exerceat vt beſtia. Fur a furuo dictus eſt.i.a fuſco. Nam nocturno vtitur tempore. Factioſus iter opprobria cū ſeditioſum accipi volumus. cum vero gratioſum: potentem & quaſi magnę factiōis. Facinoroſus a facti cōmiſſo nominatus:facit enim quod alteri nocet. Femellarius fęminis deditus:quem antiqui mulieratium appellabant. Flagitioſus eo ꝙ frequentius flagitet atq; appetat libidinē. Furcifer dicebatur olim qui ob leue delictum cogebatur a dominis ignominiæ magis q̄ ſupplicii cauſa furcam circa viam ferre: prędicans peccatū

ſuum. & monere cęteros ne quid ſimile peccarẽt. Futi=
lis vanus ſuperfluus loquax. Et eſt metaphora a vaſis fi
ctilibus quę caſſa & rimoſa non tenẽt ea quę inieceris
Fornicariꝰ. Fornicatrix eſt: cuius corpus publicũ et vul=
gare eſt. Hęc ſub arcuatis proſternebatur: quæ loca for
nices dicuntur vnde & fornicarię. Virgilius. atq; aduer
ſo fornicę. Fæcunda a fętu dicta quaſi fętu abunda. Eſt
enim partu frequens. Fęta pregnans. Flens quaſi lachry
mas fluens. Fugitiuus nemo recte dicitur: niſi qui dñm
fugit. Nam ſi paruulus puer a nutrice aut a ſcholis di=
ſceſſerit: fugitiuus non eſt.

GLorioſus: a frequẽtia claritatis dictus ꝑ c g
littera cõmutata. Glorioſus a laurea dictus
q̄ daꝛ victoribus. Gnarus ſciens: cui cõtra=
rius eſt ignarꝰ neſciẽs. Grauis venerabilis.
Vñ & contẽptibiles leues dicimꝰ. Grauis ꝑ conſilio &
cõſtãtia dictus: qui nõ leuia motu diſſilit: ſed fixa con=
ſtantię grauitate conſiſtit. Grãdis. Gracilis. Grãdeuuſ
ꝙ ſit grandis ęuo. Gratus: gratiam ſeruans. Sed gratus
tantũ aio. gratiſſimꝰ & aio & corpore diciꝛ. Gratificꝰ: ab
eo ꝙ gratis faciat bonũ. Gratioſꝰ: ꝙ plꝰ vnicuiq; q̄ me
retur tribuit. Garrulus proprie dicitur q vulgo verboſꝰ
appellatur accedente lęticia nec valens nec volens tacere
ſumptum nomẽ a graculis auibꝰ quæ importuna loq̄=
citate ſemp ſtrepũt nec vnq̄ quieſcunt. Ganeo luxurio=
ſus: & tanq̄ in occultis locis & ſubterraneis: quę ganea
gręci vocant. Glutto: a gula id eſt guloſus.

HVmilis quaſi humo accliuis. Honorabilis q̄
ſi honore habilis: hoc eſt aptꝰ. Honeſtus ꝙ
nihil habeat turpitudis. Nã qd eſt honeſtas:
niſi honor perpetuus: id eſt q̄ſi honoris ſta
tus. Humanꝰ ꝙ habeat circa hoies amorẽ & miſeratio=
nis affectũ. Vnde & humanitas dicta. q̄ nos inuicẽ tue=
mur. Habilis ꝙ ſit ad habẽdũ cõmodꝰ atq; aptꝰ. Hone
roſus plus eſt q̄ honeratus: ſicut ſceleroſus plus q̄ ſcele=
ratus. Hirſutus ab eo ꝙ ſit hirtus & pilis horridus. Hy=
pocrita gręco ſermone. in latinũ ſimulator interꝑtatur.
Qui dũ intus malus ſit bonũ ſe palã oſtendit. Hypo enĩ
falſũ: criſin iudiciũ interpretaꝛ. Nomẽ autẽ hypocritę
tractũ eſt a ſpecie eoꝝ qui in ſpectaculis cõtexta facie in
cedunt: diſtinguentes vultũ ceruleo minioq; colore et
1. cęteris pigmentis habẽtes ſimulacra foris lithea: gypſa
ta & vario colore diſticta nõnũq̄ & colla & manus creta
pungẽtes vt ad pſonę colorẽ peruenirent & populum
dum in ludis agerent fallerent: modo in ſpecie viri mo
do in fœmine: modo tonſi: modo criniti anili & virgi=
nali cętera q; ſpẽ ętate ſexuq; diuerſo vt fallant populũ
dum in ludis agunt. Quę ſpes argumenti tranſlata eſt i
his: qui falſo vultu incedũt & ſimulant quod non ſunt.
Nam hypocritę dici non poſſunt ex quo foras exierint.
Humatꝰ ꝙ ſit humo tectus id eſt ſepultus.

INgenioſus dictus ꝙ intꝰ vim habeat gignẽ
di q̄libet artẽ. Inuentor dictꝰ ꝙ in ea q̄ que=
rit venit. Vnde & ipſa quę appellaꝛ inuentio
ſi verbi originẽ retractemus qd aliud reſo=
nat: niſi qa inuenire eſt in id venire qđ queriꝛ. Interpres
ꝙ inter partes medius ſit duarũ linguarũ dũ transfert.
Sed & q inter deũ quẽ interꝑtaꝛ & hoies qbus diuina in
dicat myſteria interpres vocaꝛ. Iuridicus qa legũ iura di
cit. Indolis ꝑprie eſt imago quędã futurę virtutis. Iu=
ſtus dictus quia iura cuſtodit & ſcđm legẽ viuit. Innox
ꝙ nõ noceat. Innocuus cui nocitũ nõ ſit: ſed apud vete=
res vtrũq; indifferẽs eſt. Ilaris gręcũ nomẽ eſt. Iocũdus
eo ꝙ ſit ſemp iocis aptus & ilaritati: a frequẽtia: ſicut ira
cundꝰ. Iocoſus iocis vſus. Inclytus gręcũ nomẽ eſt. Nã
clytõ gręci glorioſum dicũt. Illuſtris nomẽ noticiæ eſt
ꝙ clareat multis ſplẽdore gñis: vel ſapiẽtię vł virtutis
cui cõtrariꝰ eſt obſcure natus. Idoneꝰ q̄ſi duplũ habens
domum. Incolumis a colũna nomẽ habet: quaſi erectꝰ
fortis et ſtabilis. Immarceſſibilis incorruptus et ſempi
ternus: ꝙ ſit ſine marcore atq; languore. Intemeratus
incorruptus & nulla temeritate violatus: Infirmꝰ: quia
ſine forma id eſt ſine calore. Imbecillis: q̄ſi ſine baculo
fragilis & incõſtans. Inanis: leuis. Inconſtans: quia non
eſt ſtabilis: ſed qđ placet ei rurſus diſplicet. Iactans vel
arrogans eſt qui maiorum inſtituti non acquieſcit: ſed
propriam quandam viam iuſticiæ & ſanctitatis inqui=
rit. Iracundus dictus: qui accenſo ſanguine in furorem
compellitur. Vt enĩ flamma dicitur: & ira inflammat.
Incentor ab eo ꝙ incendat atq; inflammet. Incẽtor: qa
praua ſuggeſtione ad vicia cor aliorũ ſuccendit et per=
ſuadendo inflammat. Inexpiabilis. ꝙ nunq̄ expietur.
nunq̄ purgetur. Inlaudabilis: non quia laudatus non ſit
ſed quia laudari non meruit: Iratus: ira actus. Impius:
quia ſine pietate religionis eſt. Iniquus proprie dictus
quia non eſt ęquus: ſed inęqualis. Inter impium autem
et iniquum hoc diſtare nonnunq̄ ſolet: quia omnis im=
pius iniquꝰ: non tamen omnis iniquus eſt impius. Im=
piuſ nanq; pro infideli ponitur: & dictus impius ꝙ ſit
a pietate religioĩs alienus. Iniquus vero dicitur pro eo
ꝙ non eſt ęquus ſed prauis operibus maculatur: ne chri
ſtianitatis nomine cenſeatur. Inimicꝰ quia non eſt ami=
cus: ſed aduerſarius. Duæ autem res inimicos faciunt:
fraus et terror. Terror ꝙ timẽt. Fraudis malum: ꝙ paſ
ſi ſunt. Inuidus dictus ab inuidendo fęlicitati alterius.
Inuidioſus eſt qui ab alio patitur inuidiã Inuiſus: odi=
oſus: ab inuidia & zelo dictus. Inteſtabilis: cuius teſti=
monium non valet: & quod dixerit irritum improba=
tum q; ſit. Infamis non bonę famę. Improbus dictꝰ ꝙ
inſtat etiam prohibenti. Importunus inquietus: quia nõ
habet portum: id eſt quietem. Vnde et importuni qua=
ſi in naufragium cito feruntur. Infrenis: hoc eſt qui frę
nis non regitur vt numidę infręni. Infrendens proprie
eſt inter ſe comprimens dentes. Nam & frendere ſigni
ficat dentibus frangere. Vnde nefrendes infantes qui
necdum dentes habent. Ingluuioſus a gula & voracita

te dictꝰ. Ingloriosus ꝙ ſit ſine gloria: id eſt ſine triumphis. Item inglorius imemor glorię. Informis: ingēs non ꝙ non habeat formā: ſed ꝙ vltra formā magnitudinem habeat. Inueteratꝰ: eo ꝙ ſit multi veteriſq; vſus in malicia. Immanis: quia non bonꝰ: ſed crudelis & terribilis. Manū enim bonū dicit. Vñ & cata antiphraſin. dii manes minime boni. Immunis minime munificus vt eſt in puerbio veteri. Immunē ciues odere ſui. Item imunis q nō facit munia. i. officio non fungit. Eſt enim omni priuilegio vacuus. Indēnis: eo ꝙ ſine dāno viuat & ſine vlla culpa atq; periculo. Iners ſine arte: & ob hoc ne operi q dē vlli aptꝰ. Inermis vel ſine armis: vel ſine viribus. Nā ſemp arma p viribꝰ accipiunt. Ignauus ignarus vię. i. rationis & vitę. Ignarus nō gnarꝰ: id eſt inſciꝰ hoc eſt ſine naribꝰ: olfeciſſe enim veteres ſciſſe dicebāt Ignarus autem duo ſignificat: vel qui ignorat: vel qui ignoratur. Immemor qui oblitus eſt: perdit enim memoriam. Inſcius: quia ſine ſcientia eſt. Idiota imperitus graecum eſt. Imperitꝰ ſine peritia. Inconſultus ab eo ꝙ non accipiat conſilium. Item inconſultus: quia eſt ſine conſilio & inſcius rerum atq; ignarus. Ineptus apto cōtrarius eſt: quaſi inaptus. Inops qui ſine terra eſt: opem enim terram intelligimus: quia opē fert fructificando Alii inopem intelligunt: non ſepultum: inhumatum: cui nec animā mane habēti ſurrexit tumulꝰ. Ignobilis: eo ꝙ ſit ignotꝰ & vilis & obſcuri gñis: cuiꝰ nec nomen q dē ſcit. Irco ſꝰ: q a ſudore corporis fętido putet. Ignotus ignobilis: vł ex iprouiſo veniēs. Improuiſꝰ dictus eo ꝙ ſubito ſit & non porro añ viſus. Index pditor: ab indicādo. Indigena vocatꝰ: ꝙ inde ſit genitus. i. in eodē loco natus. Impudens eo ꝙ ab eo pudor & pudicitia pcul abeſt. Impudicus a pudice vocarꝰ. Pedorē eñ & fetorē dicit. Inceſtus pꝑter illicitā cōmixtionē vocatus: quaſi incaſtus: ſicuti qui virginē ſacrā vel affinitati ſuę proximam ſtuprauerit. Intemecida eſt: qui ſalſum teſtamentum fecit & ob id hominē occidit. Inficiator negator: quia non fatetur ſed contra veritatē mendaciū nititur. Impoſtor mendax commentator. Interceptor proprie dicit q inter duos de medio tollitur. Inſidioſꝰ: ꝙ inſideat. Nā proprie inſidere eſt doloſe aliquē expectare. Vndeq; & inſidiæ noiatę ſunt. Incicta id eſt ſine cinctu: quia precingi fortiter vterus nō permittit. Inueſtis id eſt ſine veſte: nondum eñ habet ſtolam quod eſt ſignum maritalis virginitatis. Iſcurra vocatur: quia cauſa eſcę quēlibet conſectatur.

KAtholicus: vniuerſalis. Grecū enim nomē eſt. Karus grecum nomen eſt: ſicut & karitas. Vnde & eukariſtia ſacrificium: id eſt bona gratia.

HVculentus ab eo ꝙ ſit lingua clarꝰ & ſermone ſplēdidus. Lector dicitur a legēdo id eſt percurrēdo. Vñ & nauis dicit legere q cq d trāſit. Nā legit: tranſit pręterit vt crebris legimus freta concita terris. Item lector a colligēdo animo quę legit quaſi collector. ſicut illud: qui legitis flores. Loquax non eſt eloquēs. Locus a latitudine. Locuples: quaſi loculis plenus: & poſſeſſionū plurimarum poſſeſſor quemadmodum docet Tulliꝰ de republica in libro ſcdo: multa que editione ouium & boum: ꝙ tunc erat res in pecore & in locorū poſſeſſionibus ex quo pecunioſi & locupletes vocabant. Liberalis dictus ab eo ꝙ libenter donet nec murmuret. Largus abundās affluens. Longus a linea dictus propter ꝙ ſit porrectꝰ. Longęuꝰ quaſi longi ęui & longi temporis. Lōganimis ſiue magnanimis eo ꝙ nullis paſſionibus perturbat: ſed ad vniuerſa ſuſtinenda patiens eſt. Cui cōtrariꝰ eſt puſillanimis anguſtus & in nulla tribulatione ſubſiſtens. De quo ſcribit. Puſillanimis vehementer inſipiens. Leuis ob incōſtantiā vagationis appellat: q a leui motu mētis nunc iſta nunc illa deſiderat. Lubricus ab eo ꝙ labitur. Labens interdū velox vt labere nympha polo: & labere pennis. Curſu eñ lapſus celerior eſt. Latro inſeſſor ē viarū: a latēdo dictus. Meliꝰ aūt latro eſt quaſi latero a latere inſidiator vię. Laniſta gladiator id eſt carnifex: tuſca lingua appellatꝰ a laniando: ſcȝ corpora. Laceſſitor per tranſlationem dictus a canibus vel a feris: quę ſolent lacerando prouocare. Leno conſiliator ſtupri eo ꝙ mentes miſerorum blandiat: & deliniendo ſeducat. Libidinoſus ab eo ꝙ faciat quodlibet. Libidinoſus a libero q puellarum corpore pingitur. Luxurioſus q̄ſi ſolutus in voluptates: vnde & membra loco mota: luxa dicuntur. Laſciuus dictus ꝙ ſit luxus: id eſt ſolutus & vanus. Lymphaticus ꝙ aquam timeat: quem gręci hydrophobam vocant. Lymphaticus proprie dicitur: qui vicium ex aq̄ contrahit: cuius vicium eſt huc atq; illuc currere: aut a furore aquę ſumpto vicio. Sed poetæ iam hoc genus nominis pro furioſis vſurpant. Luridus ꝙ ſit pallidus: a loro dictus ꝙ huiuſmodi habeat cutem. Leproſus a pruritu nimio ipſius ſcabiei dictus: vnde & per. p. ſcribi debet. Luſcus ꝙ lucem ex parte ſciat: ſicut luſcicioſus qui veſpere nihil videt. Luſcos coclites dixerunt antiqui. Vnde & cyclopas coclites legimus dictos quod vnum oculum habuiſſe perhibentur. Lotus: lauatus: id eſt mūdus. Lupa meretrix a rapacitate vocata ꝙ ad ſe rapiat miſeros et apprehendat.

MIſericors a compatiēdo alienę miſeriæ vocabulum eſt ſortitꝰ: & hinc appellatā miſericordiam ꝙ miſerum cor faciat dolētis alienā miſeriā. Non autem occurrit vbiq; hæc ętymologia. Nā eſt in deo miſericordia ſine vlla cordis miſeria. Mactus magis auctus gloria: & eſt nomen tractum a ſacris. Quotiens enim thus aut vinum ſuper victimam fundebatur dicebant. mactus eſt taurus vino vel thure: hoc eſt: cumulata eſt hoſtia & magis aucta. Munificus dicitur: vel quia alicui munera multa dat: vel quia munus ſuum: id eſt officium quod debet adimplet: ſic & munifex: quia munera fert. Magnanimus

ab eo q̧ ſit magni animi & magnȩ virtutis. Cui contra
rius eſt puſillanimia. Magnificus a magna faciendo vo
cabulū traxit. Manſuetus mitis vel domitus quaſi ma=
nu aſſuetus. Modeſtus a modo dictus & temperie: nec
plus quicq̄ nec minus agens. Mitis lenis & manſuetus
& cedens improbitatibus & ad ſuſtinēdam iniuriam ta
cens q̄ſi mutus. Mutus quia vox eius non eſt ſermo ni
ſi mugitus. Vocalem eñi ſpiritum per nares quaſi mu=
giens emittit. Memor vel qui memoriam tenet: vel qui
memoria tenetur. Magiſter: maior in ſtatione. Nā ſterō
grȩce latine ſtatio dicit̃. Miniſter: minor in ſtatiōe: ſiue
quia officium debitū manib⁹ exequit̃. Maior: minor:
minim⁹ a numero monadis: q̧ poſt eū nō ſit alter. Ma
xim⁹ aut meritis: aut ȩtate: aut honore: aut facūdia: aut
virtute: aut oibus magis eximi⁹. Modic⁹ pu⁹ ſed abuſi
ue: cȩterū rationabilis. Moderat⁹ a modo: ſcʒ & tēpe=
ramēto. Mediocris q̧ modicū illi ſufficiat. Miſer pro=
prie: eo q̧ oēm fȩlicitatē amiſerit. Secundū autem Cice
ronē proprie mortu⁹: q in tuſculanis miſeros mortuos
vocat, ꝓpter q̧ iam amiſerūt vitā. Miſerabilis: q̧ ſit mi
ſerię habilis. Meſtus naturaliter triſtis: non caſu. Eſt eñi
a natura mētis & animi: vnde & mȩſtus. Mendicus di=
ctus: quia minus habet vnde vitaʒ legat: ſiue quia mos
erat apud antiquos os claudere egenum & manum ex=
tendere quaſi manu dicere. Mendax q̧ mentem alteri⁹
fallat. Malignus quia malicię votum vel opus peragit.
Malus appellatus a nigro felle: quod grȩci melan dicūt
vnde & melancolici appellantur homines: qui et con=
uerſationem humanam refugiunt: & amicorum cha=
rorum ſuſpecti ſunt. Malicioſus deterior malo: quia fre
quenter malus. A malo autē peior dicitur: a bono dete=
rior. Melior dictus quaſi mollior: non durus aut ferre=
us: nam melius quaſi mollius. Minax a facie oculorum
quando furioſe ardeſcunt: vt amplius videns pertime=
ſcat. Minator & monitor. Sed monitor dicitur cū pre=
nunciat bona: minator cum prenunciat aduerſa. mulca
tor: eo q̧ blandis verbis mulceat ad declinādū animū.
tranſlatio a mulſo id eſt quod acceptum lenire ſolet fau
ces dolentis: aut oppletum ſordibus ſtomachū. Metato
res appellantur qui caſtra deſignant a metiendo: ſcʒ vt
Lucanus. Heſperios audax veniam metator in agros.
mollis q̧ vigorem ſexus eneruati corporis dedecoret:
& quaſi mulier emolliatur. Macer a macie: & macies a
macia: eo q̧ immoderata libido macros faciat: ſiue a
maceratione. mancus manu ancus. moribund⁹: morien
ti ſimilis: ſicut vitabūdus vitanti ſimilis. Quādo enim
dicimus moriturus eſt: vere moriturus eſt: moribund⁹
aūt non vere: ſed vere ſimilis morienti eſt. meretrix di=
cta: eo q̧ preciū libidinis mereat̃. Inde & meritorię ta=
bernę. Nā & milites cum ſtipendia accipiunt mereri di
cuntur. morio a morte vocatus: eo q̧ nō vigeat intelle=
ctu. mulio dict⁹ a mulis. eo q̧ preſidet iiſdē vehiculis.
manifeſtum dicitur qđ in manu eſt promptum.

NObilis non vilis: cui⁹ & nomē & genus ſci=
tur. Nubilis ad nubendum habilis. Nemo
ab homine tractum eſt: id eſt ne homo: qđ
eſt pro nullo. Nullus aūt quaſi ne vllus. Ni=
hil cōpoſitum eſt ex ne & hilo. Hilū aūt Varro ait ſigni
ficare medullam eius ferulȩ quam grȩci ασφοδελον
vocant: & ſic dici apud nos nihilum quomodo apud
graecos ουδετρυ. Neq̄ a malo plȩriq̧ diſtinguūt: aliū
pernicioſum: alium nugas exiſtimantes. vt ait Nona=
tius. Hic adoleſcens neq̄ non malus: id eſt nugas perni=
cioſus. Alii confundunt: quaſi vtrunq̧ vnum idemq̧ ſi
gnificent. Nequitiam: ex eo q̧ nec quicq̄ ſit: id eſt ex eo
q̧ nihil ſit veteres dictum eſſe voluerunt. Neuter: neq̧
ille neq̧ iſte: quaſi diceret nec vterq̧. Nefari⁹ nō dign⁹
farre: quo primo cibi genere vita hominū ſuſtentaba=
tur. Nefandus: id eſt nec nominandus quidem nec dicē
dus. Nutritor quaſi nutu eruditor. Nūcius eſt & q nun=
ciat & quod nunciatur: id eſt angel⁹. και ηα λλεδεισ
ſed nūcius ipſe homo genere maſculino: id vero quod
nunciatur genere neutro: vt hoc nuncium & hec nun=
cia. Nazareus: id eſt ſanctus dei. Nazareus olim diceba=
tur qui ſanctam comam nutriebat: & nihil contamina
tum accipiebat: abſtinens ſe a vino: omniq̧ ſicera quȩ
mentem ab integra ſanitate peruertit. Nugas autem he
brȩum nomen eſt. Ita enim in ꝓphetis eſt expoſitum:
vbi dicit ſophonias. Nugas qui a lege receſſerāt: vt noſ
ſe poſſimus linguam hebraicam omniū linguarū eſſe
matrem. Nugigerulus appellatus ab eo q̧ ſit turpis nū
cius. Negligens quaſi nec legens. Nepos dictus a gene
re quodam ſcorpionum qui natos ſuos conſumunt ex
cepto eo qui dorſo eius inſederit. Nā rurſus ipſe q ſer=
uatus fuerit conſumit patrem. vnde homines qui bona
parentum per luxuriam conſumunt nepotes dicuntur.
Hinc quoq̧ nepotatio ꝓ luxuria ponit̃ qua certe quae
q̧ res conſumuntur. Niger quaſi nubiger quia nō ſere=
nus: ſed fuſco coopertus eſt. vnde & nubilum diem te=
trum dicimus.

ORthodoxus rectȩ glorię. Orator ab ore vo
cat⁹: a perorādo noiat⁹. i. dicēdo. Nā orare
dicere eſt. Obaudiens ab aure eo q̧ audiat i=
perantē. Oſpes q̧ iſerat oſtiis pedes. Oſpes
facilis apt⁹ & oſtio patēs. Vnde & oſpitalis homo dicit̃.
Oſor inimicus: ab odio dictus: ſicut amator ab amore
et eſt generis cōmunis. Odibilis odio habilis. Obſitus
obſeſſus: id eſt vndiq̧ inſidus conuallatus. Obſcen⁹ im
purȩ libidinis a vicio obſcuro dictus. Obtunſus hebe=
tior & obcluſior: quaſi ex omni parte tunſus. Obnix⁹
contraniſus & conabundus dicitur. Obnoxius qa obli
gatus eſt nexibus culpae. Oblectator quaſi cum lacte &
fraude: vt Terentius: niſi me lactaſſes amantem: vnde &
oblectare dictum eſt. Obtrectator malignus & qui ob=
ſtringillando: officiendoq̧ non ſinat quēpiam progre=
di & augeſcere. Orbus qui liberos non habet: quaſi ocu
lis amiſſis. Opifex q̧ op⁹ faciat aliquod. Opilio cuſtos
ouium quaſi ouilio.

PRudens q̄ſi porro videns:perſpicax eſt em̄
& incertorum prævidet caſꝰ. Patiēs dictus
a pauendo. Pauere em̄ ferire eſt: percutitur
em̄ & tolerat. Perfectꝰ cui nihil iā adiici pōt
Huic nomini apud grāmaticos cōparatio nō adiicitur:
quia ſi dixeris ille perfectior eſt:iſte perfectus non erit.
Pulcher a ſpecie cutis dictus ꝙ eſt rubēs pellis. poſtea
tranſiit hoc nomen in genꝰ. Nam pulchritudo homi=
nis aut:in vultu eſt:vt os humeroſq; deo ſimilis: aut in
capillis vt nanq; ipſe decoram cæſariem:aut in oculis:
vt lętos oculis afflarat honores:aut in candore: vt qua=
le manus addunt ebori decus:aut in liniamentis: vt te
multo plus figura & liniamenta hoſpitis delectabant:
aut in proceritate: vt turnus vertitur in mediis: et tota
vertice ſupra eſt. Pellex a pelliciēdo. Perſpicax ſplendi
dus:eo ꝙ perluceat. Perpetuus perēnis. Perennis ab eo
ꝙ ſit perpetuus annis. Pręſul vocatus:quia pręeſt ſolli
citudine. Prępoſitus appellatus eo ꝙ ſit ſubiectorū ac
famulantium ordinator vel rector. Patroni a patribus
dicti ſunt:ꝙ huiuſmodi affectum clientibus exhibeāt.
vt quaſi patres illos regant. Pedagogus eſt cui paruuli
aſſignantur. Gręcum nomē eſt:& eſt compoſitum ab
eo ꝙ pueros agat:id eſt doceat & laſciuientem refrenet
ętatē. Pręſens dictus ꝙ ſit pre ſenſibus:id eſt corā ocu
lis:qui ſenſus ſunt corporis. Prior ꝙ primꝰ ſit ordine
& primus quaſi pręeminens. Primꝰ: Poſterior:Poſtre
mus. Potēs rebus late patens. vnde & poteſtas ꝙ pare=
at illi quaqua velit:& nemo intercludat:nullus obſiſte=
re valeat. Pręopimus pre cęteris opibꝰ copioſus. Pecu
nioſus. Tullius primum eos dictos refert qui plurimā
habuiſſent pecuniam id eſt pecora. Ita enim & antiqui
eos appellabant. Paulatim autem per abuſionem in no=
men aliud deuolutum eſt. Peruicax proprie dicitur qui
in propoſito ſuo ad victoriam perſeuerat. Antiqui em̄
vicia dicebant:quam nos victoriam:credo ꝙ inde dica
tur herba vitia:id eſt victorialis. Pernix a pernitēdo tra
ctum eſt:id eſt in conatibus perſeuerando. Alii pernicē
velocem intelligunt pedibus. Nam pernicitas pedum
eſt:vt pernicibus ignea plantis:ſicut celeritas pēnarum
eſt:vt celeriq; fuga ſub ſydera lapſæ. Piger q̄ſi pedibus
ęger. Eſt em̄ tardus ad incedendum: quod nomen per
vſum tranſit ad animum. Pernox peruigilans nocte.
Perſeuerans ardens:ſtrenuꝰ laborioſus. Pertinax impu
denter tenens quaſi pertinens. Petulans nunc quidem
pro audace & improbo ponitur:olim autē acerbi flagi
tatores & proprie argentariorum coactorum pueri ꝙ
precia rerum crebrius & aſperius exigebant:a petendo
petulantes vocati ſunt. Procax proprie idem quod pe=
tax. Nam procare eſt petere. Vnde & nuptiarum peti=
tores proci dicuntur. Prodigus ſumptuoſus atq; con=
ſumptor qui omnia porro agit et quaſi proiicit. Profu
gus proprie dicitur qui procul a ſedibus ſuis vagatur:
quaſi porro fugatus. Peregrinus longe a patria poſitꝰ:
ſicut alienigena. Proiectus quaſi longe & procul iactus
ſicut & produxit quaſi porro illum duxit:& prouoca=
uit quaſi porro illum vocauit. Proiectus quaſi procie=
ctus ac proiectatus. Vnde & proiectaq; ſaxa pachynni:
id eſt porro iactata. Proſcriptus cuius bona palam et a=
perte ſcribuntur:boniſq; fiſci agglomerantur. Præſcri
ptus ordinem ſignificat:ſicut & præſcriptiōes apud iu=
riſconſultos. Procinctus expeditus & armatꝰ. Vnde &
in procinctu:id eſt cum belli cauſa arma ſumebāt. Prę=
cinctus eo ꝙ ante ſe ponat aliquid quo pręcingitur. Vn
de ꝙ de domino dictum eſt. Præcinctꝰ eſt lintheo & la
uit pedes diſcipulorum ſuorum. Prædo eſt qui populā
do alienam inuadit prouinciam. Prædo ab abigendo
prędas dictus:& pręde qui p̄dam habet. Prædator hic
eſt cui de p̄da debetur aliquid. Plagiator apo tu plagio:
id eſt obliquo:ꝙ non certa via gradiatur:ſed pellicien=
do dolis. Pirratæ ſunt prædones maritimi ab incēdio
nauium tranſeuntium quas capiebant dicti. Nam pirra
ignis eſt. Pugillator:qui de manu in manum nummo=
rum aliquid ſubtrahit. Peculator:pro eo ꝙ ſit pecunię
publicę defraudator. Proditor:pro eo ꝙ detegit. Item
proditor perditor. vt vnius ob iram prodimur. Perfi=
dus:quia fraudulentus eſt & ſine fide: quaſi perdens fi=
dem. Periurus:quia perpere iurat:id eſt male iurat. Per
iurus autem in verbo non habet. Nam peiero & deiero
dicimus. Pręuaricator:male fidei aduocatus: & qui vel
in accuſando nocitura vel in defendendo profutura pre
tereat:aut inutiliter dubieq; ponat mercedis gratia licz
corruptus. Cicero Quid enim tam preuarum: id ē val=
de varum. Pellax doloſus & fallax a pelle: id eſt vultu.
Foris enim vt fallax arridet:ſed nequitiam intus gerit.
Profanus quaſi porro a fano. Sacris em̄ illi non licet in=
tereſſe. Particida proprie dicitur interfector parentis q̄
uis quidam veteres hunc parenticidam dixerint:qui ho
minem occiderat:quoniam patricidium & homicidi=
um in quocunq; intelligi poſſit:cum ſint homines ho=
minibus pares. Perſecutor non ſemper pro malo intel
ligitur. vnde perſecutor perfecte ſecutus. Publicanꝰ eſt
qui vectigalia publica exigit:vel qui per publica nego=
cia ſęculi lucra ſectatur:vnde & cognominatus eſt. Pec
cator a pellice. id eſt meretrice vocatus: quaſi pellicator
quod nomen apud antiquos tm̄ flagitioſum ſignifica=
bat:poſtea tranſiit hoc nomen in appellationem omni
um iniquorū. Peccator item a pectoris caterua cogno=
minatus:pro eo ꝙ inibi occulta delictorum condun=
tur. Proſtitutę meretrices a proſiliēdo in meritoriis vł
in fornicibus. Pellex apud græcos proprie dicitur in la
tinis concuba vel concubina. Dicta autem a fallacia: id
eſt verſutia ſub doloſitate vel mendacio. Procurūꝰ: qua
ſi per longum curuus. Pauidus eſt quem vexat trepida=
tio mentis. habet enim cordis pulſationem:cordis mo
tum. Nam pauere ferire eſt:vnde & pauimentum. Pe=
trę autem & rupes a duritia ſaxorum nominantur. Puſ=
ſillanimis a puſillo animo. Petulcus dictus ab appetē=
do. Vnde etiam & meretrices petulcas vocamus. Pro=

ductus quaſi porro ductus. Piſinnus a puſione dictus Pellicanus vir ſanctus ſolitudini deditus.

QVęſtor a quęrendo dictꝰ quaſi q̄ſitor. Quęſtuoſus quęrimonioſus Querulus: qa querelam infert. Quietus ꝙ ſit ipſe ſibi aio ſecurus neminem tangens.

REligioſus ait Cicero a relegēdo appellať q retractat quaſi relegit ea quę ad cultū diuinū pertineāt Hi ſūt dicti religioſi ex relegēdo tanq̄ ex eligēdo eligētes: ex diligēdo diligētes: ex itelligēdo intelligētes. Ratiocinator dictus vir magnus: quia de omnibus rebus quas eſſe mirabiles conſtat poſſit reddere rationem Retractator repetitor. Nam retractare eſt repetere quod omiſeras. Reſipiſcens eo ꝙ mentem quaſi poſt iſaniam recipiat: aut qa reſapit qui ſapere deſierat. Caſtigat enim ſeipſū demētię & cōfirmat animum ſuum ad rectius viuendum: cauens ne iterum corruat. Repentinus a repente. Repente autem & aduerbium & nomen poteſt eſſe. Robuſtꝰ fortis: validus a fortitudine roboris arboris appellatus Rapidus velox pedibus. Raptor eo ꝙ corruptor. Inde & rapta: eo ꝙ corrupta eſt. Reus: a re de qua obnoxius eſt: & reatus a reo eſt nuncupatus. Reus maieſtatis primum dictꝰ qui aduerſus rempublicam aliquid egiſſet aut quicunqꝫ hoſtibus conſenſiſſet Dictus autem. reus maieſtatis: quia maius eſt ledere patriam q̄ ciuem vnū. Poſtea autem & hi rei maieſtatis dicti ſunt qui aduerſus maieſtatē pricipis egiſſe viderētur: vel qui leges inutiles reipublicę detulerāt: vel vtiles abrogauerāt. Rixoſus a rictu canino dictus. Semper enim ad contradicēdum paratus eſt: & iurgio delectatur: & prouocat contendētem. Ruſticus dictus ꝙ rus operetur id eſt terrā.

SApiens dictꝰ a ſapore: quia ſicut guſtus aptꝰ eſt ad diſcretionē ſaporis cibarū: ſic ſapiens ad dinoſcētiā rerum atqꝫ cauſarū ꝙ vnūqđqꝫ dinoſcat atqꝫ ſenſu veritatem diſcernat. cui cōtrarius eſt inſipiens ꝙ ſit ſine ſapore: nec alicuiꝰ diſcretiōis vel ſenſus. Studioſus quaſi ſtudiis curioſꝰ. Sanctus a veteri conſuetudine appellatus: eo ꝙ hi qui purificari volebant ſanguine hoſtię tangebantur & ex hoc ſancti nomē acceperunt. Sincerus quaſi ſine corruptione. Cui contrarius eſt inſincerus. viciatus corruptꝰ Supremus: ſummus ab eo ꝙ ſuperemineat. Vnde & ſupreme pater dicimus. Suauis. Sublimis ab altitudine vocatus honoris. Nam proprie ſublime dicitur quod in alto eſt: vt ſublimēqꝫ ferēs ad ſydera cęli Specioſꝰ a ſpecie vel ab aſpectu: ſicut formoſus a forma. Solers ꝙ ſit ſollicitus in arte & vtilis. Solers enim apud ātiquos dicebatur qui erat omni bona arte inſtructus. Terētius Adoleſcētem ſolertem dabo. Superſticioſus ait Cicero appellatus: qui totos dies precabatur & immolabat vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent. Sollicitus: quia ſolers & citus atqꝫ irrequietus. Sedulus familiare verbum Terētii: hoc eſt ſine dolo. Alias aſſiduus. Sodales dicuntur: qui ad ſymbolum conuenire conſuerunt: quaſi ſuadentes: alias ſodales ꝙ ſimul ſedeant. Socii dicuntur propter periculi aut operis ſocietatē: quaſi in vna caliga & in vno veſtigio manentes. Stultus hebetior corde: ſicut quidam ait. Ego meipſum ſtultum eſſe exiſtimo: fatuū eſſe non opinior id eſt obtuſis quidem ſenſibus: non tamen nullis. Stultus eſt qui per ſtuporem non mouetur iniuria ſeuitiā enim perfert: nec vltus eſt. nec vlla ignominia commouetur ad dolorē. Segnis id eſt ſine igne ingenio carēs. Se autem ſine ſignificat: vt ſedulus ſine dolo. Securus quaſi ſine cura id eſt frigidus: per quos inutiles accipimus. Stupidus ſępius ſtupens. Superbus dictus: quia ſuper vult videri q̄ eſt. Qui enim vult ſupergredi quod eſt: ſuperbus eſt. Suſurro de ſono locutiōis appellatus: quia non in facie alicuius. ſed in aure loquitur de altero detrahendo. Sidítioſus qui diſſenſionem animorum facit: & diſcordias gignit quam graeci diaſtaſin dicunt. Seuerus: quaſi ſatis verus: tenet enim ſine pietate iuſticiam. Simulator dicitur a ſimulacro. Geſtat enim ſimilitudinem eius quod non eſt ipſe Suaſor decipiens: id eſt in ſuam ſortem trahens. Scrupuloſus animi minuti & aſperi. Scrupo eſt enim harena durior Sacrilegus dicitur ab eo ꝙ ſacra legit id eſt furatur Sicarius vocatur qui ad perpetrandum ſcelus telis armatus eſt. Sica enim gladius eſt: a ſecādo vocatus. Scęuus ſiniſter atqꝫ peruerſus. id eſt a peruerſitate. Eſt enī peſſimi & crudelis animi. Scoenicus qui in theatro agit. Theatrum enim ſcoena ē. Scorta quae a grę cis quoqꝫ ſcythę vocabantur: quo defricantur pelles: quibus corruptela fit. Spurcus ꝙ ſit impurus Sceleroſus ſceleribus plenꝰ vt lapidoſus locus & harenoſus. Plus eſt autē ſceleroſus q̄ ſceleratꝰ. Sator ſeminator vel pater a ſemine. Scurra qui ſectari quempiam ſolet cibi gratia: a ſequendo igitur inde ſcurras conſtat appellatos. Idem aſſecla a ſequendo. Satelles ꝙ adhaereat alteri: ſiue a lateris cuſtodia. Suffectus in loco alterius ſuppoſitꝰ: quaſi ſuffactꝰ Vnde & conſulem ſuffectum dicimus eum qui ꝑ alio ſubſtituitur Scđs quia ſecus pedes: & tractus eſt ſermo a ſequētibus ſeruis pediſſeqs. Vnde & ſecūda fortuna dicitur: ꝙ ſecūdum nos eſt: id eſt prope nos. Inde & res ſecundę id eſt proſperę. Secūdę autem a ſequēdo ſunt dictę. Stipulator: promiſſor. Stipulari enim promittere eſt: ex verbis iuriſperitorum qui etiam ſtipulum firmum appellauerunt. Sanus a ſanguine: qa ſine pallore eſt. Soſpes ſalutis hoſpes. Salus a ſale nomen accepiſſe putatur. Subtilis ab extenuatiōe dictus. Sequeſter diciť qui certantibus medius interuenit q apud gręcos omeſus diciť: apud quē pignora deponi ſolēt. Quod vocabulū ab obſequēdo factū eſt ꝙ eius q electus ſit vtraqꝫ pars fidē ſequať. Seſſilis: ꝙ nō videť ſtare ſꝫ ſedere. Surdus a ſordibus humoris aure cōceptis: & q̄uis multis caſibus accidat nomē: tn̄ ęger ex prędicto vicio retinet

Siccus q̄ ſit excuſat⁹:ſiue per ātiphraſin q̄ ſit ſine ſuc
co. Sepultus dictus eſt:eo q̄ ſit ſine palpatione vel ſine
pulſu i. ſine motu. Sagio ab exigēdo dict⁹. Sutora ſuē
dis pellibus nominatur. Subulcus:porcorum paſtor:
ſicut bubulc⁹ a cura boum.

TVtor qui pupillum tuetur:hoc eſt intuetur:
de quo in conſuetudine vulgari dr̄. Quid
me mones et tutorē et pedagogū oli obrui
Teſtes dicti q̄ teſtamento adhiberi ſolent
ſicut ſignatores q̄ teſtamētū ſignent. Tetricus mōs i ſa
binis aſperrimus Vnde et triſtes hoies tetricos dicim⁹
Taciturnus in tacendo diuturnus. Trutinator exami=
nator:ex iudicii libra perpendens recta tranſlatione a
trutina:quę eſt gemina ponderum lancis. Triſtis. Te=
nax:nūmi cupidior:q̄ teneat:interdū & pertinax. Tru
culētus:toruus terribilis:eo q̄ ſit toruo vultu & turbu=
lento aſpectu vt torua leęna: et cernimus aſtātes nec q̄c
q̄ lumine toruo Turbidus terribilis. Teter ab obſcura
tenebroſaq̄ vita. Teterrimus pro fero nimium. Tetrū
enim veteres pro fero dixerunt: vt ennius: tetroſq̄
elephātes. Terribilis q̄ timorē habet & timetur. Ter=
giuerſator q̄ animum quaſi tergum vertat huc & illuc
nec facile qualis ſit intelligitur. Temulentus a temeto:
id eſt vino dict⁹. Timidus q̄ timeat diu a ſanguine:nā
timor ſanguinem gelat:qui coact⁹ gignit timorē. Tur
pis q̄ ſit informis & torpeat.

Alr a virtute. Vtilis ab vtendo bene ſuavel q̄
bene qui dvti poſſit: ſicut docilis q̄ doceri
poſſit. Verus a veritate. Hinc & verax Maior
eſt veritas q̄ verus q̄a nō veritas a vero:ſed ve
rus a veritate deſcendit. Veridicus quia verū dicit:& ve
ritatis aſſertor eſt. Verecundus:quia verum factum eru
beſcit. Vindis vi & ſucco plenus quaſi vi rudis. Venuſt⁹
pulcher. a venis id eſt a ſanguine. Viuens id eſt viuus Va
rius:quaſi non vnius vię:ſed incertę mixtęq̄ ſentētię.
Verſutus:eo q̄ eius mens in quolibet actu ad quamli=
bet fraudem facile vertitur. Vnde & verſutia dicitur con
torta ſententia Plautus. Verſutior eſt q̄ rota figularis.
Vilis a villa:nulli⁹ enim vrbanitatis eſt. Verſipellis: eo
q̄ in diuerſa vultum & mentem vertat. Inde & verſutus
et callidus. Violentus quia vim infert. Vecors mali cor
dis:& malę conſcientiæ. Vagus quia ſine via. Vanus a
venere ętymologiam trahit. Item vanus inanis falſus:
eo q̄ ſine memoria euaneſcat. Veſan⁹ porro ſanus. Vi
nolentus qui & ſatis bibit & difficile inebriatᷣ. Vexatus
id eſt portatus:ab eo q̄ eſt veho vexo vecto vt vexaſſe ſit
portaſſe. Veneficus eo q̄ venenum mortis cauſa para=
uit aut pręſtitit aut vendidit. Vector quaſi vehitor. Eſt
autem vector & qui vehit:& qui vehitur. Venator:qua=
ſi venabulator a venatione. ſ. quæ beſtias præmit Quat
tuor autem ſunt venatorum officia:veſtigatores inda=
gatores:illatores:preſſores.

¶ Incipit liber vndecimus

¶ De homine et partibus eius. Cap. I.

NAtura dicta eſt ab eo q̄ naſci aliquid faciat.
Gignendi enim & faciendi potens eſt. Hanc
quidam deum eſſe dixerunt: a quo omnia
creata ſunt et exiſtunt. Genus a gignendo di
ctum cui deriuatum nomen a terra ex qua omnia gi=
gnuntur. Ge enim gręce terra dicitur. Vita dicta pro=
pter vigorem:vel q̄ vim teneat naſcendi atq̄ creſcen=
di. Vnde & arbores vitam habere dicuntur:quia gignū
tur & creſcunt. Homo dictus. quia ex humo factus eſt:
ſicut in geneſi dicitur:et creauit deus hominem de li=
mo terrę. Abuſiue autem pronunciatur ex vtraq̄ ſub=
ſtantia totus homo. id eſt ex ſocietate animæ & corpo=
ris. Nā proprie homo ab humo. Gręci autem hominē
antropum appellauerunt:eo q̄ ſurſum ſpectet ſubleua
tus ab humo ad contemplationem artificis ſui. Quod
Ouidius poeta deſignat cum dicit. Pronaq̄ cum ſpe=
ctent animalia cętera terraꝫ. Os homini ſublime dedit
cęlumq̄ videre. Iuſſit et erectos ad ſidera tollere vul=
tus. Qui ideo erectus coelum aſpicit:vt deum quęrat:
non vt terram intendat:veluti pecora: quę natura pro=
na et ventri obedientia finxit. Duplex eſt autem homo
iterior et exterior. Interior homo anima: exterior ho
mo corpus. Anima autem a ventis nomen accepit: eo
q̄ ventus ſit. Vnde et vent⁹ gręce animos dicitᷣ:q̄ ore
trahentes aerem viuere videamur ſed aptiſſime falſum
eſt:quia multo prius gignitur anima q̄ concipi aer ore
poſſit:quia iam i genitricis vtero viuit. Non eſt igitur
aer aia:quod putauerūt quidā qui nō potuerunt incor=
poreā eius cogitare naturā. Spiritū id ē eſſe quod aiam
euangeliſta pnunciat dicēs. Poteſtatē habeo ponendi
aiam meā:et rurſus poteſtatē habeo ſumēdi eā. De hac
quoq̄ ipſa dn̄i aia paſſionis tēpore memoratus euāge
liſta ita protulit dicens. Et inclinato capite emiſit ſpiri=
tum. Quid eſt enim emittere ſpiritū niſi q̄ aiam pone
re? Sed anima dicta ppter q̄ viuit:ſpūs autē vel p ſpūa=
li natura vl' pro eo q̄ ſpiret in corpore. Itē animum idē
eſſe qd̄ aiam:ſed aia vitę eſt:animus cōſilii. Vnde dicūt
phi etiā ſine aio vitā manere:et ſine mēte aiam durare:
vnde et amētes:nā mentē vocari vt ſciat:animū vt velit.
Mens autem vocata q̄ emineat in aia: vel q̄ meminit.
Vnde et imemores amētes dicunᷣ: quapropter nō oia
ſed quod excellit in aia mens vocaᷣ: tanq̄ caput eius vel
oculus. Vnde et ipſe homo ſcd̄m mētē imago dei dici
tur. Ita aūt hęc oia adiūcta ſūt aię vt vna res ſit. Pro effi
ciētiis eni cauſaꝝ diuerſa noia ſortita eſt aia. Nā et me=
moria mēs eſt vnde et imemores amētes: dū ergo viui
ficat corpus aia eſt:dū vult anim⁹ eſt:dū ſit mēs eſt: dū
recolit memoria eſt:dū rectū iudicat ratio eſt:dū ſpirat
ſpūs eſt:dū aliqd ſentit ſēſus eſt. Nam ide anim⁹ ſēſus
dicitᷣ: p his q̄ ſentit:vñ & ſnia nomē accepit. Corp⁹ di=
ctū eo q̄ corruptū perit. Solubile enim atq̄ mortale ē
et aliquādo ſoluēdū. Caro aūt a creādo ē appellata. Cre
mentū eni ſemē eſt maſculi:vnde aialiū et hoim corpo
ra cōcipiunᷣ. Hinc et parētes creatores vocanᷣ. Caro au
tē ex quattuor elemētis cōpacta eſt. Nā terra in carne ē:

aer in habitu:humor in ſanguine:ignis in calorevitali.
Habent enim in nobis elementa ſuam queq; partē:qui
bus quid debetur cōpage reſolutaCaro autem & corpꝰ
diuerſa ſignificant. In carne ſemper corpus eſt.nō ſem
per in corpore caro. Nam caro eſt quæ viuit: idē & cor
pus.Corpus quod nonviuit:ideſt non caro.Nam cor=
pus dicitur aut quod poſt vitam eſt mortuum aut ſine
vita eſt conditum Interdum & cumvita corpus & non
caro: vt herba &lignum.Senſus corporis quinq; ſunt
vt viſus:auditus:odoratus:guſtus:& tactus. Ex quibꝰ
duo aperiuntur & clauduntur: duo ſemper patētes ſūt
Senſus dicti:quia per eos anima ſubtiliſſime totū cor=
pus agitatvigore ſentiendi.Vnde & preſentia nuncupā
tur ꝙ ſint pre ſenſibus:ſicut pre oculis quæ preſto ſūt
oculis.Viſus eſt qui a philoſophis humor vitreus ap=
pellatur.Viſum autem fieri quidam aſſeuerant aut ex=
terna ætherea luce:aut interno ſpiritu lucido per tenu=
es venas a cerebro venientes atq; penetratis tunicis in
aerem exeuntes:& tunc commixtione ſimilis materie
viſum dantes.Viſus dictus ꝙviuacior ſit ceteris ſenſi=
bus ac preſtantior ſiuevelocior:ampliuſq; vigeat q̄tuꝫ
memoria inter cetera mentis officia.Vicinior eſt enim
cerebro:vnde omnia manant.ex quo fitvt ea quæ ad a=
lios pertinēt ſenſus videre dicamus:veluti cū dicimus
Vide quomodo ſonat:vide quomodo ſapit: ſic & cete
ra.Auditus appellatꝰ ꝙ voces hauriat:hoc eſt aere ver
berato ſuſcipiat ſonos.Odoratus:quaſi aeris odore at=
tactꝰ tacto enim aere ſentitur.ſic & olfactꝰ ꝙ odoribꝰ
afficiatur.Guſtus a gutture dictus. Tactus eo ꝙ pertra
ctet & tangat:& per omnia mēbra ſtigorem ſenſus aſp
gat.Nam tactu probamus quicquid ceteris ſenſibus iu
dicare non poſſumus.Duo autem tactus genera ſunt.
Nam aut extrinſecus venit quod feriat:aut intus i ipſo
corpore oritur.Vnicuiq; autem ſenſui propria natura
data eſt.Nam quod vidēdum eſt:oculis capitur : quod
audiendum eſt auribus:mollia & dura tactu eſtimanē:
ſapor guſtu:odor naribus dicitur. Prima pars corpo=
ris caput:datumq; illi hoc nomē eo ꝙ ſenſus omēs &
nerui inde īitium capiant:atq; ex eo omnis vigēdi cau
ſa oriatur. Ibi enim omnes ſenſus apparent.Vnde ipiꝰ
anime que cōſulit corpori : quodammodo perſonam
gerit . Vertex eſt ea pars qua capilli capitis colliguntur
& in qua ceſaries vertitur:vnde & nūcupatur. Caluaria
ab oſſibus caluis dicta per defectionem : & neutraliter
pronunciatur. Occiputum capitis pars poſterior:quaſi
contra capitium:vel ſit capitis retrorſum.Capilli voca=
ti:quaſi capitis pili facti:vt & decorem preſtent & cere
brum aduerſus frigus muniant : atq; a ſole defendant
Pili autem dicti a pelle de qua prodeūt ſicut & pilū di
citur a pila vbi pigmentum contunditur. Ceſaries a ce
dendo vocata:ideoq; tantum virorum eſt. Virū enim
tonſum decet:mulierem non decet:Come ſunt ppriæ
nō ceſi capilli:& ē grecꝰ ſermo.Nam comas græci cai
mos a ſecando nominant.Vnde et cirin tondere dicūt:
vnde & cirri vocantur quod etiam idem greci mallonē
vocāt.Crines proprie mulierum ſunt. Dicti autem cri
nes eo ꝙvittis diſcernantur.Vnde & diſcriminalia di=
cuntur a quibus diuiſi religātur. Tempora ſunt que cal
uarie dextra leuaq; ſubiacent.Quæ ideo ſic nuncupan
tur:quia mouentur: ipſaq; mobilitate quaſi tempora
quibuſdam inteuallis mutātur.Facies dicta ab effigie :
ibi ē enim facta tota figura hominis etvniuſcuiuſq; p=
ſone cognitio.Vultusvero dictus:eo ꝙ per eū volun=
tas oſtenditur animi:ſecundumvolūtatem enim in va=
rios motus mutatur.Vnde et differunt ſibivtraq; : nam
facies ſimpliciter accipiē devniuſcuiuſq; naturali aſpe
ctu:vultus autem animoꝝ qualitates ſignificat. Frons
ab oculorū foraminibus nominata eſt:hec imago que
dam animi mentiſq; motum ſpecie ſua exprimit: duꝫ
vel letavel triſtis eſt. Oculi vocati:ſiue quia eos ciliorū
tegmina occultant:ne qua incidentis iniurie offenſiōe
ledantur:ſiue quia lumen occultum habent:ideſt ſecre
tumvel intus poſitum.Hi inter omnes ſenſus vicinio=
res anime exiſtunt. In oculis enim omne mentis idici
um eſt: vnde et animi perturbatio vel hilaritas in ocu=
lis apparet. Oculi autem idem et lumina. Et dicti lumi
na ꝙ ex eis lumen manat:vl' ꝙ ex initio ſui clauſam te
neant lucem:aut extrinſecus acceptaviſui proponendo
refundant. Pupilla eſt medius punctus oculi i quo vis
eſtvidendi:vbi quia parue imagines a nobis videntur :
ppterea pupille appellanē.Nā paruuli pupilli dicuntur
Hanc pletiq; pupillam vocant. Vocatur autem pupilla
ꝙ ſit pura atq; impolluta vt ſunt puelle. Phyſici dicūt
eaſdem pupillas quasvidemus in oculis:morituros an
te triduum non habere.quibus non viſis certa eſt de=
ſperatio.Circulus vero quo a pupilla albæ partes oculi
ſeparantur diſcreta nigredine:corona dicitur:ꝙ rotū=
ditate ſui ornet ambitum pupille. Voluos autem qui=
dam appellant ipſos vertices oculorum ex ſimilitudi=
nevoluorum.Palpebre ſunt ſinus oculorum: a palpita
tione dicte: quia ſemper mouentur. Concurrunt enim
inuicem aut aſſiduo motu reficiant obtutum. Munite
ſunt autemvallo capillorumvt et apertis oculis ſi quid
inciderit repellatur et ſomno cōnibentibus tanq̄ inuo=
luti quieſcant latentes . In ſummitate autem palpebra
rū locis qbus ſe vtreq; clauſe contingunt:extant adno
ti ordie ſeruato capilli tutelam oculis miniſtrātes:ne ir
ruentes facile iniurias excipiant: et ex eo noceantur:vt
pulueris vel cuiuſcunq; craſſioris materie arceāt tactū
aut ipſum quoq; aerem concidendo mitificēt:quo te=
nuem atq; ſerenum faciantviſum.Lachrymas quidam
a laceratione mentis putant dictas:alii exiſtimant ideo
quia greſſi daſſiriavocāt.Cilia ſunt tegmina quibus co
operiūtur oculi:& dicta cilia ꝙ celent oculos tegantq;
tuta cuſtodia.Supercilia dicta:quia ſuperpoſita ſunt ci
liis:quæ iccirco pilis veſtita ſunt.vt oculis munimen=
ta prætendant et ſudorem a capite defluentem depel=
lant. Interciliumvero eſt medium illud inter ſuperci=
lia:quod ſine pilis eſt.Gene ſunt inferiores oculorum
partes:vnde barbe inchoant.Nam grece genos barbe

Hinc & genę ꝙ inde incipiant gigni barbæ. Malę ſūt eminentes ſub oculis partes ad protectionem eoꝵ ſup poſitę. Vocatę autē malę ſiue ꝙ infra oculos promineant in rotunditate: quę gręci mella appellāt: ſiue ꝙ ſint ſupra maxillas. Maxillę per diminutionem a malis: ſicut paxillus a palo: taxillus a talo. Mandibulę ſunt maxillarum partes ex qua & nomen factum. Barbam veteres vocauerunt ꝙ virorum ſit non mulierum. Auribus inditum nomen a vocibus hauriendis: vnde & Virgilius: Vocemq; his auribus hauſit: aut quia vocē ipſam græci audenliden vocant ab auditu. Per imutationem enim litterę aures quaſi audes nūcupatę ſunt. Vox enī repercuſſa per anfractus earum ſonū facit: quo ſenſum excipiant audiendi. Pinnula ſumma pars auris: ab acumine dicta. Pinnum enim antiqui acutū dicebant. vnde & bipēnis & pinna. Nares iccirco nominantur quia per eas vel odor vel ſpiritus manare nō deſinit: ſiue qa nos odore admoueant vt nouerimus aliquid ac ſciam⁹. Vnde econtra inſcii ac rudes ignari dicuntur. Olfeciſſe enim veteres ſciſſe dicebant: Terētius. Ac non notis ex mēſibus prius olfeciſſent q̄ ille quicq̄ cęperit. Narium recta pars: propter quod ęqualiter ſit in longitudine & rotunditate porrecta colūna vocatur extremitas eius pyrula a formula pomi pyri. Quæ vero dextra læuaq; ſunt: pinnule ab alarum ſimilitudine: medium autem interfinium. Os dictum ꝙ per ipſum quaſi per oſtium & cibos intus mittimus & ſputū foris proiicimus: vel quia ibi ingrediuntur cibi inde egrediuntur ſermones Labia a lambēdo nomiata: quod autem ſuperius eſt: labium dicimus: quod iferius eo ꝙ groſſius ſit labrum Alii virorū labra: mulierum labia dicunt. Lingue a lingendo cibum: putat varro nomē impoſitū. Alii ꝙ per articulatos ſonos verba ligat ſicut enim plectrum cordis: ita lingua illiditur dētibus & vocalem efficit ſonū Dentes gręci oduntes vocant: & inde in latinū nomen trahere videntur. Horum primi p̄ciſores dicunt̄: quia omne quod accipitur ipſi prius incidūt. Sequentes canini vocantur. quorū duo in dextra maxilla: & duo in ſiniſtra ſunt. Et dicti canini: quia ad ſimilitudinem caninoꝵ exiſtūt: & canis ex ipſis oſſa frangit ſicut & homo: quia quod non poſſunt priores pręcidere illis tradunt vt cōfringant. Hos vulgus pro lōgitudine & rotūditate colomellos vocant. Vltimi ſunt molares: qui cōciſa a prioribus atq; cōfracta ſubigunt: & molunt atq; immaſſant: vnde & molares vocati ſunt. Dentium autē numerū diſcernit qualitas ſexus. Nam in viris plures: in fœminis pauciores exiſtunt Cingiuę a gignēdis dētibus noiatę. Factę ſunt aūt etiam ad decorē dentiū: ne nudi horrori potius q̄ ornamento exiſterent. Palatum noſtrū: ſicut cęlū ſurſum eſt poſitū: & inde palatū a polo per deriuationē: ſed & greci ſimiliter palatū vranon appellant: eo ꝙ pro ſui cōcauitate cęli ſimilitudinē habeat. Fauces a fundendis vocibus noiatę: vel ꝙ per eas famur voces. Arterię vocatę: ſiue ꝙ per eas a pulmone aer: hoc eſt ſpūs fertur: ſeu ꝙ arctis & āguſtis meatib⁹ ſpiritū vitalē retineant: vnde vocis ſonos emittunt: qui ſoni vno modo ſonarent: niſi linguę motus diſtantias vocis efficeret. Toles gallica lingua dicuntur: quas vulgo per diminutionē tuſillas vocāt: quę in faucibus turgeſcere ſolent. Mētum dictum ꝙ inde mandibulę oriantur: vel ꝙ ibi iungantur. Gurgulio a gutture nomen trahit: cuius meatus ad os & nares pertēdit: habēs viā q̄ vox ad linguam trāſmittitur vt poſſit verba collidere. Vnde & garrire dicimus. Rumē proximū gurgulioni quo cibus & potio deuoratur. Hinc & beſtię quę cibū reuocant ac remandūt: ruminare dicuntur. Sublinguium: operculum gurgulionis: quaſi parua ligua: quę foramen linguę recludit operitq;. Collum dictum: ꝙ ſit rigidum et rotundum. vt columna: baiulans caput et ſuſtētās: quaſi capitoliū: cuius anterior pars gula vocatur: poſterior ceruix. Ceruix autem vocata ꝙ per eā partem cerebrū ad medullā ſpinę dirigitur: quaſi cerebri via. Veteres aūt plurali tantū numero ceruices dicebāt primus ortēſius ceruicē ſingulariter dixit. Ceruix aūt numero ſingulari membrū ipſum ſignificat. Nā pluraliter contumaciam ſępe demonſtrat. Cicero in verrinis Pretorem tu accuſas frāgere ceruices. Humeri dicti q̄ ſi armi: ad diſtinctionem hominis a pecudibus mutis vt hi humeros: illi armos habere dicūtur. Nam ꝓprie armi quadrupedi ſunt. Ala ſummi humeri pars poſterior. Brachia a fortitudie nomiata ſunt. Bari enim gręce graue et forte ſignificat. In brachiis enim tori lacertorū ſūt: et inſigne muſculorū robur exiſtit. Hi ſunt tori ideſt muſculi: et dicti tori ꝙ illic viſcera torta videantur Cubitus dictus: ꝙ ad cibos ſumendos in ipſo cubam⁹ Vlna ſecundum quoſdam vtriuſq; manus extenſio eſt: ſecundum alios cubitus: quod magis verū eſt: quia gręce olenos cubitus dicitur. Alę ſubbrachia ſūt appellatę: eo ꝙ ex eis in modum alarū motus brachiorum incohoet: quas quidam aſcellas vocāt: ꝙ ex his brachia cillentur ideſt moueātur. vnde et oſcilla dicta ab eo ꝙ cillentur. i. moueantur ora. Nam cillere eſt mouere. Hos quidam ſub hircos vocant: propter ꝙ i plęriſq; hominibus hircorum fetorem reddāt. Manus dicta ꝙ ſit totius corporis munus Ipſa enim cibū ori miniſtrat: ipſa operatur omnia atq; diſpēſat: per eam accipimus et damus. Abuſiue autem manus etiam ars vel artifex: vnde et manus preciū dicimus. Dextra vocat̄ a dando. Ipſa enim pignus pacis datur: ipſa fidei teſtis atq; ſalutis adhibetur. et hoc eſt illud apud Tullium. Fidem publicā iuſſu ſenatus dedi id eſt dextram. Vnde & apoſtolus dicit: Iacobus et Ioānes dextras dederūt michi: et reliqua. Lęua ꝙ aptior ſit ad leuandum. Siniſtra autem vocata quaſi ſine dextra: ſiue ꝙ rem fieri ſinat. A ſinendo enī ſiniſtra eſt nūcupata Palma eſt manus expanſis digitis ſicut contractis pugnus. Pugnus autē a pugillo dict⁹ ſicut palma ab expanſis palmę ramis. Digiti nuncupati: vel quia decem ſunt. vel quia decenter iuncti exiſtant Nam habent in ſe et numerū perfectum et ordinē decētiſſimū Primus pollex vocat⁹: eo ꝙ iter cęteros virtute

polleat & poteſtate. Secundus index et ſalutaris: ſeu de
mõſtratorius: quia eo fere ſalutamus vel aliquid demõ
ſtramus. Tercius impudicus: q; plerũq; per eum pbra
inſectatio exprimitur. Quartus annularis eo q; in ipſo
ãnulus geritur. Idem & medicinalis q; eo trita collyria
a medicis colligũtur. Quitus auricularis: pro eo q; eo
aurem ſcalpimus. Vngulas ex grecovocam⁹. Illi enim
has onices dicunt. Truncus media pars corporis a col
lovſq; ad inguina. De quo Nigidius: caput collovehi=
tur: truncus ſuſtinet coxis & genibus cruribuſq; Tho=
rax a grecis dicit̃ ãterior pars trunci a collovſq; ad ſto
machum: quam nos dicim⁹ archam: eo q; ibi archanũ
ſit. i. ſecretum quo cæteri arcentur. Vnde & archa & ara
dicta quaſi res ſecretę cui⁹ eminentes pulpę mami ędi
cuntur. Inter quas pars illa oſſea pectus dicitur: dextra
autem lęuaq; coſtę. Pectus vocatum q; ſit pexum iter
eminentes mãmillarum partes: vnde & pectinem dici=
mus q; pexos capillos faciat. Mãmillęvocatę: quia ro=
tundę ſũt quaſi mallę per diminutionem. ſ. Papillę ca
pita mãmarum ſunt: quas infantes ſugentes cõprehẽ=
dunt & dictę papillę q; eas infantes quaſi papant dum
lac ſugunt: proinde mãmilla eſt om̃is eminẽtia vberis
papillavero breue illud vnde lac trahitur. Vbera dicta:
vel quia lactævberta: vel quia vuida: hũore. ſ. lactis in
morem vuarũ plena. Lac vim nominis a colore trahit
q; ſit albus liquor. Leucos enim grece album dicũt: cu
ius natura ex ſanguine cõmutatur. Nam poſt partum
ſi quid ſanguinis nõdum fuerit vteri nutrimento con=
ſumptum: naturali meatu fluit in mãmas & earum vir=
tute albeſcens lactis accipit qualitatem. Cutis eſt quę i
corpore prima eſt appellata: q; ipſa corpori ſuperpoſi
ta inciſionem prima patitur. Cutis enim grece inciſio
dicitur: eadem & pellis q; externas iniurias corporis te
gendo pellat pluuiaſq; & ventos ſoliſq; ardores pferat
Pellis autem mox detracta ſubacta iam coriuʒ dicitur
Corium aũt per deriuationẽ caro appellatur q; eo tega
tur: ſed hoc i brutis aialibus propriũ eſt Pori corporis
greco nomine appellantur: qui latine proprie ſpiramẽ
ta dicuntur: eo q; per eos viuificus ſpiritus ęxterius mi
niſtretur. Aruina eſt pinguedo cuti adherens. Pulpa eſt
caro ſine pinguedine: dicta q; palpitet reſilit enim ſępe
Hanc plęriq; etviſcũvocant: ppter q; glutinoſa ſit. Mẽ
bra ſunt partes corporis. Artus quibus colligantur mẽ
bra: ab arando dicti. Nerui gręca deriuatione appellata
quos illi neuravocãt. Alii latinevocatos neruos putant
eo q; artuum coniunctiones inuicẽ his inhęreant. Ma
ximam autẽvirium ſubſtantiam neruos facere certiſſi=
mum eſt. Nam quanto fuerint denſiores tanto propen
ſius augeſcere firmitatem. Artus dicti q; colligati inui=
cẽ neruis artent. i. ſtringantur quorũ diminutiua ſunt
articuli. Nam artus dicimus mẽbra maiora vt brachia:
articulos minora membra vt digitos. Cõpagia capita
ſunt oſſium dicta eo q; ſibi compacta neruis velut glu=
tino quodam adhęreant. Oſſa ſunt corporis ſolidamẽ
ta. In his enim poſitio omis roburq; ſubſiſtit. Oſſa au
tem abvſto dicta propter quod cremarentur ab antiqs
ſiuevt alii putant ab ore eo q; ibi pateãt. Namvbiq; cu=
te viſceribuſq; obtecta celantur. Medullæ appellatæ q;
madefaciant oſſa. Irrigant enim et confortant Vertibu
la ſũt ſummę oſſium partes: nodis craſſioribus cõglo
bata: dicta ita eo q; ad inflexionem membrorũ illaver=
tantur. Cartillagines oſſa mollia & ſine medulla: quod
genus auriculę & narium diſcrimen & coſtarum extre
mitates habent: ſiue opercula oſſium quę mouẽtur. Et
dictę cartillagines q; leni attritu carent dolore dũ fle=
ctantur. Coſtas appellari quidam putant q; ab ipſis in=
teriora cuſtodiantur: & tota mollicies vẽtris vallata ſal=
uetur. Latus quia iacentibus nobis latet. Eſt enim lęua
pars corporis: dextro autem lateri habilior motus eſt:
lęuo fortior: & honeri ferendo accõmodatior. Vnde et
lęua nuncupata q; aptior ſit ad leuãdum aliquid & por
tandum. Ipſa enim geſtat clypeum: enſem: pharetram
& reliqua honera. vt expedita ſit dextra ad agendum.
Dorſum eſt a ceruice vſq; ad renes Dictũ autẽ dorſum
q; ſit ſuperficies durior corporis i modum ſaxi fortis
& ad portandum & ad perpetiẽdum. Terga quia in ea
ſupini iacem⁹ iu terra: quod ſolus homo poteſt. Nam
muta animalia tantum aut inventre aut in latere iacent
vnde in animalibus terga abuſiue dicuntur. Scapula a
ſcandendo dicitur: interſcapilium ſpacium quod inter
ſcapulas eſt: vnde & nominatũ. Palę ſunt dorſi dextra
lęuaq; eminentia mẽbra: dicta q; in luctãdo eas pręmi
mus: quod gręci palin dicunt. Spina eſt iunctura dorſi
dicta eo q; habeat radiolos acutos: cuius iuncturę ſpõ
dilia appellantur: propter partem cerebri: quę fertur p
eos lõgo tractu ad ceteras corporis partes. Sacra ſpina
eſt ima perpetuę ſpinę: quam gręci ironoſtoinvocant:
quoniam primum infante cõcepto naſcitur: ideoq; &
hoſtia id primum a gẽtilibus diis ſuis dabatur: vnde &
ſapientia ſancta dicitur. Renes ait varro dictos q; riui
ab his obſcęni humoris naſcãtur. Nam venę & medul
lę tenuem liquorem deſudãt in renibus: qui liquor rur
ſus a renibus calore venereo reſolutus decurrit. Lumbi
ob libidinis laſciuiã dicti: quia inviris cauſa corporeæ
voluptatis in ipſis eſt: ſicut invmbilico feminis. Vnde
et ad iob in exordio ſermonis dictum eſt Accinge ſicut
vir lumbos tuos vt in his eſſet reſiſtendi pręparatio: in
quibus libidinis eſt vſitata dominandi occaſio. Vmbi=
licus eſt medius locus corporis: dict⁹ q; ſit vmbus ilio
rum. Vnde et vmbo appellatur locus in medio clypei
a quo pendet. Ex eo enim infans invtero pendet: ex eo
etiam et nutritur Ilium gręco ſermone appellatum: q;
ibi obuoluamus nos Gręce enim ilios obuoluere dici
tur. Clunesvocatę: q; ſint iuxta collum quod eſt longa
o. Nates q; in ipſis innitimur dum ſedem⁹. Vñ et cõ=
globata eſt in eis caro: ne præmenti corpis mole oſſa
dolerent. Genitalia: corporis partes ſunt: vt nomen ip
ſum docet: gignendæ ſobolis acceperunt vocabulum
q; his procreatur et gignitur. Hęc et pudenda pro ve=
recundia ſiue a pube. Vnde et indumento operiuntur.

Dicuntur autem iſta & inhoneſta: quia non habent eã
ſpeciem decoris:ſicut membra quę in promptu locata
ſunt. Idem & veretrum:quia viri eſt tãtum ſiue ꝙ ex eo
virus emittitur. Nam virus proprie dicit̃ humor fluẽs
a natura viri. Teſticuli per diminutionem a teſtibus di-
cti quorum numerus incipit a duobus. Hi enim ſemẽ
calamo miniſtrãt:quod ab ſpinę medulla & renibus et
lumbis ſuſcipiũt ad gratiam procreãdi. Viſcus eſt pel-
lis in quo teſticuli ſunt. Poſteriora vero vocata ꝙ retro
ſunt:& a vultu auerſa ne dum aluũ purgamus inquina-
remus aſpectum. Meatus inde appellatus: quia per eũ
meant.i.egerũtur ſtercora. Femora dicta ſunt:ꝙ ea par
te a fœmina ſexus viri diſcrepet. Sunt autẽ ab inguini-
bus vſq; ad genua. Fœmina aũt per deriuationẽ femo-
rum partes ſunt. quibus in equitando tergis equorum
adhęremus. Vnde & preliatores olim ſub fœminibus
equos amiſiſſe dicebantur. Coxæ quaſi cõiuncte axes.
In ipſis enim femora mouentur:quorum concaua ver
tebra vocantur: quia in eis capita femorum vertuntur.
Suffragines:quia ſubtus franguntur.i.flectuntur: non
ſupra:ſicut in brachiis. Genua ſunt cõmiſſiones femo-
rum & crurium:& dicta genua eo ꝙ in vtero ſint genis
oppoſita. Cohęrent enim ſibi ibi:& cognata ſunt ocu-
lis lachrymarum indicibus & miſericordię. Nam a ge-
nis genua dicuntur. Deniq; cõplicatũ gigni formariq;
hominem dicunt:ita vt genua ſurſum ſint quibus ocu
li formãtur:vt caui ac reconditi fiant. Ennius. Atq; ge
nua cõprimit arta gena. Inde eſt ꝙ homines dũ ad ge
nua ſe proſternunt ſtatim lachrymantur. Voluit enim
eos natura vterum maternum rememorari: vbi quaſi
in tenebris conſedebant anteq̃ ad lucem venirent. Cru-
ra dicta:quia his currimus et greſſum facim⁹. Sunt au-
tem ſub genibus vſq; ad ſuras. Tibię vocatę quaſi tu-
bę. Sunt enim & longitudine & ſpecie ſimiles. Tal⁹ di
ctus a tolo. Nam tolus eſt eminens rotũditas. Vnde &
faſtigium tẽpli rotũdi tolus vocatur. Talus autem ſub
crure ẽ:ſub talo calcanei. Pedes ex græca ætymologia
nomen ſortiti ſunt. Hos enim greci podas dicũt: quia
alternis motibus ſolo fixi icedũt. Plantę a planicie nũ
cupatę:quia non rotundę vt in quadrupedibus ne ſtare
non poſſit bipes homo:ſed planę atq; longiores for-
matę ſunt vt ſtabilius corpus efficerent. Sunt autẽ plan-
tę anteriores partes:quę etiam ex multis oſſibus cõſtãt
Calcis prima pars plantæ:a callo illi nomen impoſitũ:
quod terram calcamus. Hinc & calcane⁹. Solum iferior
pars pedis:dictum quia eo terrę veſtigia imprimimus
ſed & ſolum dicitur omne quod aliquid ſuſtinet quaſi
ſolidum:vnde & terra ſolũ ꝙ cũcta ſuſtineat: et ſolum
pedis ꝙ totam corporis molem portat. Viſcera nõ tan
tũ inteſtina dicimus:ſed quicquid ſub corio eſt: a viſco
quod eſt inter cutem & carnẽ. Item viſcera vitalia:id eſt
circũfuſa cordis loca:quaſi viſcora:eo ꝙ ibi vita. i. ani-
ma continetur. Item viſcera capita neruorũ: ex ſangui-
ne et neruis copulata. Eadẽ lacerti ſiue mures:quia ſic
in ſingulis mẽbris cordis loco ſunt vt cor in media par
te totius corporis appellanturq; a nomine ſimiliũ ani-
malium ſub terra deliteſcentium. Nam inde muſculi a
muriũ ſimilitudine. Idem etiã & tori:ꝙ illic viſcera tor
ta videantur. Cor a gręca appellatione deriuatũ : quod
illi cardian dicunt:ſiue a cura. In eo enim oĩs ſollicitu-
do:& ſciẽtię cauſa manet. Quod ideo pulmoni vicinũ
eſt:vt cum ira accẽditur: pulmonis humore tẽperetur.
Huius duę arterię ſunt:de quibus ſiniſtra plus ſangui-
nem habet dextra plus ſpiritum:vnde & in dextro bra
chio pulſum inſpicimus. Pręcordia ſunt loca cordis vi
cina:quibus ſenſus percipitur:& dicta pręcordia eo ꝙ
ibi ſit principium cordis & cogitationis. Pulſus vocat⁹
ꝙ palpitet:cuius indicio aut infirmitatẽ intelligimus:
aut ſalutem. Huius duplex eſt motus:aut ſimplex: aut
cõpoſitus. Simplex eſt qui ex vno ſaltu conſtat. Cõpo-
ſitus eſt qui ex pluribus motibus inordinat⁹ et inęqua
lis exiſtit. Qui motus certa habẽt ſpacia: dactylicũ per-
cuſſum q̃diu ſine vicio ſunt. Si quando vero citatiores
ſunt:vt dorcadazontes:aut leuiores:vt mirmicizontes
mortis ſigna ſunt. Venę dictę eo ꝙ vię ſint natantis ſã
guinis atq; riui per corpus omne diuiſi quibus vniuer
ſa mẽbra irrigant̃. Sãguis ex græca ętymologia nomẽ
duxit quod vegetetur & ſuſtẽtetur & viuat. Sanguis au
tem eſt dum in corpore eſt:effuſus vero cruor dicit̃. Nã
cruor vocatus eo ꝙ effuſus decurrit:vel ab eo ꝙ currẽ-
do corruat. Alii autẽ cruorem interpretantur ſanguinẽ
corruptum qui emittitur. Alii autẽ vocatũ ſanguinem
ꝙ ſuauis ſit. Sanguis aũt nõ eſt integer niſi in iuuenib⁹
Nam dicunt phiſici minui ſanguinẽ per ętatem:vnde
in ſenibus tremor eſt. Proprie autẽ ſanguis animę poſ
ſeſſio eſt. Inde genas lacerare mulieres i luctu ſolẽt. Vn
de & purpureę veſtes et flores purpurei mortuis prębẽ
tur. Pulmo ex gręco trahit vocabulũ. Græci enim pul
monem pleumon vocant:eo ꝙ cordis flabellum ſit in
quo pneuma.i.ſpirit⁹ ineſt:per quod & agitant̃ et mo-
uentur. Vnde et pulmones vocati ſunt. Nã gręce pneu
mo ſpiritus dicitur:qui flando et exagitando aerẽ emit
tit et recipit:a quo mouentur pulmones et palpitant: et
ad aperiendo ſe vt flatum capiant: ſtringendo vt eiiciãt
Eſt enim organum corporis. Iecur nomen habet eo ꝙ
ignis ibi habeat ſedem qui in cerebro ſubuolat: ide ad
oculos cęteroſq; ſenſ⁹ et mẽbra diffundit̃:et calore ſuo
ad ſe ſuccum ex cibo tractũ vertit in ſanguinem quẽ ad
vſum paſcendi nutriendiq; ſingulis mẽbris præbet. In
iecore autem conſiſtit voluptas et cõcupiſcentia: iuxta
eos qui de phyſicis diſputãt. Fibrę iecoris ſũt extremi-
tates:ſicut extremę partes filiorũ in tibiis:ſiue quaſi lin
guę eminentes. Dictaſq; autẽ fibras ꝙ apud gentiles i ſa
cris ad phœbi aras ferebãtur ab ariolis: quibus oblatis
atq; ſucceſis reſpõſa acceperunt. Splen dictus a ſupple
mẽto:ex contraria parte iecoris ne vacua exiſteret. Quẽ
quidam etiam riſus cauſa factum exiſtimãt. Nam ſplene
ridem⁹:felle iraſcimur. corde ſapimus: iecore ama-
mus. Quibus quattuor elementis conſtãtibus itegrũ
eſt animal. Fel appellatum ꝙ ſit folliculum geſtans hu

motem qui vocatur bilis. Stomach⁹ græce os vocatur eo ꝙ oſtium ventris ſit:& cibum excipiat:atqꝫ in inteſtina tranſmittat. Inteſtina dicunť:eo ꝙ corporis interiore parte cohibētur:quę iccirco longis nexibus in circulorum ordinata ſunt modum vt ſuſceptas eſcas paulatim digerāt:& ſuperadditis cibis nō impedianť. Omētum:membranū quod continet inteſtinorum maiorē partem quod epitolin gręci vocant. Diſſeptum inteſtinum quod diſcernit ventrē & cętera inteſtina a pulmone vel a corde. Cęcum inteſtinum ꝙ ſit ſine foramine & exitu:quod gręci tiſonenteron dicunt. Ieiunum tenue inteſtinum:vnde & ieiunium dicitur. Vēter autem & alu⁹ & vterus inter ſe differūt. Venter eſt qui acceptos cibos digerit:& apparet extrinſec⁹:pertinetqꝫ a pectore ad inguinem:& dictus venter ꝙ per totū corpus vitę alimēta tranſmittat. Alu⁹ eſt qui cibum recipit:& purgari ſolet. Saluſtius: Similans ſibi aluum purgari. Et vocatur aluus ꝙ abluatur.id eſt purgetur. Ex ipſo enim ſordes ſtercorum defluunt. Vterum ſolæ mulieres habent:in quo concipiunt ad ſimilitudinem cauliculi. Tamen auctores vterum pro vtriuſqꝫ ſexus ventre plerūqꝫ ponūt nec poetę tm̄modo:ſed et cęteri. Vocatus autē vter⁹ ꝙ duplex ſit:& ab vtraqꝫ in duas ſe diuidat partes: quę in diuerſum diffuſe ac replexe circūplicantur in modum cornu arietis:vel ꝙ interius impleatur fętu. Hinc & vter ꝙ aliquid intrinſecus habuerit: vt membra & viſcera. Aqualicul⁹ autem proprie porci eſt: hinc ad ventrē trāſlatio. Matrix dicitur ꝙ fętus in ea generetur:ſemen em̄ receptum confouet confotum corporat: corporatum in membra diſtinguit. Vulua vocata: quaſi valua.i.ianua ventris:vel ꝙ ſemen recipiat:vel ꝙ ex ea fętus procedat. Veſica dicta quaſi vas aquę: quia ſicut vas aquæ: ita de renibus vrina collecta completur & humore diſtenditur. Cuius vſus in volucribus non habetur. Vrina autē dicta ſiue ꝙ vrat:ſiue quia ex renibus egeriť. Cui⁹ inditio & ſalus & egritudo mōſtratur. Qui humor vulgo lotium dicitur:ꝙ eo lota.i.munda veſtimenta efficiantur. Semen eſt quod iactum ſumitur aut a terra aut ab vtero ad gignendum vel fructus vel foetus. Eſt enim liquor ex cibi & corporis decoctione factus ac diffuſus ꝑ venas atqꝫ medullas:qui inde deſudatus in modum ſentinę concreſcit in renibus eiectuſqꝫ per coitum & in vtero mulieris ſuſceptus:calore quodāmodo viſcerum:& menſtrualis ſanguinis irrigatione formatur in corpus. Menſtrua ſuperuacuus mulierū ſanguis. Dicta aūt menſtrua ꝓpter circuitū lunaris luminis: quo ſolet hoc euenire profluuiū. Luna em̄ gręce mene dicitur:hec & muliebria nuncupantur. Nam mulier ſolū menſtruale animal eſt. Cuius cruoris contactu fruges non germinant aceſcunt muſta:moriuntur herbę:amittunt arbores fętus:ferrum rubigo corrumpit:nigreſcūt ęramēta. Si q canes inde ederint in rabiem efferūtur. Glutinū aſphalti:quod nec ferro nec aquis diſſolniť:cruore ipſo pollutum ſponte diſpergitur. Poſt plurimos aūt dies menſtruos ideo ſemen non eſt germinabile:quia iam nō eſt mēſtrualis ſanguis a quo perfuſum irrigetur. Tenue ſemen locis muliebribus non hęrere. Labitur em̄ nec habet vim adhęrendi. Similiter & craſſum vim nō habet gignendi:quia muliebri ſanguini miſceri non pōt propter nimiā ſui ſpiſſitudinē. Hinc & ſteriles mares & foeminas dicunt fieri.vel per nimiā ſeminis vel ſanguinis craſſitudinē:vel propter nimiā raritatē. Primū aūt aiūt cor hominis fingi ꝙ in eo ſit & vita hominis & ſapientia:deinde quadrageſimo die totū corpus expleri quod ex abortionibus vt ferunt collectū eſt. Alii fętus a capite ſumere dicunt exordium. Vnde & in auiū fętib⁹ primū oculos fingi in ouis videmus. Fętus autē nominatus ꝙ adhuc in vtero foueatur. Cuius fęcunde dicuntur follicul⁹ qui ſimul cū infante naſciť cōtinetqꝫ eū. Dict⁹ ita: qa eū cū ediť ſequiť. Naſci autē patrib⁹ ſimiles aiūt: ſi paternū ſemē validus ſit:matrib⁹:ſi matris:hac ratione ſimiles exprimit vultus. Qui autē vtriuſqꝫ parentis figurā reddūt:eq̄liter mixto paterno maternoqꝫ ſemine cōcipiunť. Auorū prauorūqꝫ ſimiles fieri.qa ſicut i terra multa ſemina occulta:ita & in hoibus ſemina celanť figuras parētū redditura. Ex paterno autē ſemine puellas naſci & ex materno pueros:qa ois part⁹ cōſtat ex duplici ſemine:cui⁹ pars maior cū inualuerit: occupat ſimilitudinē ſex⁹. In corpore nr̄o quedā tm̄ vtilitatis cauſa facta ſunt vt viſcera:q̄dā & vtilitatis & decoris vt ſenſus i facie:& in corpore man⁹ ac pedes. Quoꝝ mēbrorū & vtilitas magna eſt & ſpecies decenteſſima. Quędā tm̄ decoris.vt mām̄illę i viris & i vtroqꝫ ſexu vmbilic⁹ Quędā diſcretiōis vt i viris genitalia:barba prolixa: pect⁹ amplū:in mulieribus lenes genę & anguſtū pectus ad cōcipiēdos aūt & portandos fętus renes & latera dilatata. Qđ ad hominē & ad partes attinet corporis ex ꝑte dictū eſt:nunc ætates eius ſubiungam.

ℂDe ętatibus hominis. Cap̄. II.

GRadus ętatis ſex ſunt:infātia:pueritia: adoleſcētia:iuuētus:grauitas atqꝫ ſenectus. Prima ętas infantia eſt pueri naſcentis ad lucē q̄ porrigiť in ſeptē annos. Scđa ętas pueritia.i.pura & nec dū ad generādū apta:tēdēs vſqꝫ ad.xiiii annū. Tertia adoleſcētia ad gignēdū:adulta q̄ porrigiť vſqꝫ ad.xxviii.ānos. Quarta iuuēt⁹ firmiſſima oiꝫ ętatū finiēs i quinq̄geſimo āno. Quīta ętas ſenioris.i.grauitas q̄ eſt declinatio a iuuentute in ſenectutē nondū ſenectus:ſed iā non iuuentus:qa ſenioris ętas eſt quā gręci preſbyten vocant. Nam ſenex apud gręcos non preſbyter ſed geron dicitur. Quæ ętas a quinquageſimo anno incipiens ſeptuageſimo terminatur. Sexta ętas eſt ſenectus:q̄ nullo annoꝝ tempore finitur:ſed poſt quinqꝫ illas ętates quantūcūqꝫ vitę eſt:ſenectuti deputatur. Senium autē pars eſt vltima ſenectutis:dicta ꝙ ſit terminus ſextę etatis. In his ergo ſex ſpaciis philoſophi vitā deſcripſerunt humanā:in quibus mutatur & currit & ad mortis terminū peruenit. Pergamus ergo breuiter per

predictos gradus ætatũ: ętymologias earũ in homine demonſtrantes. Infans dicitur homo primę ętatis. Dictus aũt infans quia adhuc fari neſcit. i. loqui non poſſit. Nondũ eñ bene ordinatis dentibꝰ minus eſt ſermonis expreſſio. Puer a puritate vocatus: q̃a purꝰ eſt: & necdũ lanuginẽ florẽqꝫ genarũ habens. Hi ſunt ephebi id eſt a phębo dicti: necdũ viri: ſed adoleſcentuli lenes. Puer autẽ tribus modis dicitur: ꝓ natiuitate: vt Eſaias. Puer natus eſt nobis: ꝓ ętate: vt octennis decẽnis. Vnde et illud. Iam puerile iugũ tenera ceruice tegebat: ꝓ obſeq̃o et fidei puritate: vt dominꝰ ad prophetã. Puer meus es tu: noli timere: dum iã hieremias lõge pueritię exceſſiſſet annos. Puella eſt paruula: quaſi pulla. Vnde & pupillos non pro conditione: ſed pro ętate puerili vocamus. Pupilli autẽ dicti: quaſi ſine oculis: hoc eſt a parentibus orbi. Hi autẽ vere pupilli dicũtur quoꝝ patres ante deceſſerunt q̃ ab eis nomen acciperent. Cęteri orbi vocantur. Orphani idẽ qui & pupilli: illud eñ gręcũ nomen eſt: hoc latinũ. Nam & in pſalmo vbi legitur: pupillo tu eris adiutor: gręcus habet orphano. Puberes a pube. i. a pudendis corporis nũcupati: ꝙ hęc loca tunc primũ lanuginẽ ducunt. Quidã autẽ ex annis pubertatẽ exiſtimant: id eſt eum puberẽ eſſe qui. xiiii. annos expleuerit q̃uis tardiſſime pubeſcat. Certiſſimũ autẽ puberem eſſe qui & ex habitu corporis pubertatẽ oſtendit & generare iã poſſit. Puerpetę ſunt quę annis puerilibꝰ pariũt: vnde & Horatius. Laudat̃ in primo prole puerpera nato. Et dictę puerperę: vel ꝙ primo partu grauantur: vel ꝙ primũ pueros pariant. Adoleſcẽs dictꝰ eo ꝙ ſit ad gignendum adultus: ſiue a creſcere & augeri. Iuuenis vocatus: ꝙ iuuare poſſe incipiat: vt in bobus iuuenci cũ a vitulis diſceſſerint. Eſt eñ iuuenis in ipſo ętatis icremẽto poſitus: & ad auxiliũ preparatus. Nã iuuare hoĩs eſt opus aliquod cõferentis. Sicut autem triceſimus perfectę ętatis eſt annus in hominibꝰ: ita in pecudibus aciumentis tertius robuſtiſſimus eſt. Vir nũcupatus ꝙ maior in eo vis eſt q̃ in fęminis: vnde & virtus nomen accepit: ſiue ꝙ vi agat fęminã. Mulier vero a mollicie: tanq̃ molier detracta l littera vel mutata appellata eſt mulier. Vtriqꝫ eñ fortitudine & imbecillitate animoꝝ vel corporũ ſeparantur. Sed ideo virtus maxima viri: mulieris minor: vt patiens viro eſſet. ſ. ne fęminis repugnantibꝰ libido cogeret viros aliud appetere: aut in aliũ ſexũ proruere. Dicitur igit̃ mulier ſcd̃m fęmineũ ſexũ nõ ſcd̃m corruptionem integritatis & hoc ex lĩgua ſacrę ſcripturę. Nam eua ſtatim facta de latere viri ſui: nondũ contacta a viro mulier appellata eſt: dicente ſcriptura. Et formauit eã in mulierem. Virgo a viridiore ętate dicta eſt: ſicut & virga: ſicut & vitula. Alias ab incorruptione q̃ſi virago: ꝙ ignoret fęmineã paſſionẽ. Virago vocata q̃a vt vir agit: hoc eſt opera virilia facit: & maſculini vigoris eſt. Antiqui enim fortes fęminas ita vocabãt. Virgo aũt non recte virago dicitur: ſi non viri officio fungitur. Mulier vero ſi virilia opera facit recte virago dicitur: vt amazona. Quę vero nunc fęmina antiquitus vira vocabatur: ſicut a ſeruo ſerua: ſicut a famulo famula: ita a viro vira. Hinc & virginis nomen quidã putant: fęmina vero a partibus fęmoꝝ dicta vbi ſexus a viro diſtinguitur. Alii gręca ętymologia fęminã ab ignea vi dictã putant: quia vehementer concupiſcit. Libidinoſiores eñ viris fęmine ſunt. tam in mulieribus q̃ in animalibus. Vnde nimius amor apud antiquos fęmineꝰ vocabatur. Senior eſt adhuc viridior. Oui. in ſexto li. Senior iter iuuenemqꝫ ſenemqꝫ. Terentius. Quo iure ſumus. Adoleſcentior non vtiqꝫ magis eſt adoleſcens. ſed minus vt ſenior minus eſt ſene. vbi comparatiuus gradꝰ minus ſignificat a poſitiuo. Ergo ſenior nõ ſatis ſicut iuuenior inter iuuenem & ſenem. ſicut pauperior inter pauperem. Senes autem dictos quidã putant a ſenſus diminutiõe eo ꝙ iam pro vetuſtate deſipiant. Nam phyſici dicunt homines ſtultos eſſe frigidioris ſãguinis prudentes calidi. Vnde & ſenes in quibꝰ iam friget: & pueri in quibꝰ necdum calet: minus ſapiunt. Inde eſt quod conuenit ſibi infantũ ętas & ſenum. Senes enim per nimiã ętatem delirant: pueri per laſciuiã & infantiam ignorant quod agant. Senex aũt tñ maſculini generis eſt. ſicut anus fęminini. Nam anus dicitur ſola mulier. Anus aũt appellata a multis annis: quaſi annoſa. Nam ſi cõmune eſſet nomen: cur diceret Terentius ſenem mulierẽ. Hinc et vetula quia vetuſta: Sicut aũt a ſene ſenectus: ita ab anu anilitas nominata eſt. Canicies autem vocata a candore: quaſi candicies. vnde eſt illud. Florida iuuentus: lactea canicies: prout diceret candida. Senectus autẽ & multa bona ſecum affert: et mala. Bona: quia nos a potentiſſimis dominis liberat: voluptatibus imponit modum: libidinis frangit impetus: auget ſapientiam: dat maturiora conſilia. Mala autem quia ſeniũ miſerrimũ eſt debilitate & odio. ſubeunt enim morbi triſtiſqꝫ ſenectus. Naꝫ duo ſunt quibus minuuntur corporis vires: ſenectus & morbus. Mors dicta ꝙ ſit amara vel a marte qui eſt effector mortiũ ſiue a morſu hoĩs primi quo ille vſu pomi mortẽ meruit. Tria ſũt autẽ genera mortis acerba. immatura: naturalis. Acerba infãtium. immatura iuuenũ. matura id eſt naturalis ſenum. Mortuus autem ex qua parte orationis declinetur incertum eſt. Nã ſicut ait cęſar: non poteſt mortuus aliqua facere poſt mortẽ ſuam. ita homo non põt ſcire eius originem. i. mortuus ab eo ꝙ eſt morior in participio pręteriti tẽporis intus exire debuit per vnum. ſ. u non per duo. Nam vbi geminata eſt littera u. nomen eſt non participium: vt fatuꝰ arduus. Conuenienter itaqꝫ factũ eſt vt quemadmodũ id quod ſignificat non poteſt agendo: ita & ipſum nomen non poſſit loquendo declinari. Omnis autem mortuus aut funus eſt aut cadauer. Funus eſt ſi ſepeliatur. Et dictum funus a funibus accenſis: quos ante pheretrum papyris cęra circumdatis ferebant. Cadauer autem eſt ſi inſepultum iacet. Nam cadauer nominat̃ a cadendo: quia iam ſtare non poteſt. Quod dum portatur exequias dicimus: crematum reliquias: conditum iam ſepultum. corpus autẽ conſuetudine dicitur vt illud. Tum corpora luce

carentum. Defunctus vocatus:quia compleuit vitę of-
ficium. Nam dicimus defunctos officio:quia officia de
bita compleuerunt:vnde eſt & honorib⁹ functus. Hinc
ergo defūctus ꝙ ab officio vitę ſit depoſitus:ſiue ꝙ ſit
die functus. Sepultus autē dictus eo ꝙ iam ſine pulſu
& palpitatione eſt: ideſt ſine motu. Sepelire autē eſt con
dere corpus. Nam humare obruere dicimus hoc ē hu-
mum iniicere.

¶ De portentis. Cap. III.

POrtēta eē ait Varro:q̄ cōtra naturā nata videā
tur:ſed non ſūt contra naturam quia diuina
voluntate fiunt:cū voluntas creatoris cuiuſ
q; cōditę rei natura ſit Vnde & ipſi gētiles
deum modo naturam:modo deū appellant. Portentū
ergo ſit non contra naturā:ſed cōtra quam eſt nota na
tura. Portenta autem et oſtenta monſtra atq; prodigia
ideo nuncupantur:ꝙ portendere atq; oſtendere mon-
ſtrare ac predicere aliqua futura videntur. Nam porten-
ta dicta perhibentur a portendendo:id eſt preoſtenden
do. Oſtenta autem ꝙ oſtēdere quicq̄ futurum videant
Prodigia ꝙ porro dicant:id eſt futura predicant. Mon
ſtra vero a monitu dicta ꝙ aliquid ſignificandū demō
ſtrent ſiue ꝙ ſtatim monſtrent quid appareat: & hoc ꝓ
prietatis eſt:abuſione tamen ſcriptorum plęrūq; corrū
pitur. Quędam autem portētorum creationes in ſigni
ficationibus futuris conſtituta videntur. Vult eñ deus
interdum vētura ſignificare per aliqua naſcentium no-
xia:ſicut & per ſomnos & per oracula qua premoneat
& ſignificet quibuſdam vel gentibus vel hominib⁹ fu-
turam cladem:quod plurimis etiā experimentis proba
tum eſt:vt in temporibus xerxis regis. Tunc quippe le-
pus ex equa creata:diſſolui regnum eius portendit. Ale
xandro ex muliere monſtrum creatū eſt: ꝙ ſuperioris
corporis partes hominis:ſed mortuas habuerit:inferio
res diuerſarum beſtiarum:ſed viuentes ſignificaſſe re-
pentinam regis interfectionē:ſuperuixerant enim dete
riora melioribus. Sed hæc monſtra quę in ſignificatio
nibus dantur:non diu viuunt:ſed continuo vt nata fue-
rint occidunt. Inter portentum autem & portentuoſu;
differt. Nam portenta ſunt quę tranſfigurantur:ſicut fer
tur in vmbria mulierem peperiſſe ſerpentem:Vnde Lu
canus. Martemq; ſuus conterruit infans. Portentuoſa
vero leuem ſumunt mutationem:exempli cauſa cū ſex
digitis nati. Portenta igiť vel portentuoſa exiſtunt alia
magnitudine totius corporis vltra communē hominū
modum:quantus fuit tition in nouem iugeribus iacēs
Homero teſtante. Alia paruitate totius corporis: vt na-
ni:vel quos gręci pygmeos vocant:eo ꝙ ſint ſtatura cu
bitales. Alia magnitudine partium:veluti capite infor-
mi:aut ſuperfluis membrorum partibus:vt bicipites et
trimani vel ſcinoduntas quibus gemini ordine proce-
dunt dentes. Alia defectu partium in quibus altera pars
plurimum deficit ab altera: vt manus a manu vel pes a
pede. Alia diſciſſione:vt ſine manu. aut capite generata
quos græci ſtereſios vocant. Alia per numeria: q̄ſi ſolū
caput aut crus naſcitur. Alia quę in parte tranſfigurātur
ſicut qui leonis habent vultum:vel canis:vel taurinum
caput:aut corpus: vt ex paſiphae memorant genitum
minotaurum:quod græci etheremorphiam vocant.
Alia que ex omni parte tranſfigurātur in aliene creatio
nis portentū:vt ex muliere vitulum dicit hiſtoria gene-
ratum. Alia que ſine tranſfiguratione mutationē habēt
locorum:vt oculos in pectore vel in fronte:aures ſupra
tempora:vel ſicut Ariſtoteles tradidit quemdam in ſi-
niſtra parte iecur: in dextera ſplen habuiſſe. Alia ſcd̄m
cōnaturationem:vt in alia manu digiti plures connatu-
rati et coherentes reperiuntur:in alia minus ſiue in pedi
bus. Alia ſecundum immaturam & intemperatam cre-
ationem:ſicut hi qui dentati naſcuntur ſiue barbati vel
cani. Alia cōplexu plurimarum differentiarum: ſicut il
lud quod prędiximus in alexandro multiforme portē
tum. Alia cōmixtione generis:vt androgyni & herma-
phroditę vocantur. Hermaphroditę autem nuncupa-
ti eo ꝙ in eis vterq; ſex⁹ appareat. Herma quippe apud
græcos maſculus eſt:aphrodi fęmina nuncupatur. Hi
dextram māmillam virilem:ſiniſtram muliebram ha-
bentes viciſſim coeundo & gignūt & pariunt. Sicut aūt
in ſingulis gentibus quædam mōſtra ſunt hominum:
ita in vniuerſo genere humano quædam monſtra ſunt
gentiū:vt gigantes cinocephali cyclopes & cetera. Gi-
gantes dictos iuxta græci ſermonis ętymologiā q eos
gegines exiſtimant:id eſt terrigenas eo ꝙ eos fabuloſe
pariens terra immēſa mole & ſimiles ſibi genuerit. Ge
enim terra appellať:genis genus licet & terrę:filios vul
gus vocet:quorum genus incertum eſt. Falſo autē opi-
nantur quidam imperiti de ſcripturis ſacris preuarica-
tores angelos cum filiabus hominum ante diluuiū cō
cubuiſſe:& exinde natos gigantes:id eſt nimium gran-
des & fortes viros:de quibus terra completa eſt. Ceno-
cephali appellantur:eo ꝙ canina capita habeāt: quoſq;
ipſe latratus magis beſtias q̄ homines confitetur. Hi in
india naſcuntur. Cyclopes quoq; eadem india gignit
& dicti cyclopes:eo ꝙ vnum oculum in frōte media ha
bere perhibentur. Hi & agriophagite dicuntur ꝓpter
quod ſolas ferarum carnes comedunt. Lemnias i libya
credunt truncos ſine capite naſci:& os & oculos habe-
re in pectore. Alios ſine ceruicibus gigni oculos haben
tes in humeris. In vltimo autē orientis mōſtruoſę gen
tium facies ſcribuntur. Alię ſine naribus ęquali totius
oris planicie informes habentes vultus. Alię labro ſub
teriore adeo prominenti:vt in ſolis ardoribus totā ex
eo faciem contegant dormientes. Aliis cōcreta ora eſſe
modico tantū foramine calamis auenarum paſt⁹ hauri
entes. Nonnulli ſine liugnis eſſe dicuntur in vicem ſer
monis vtentes nutu ſiue motu. Panothioſi apd ſcythiā
eſſe feruntur tam diffuſa aurium magnitudine vt omne
corpus ex eis contegant. Pan eñ græco ſermone oēe
othi aures dicuntur. Artabatię in ęthiopia proni vt pe-
cora ambulare dicuntur. quadrageſimum eñ annum
nullus ſupergreditur. Satyri homuntiōes ſunt aduncis

natibus:cornua in frontibus habent & capratum pedi=
bus ſimiles qualem in ſolitudine antonius ſanctus vidit
Qui etiã interrogatus a dei ſeruo reſpondiſſe fertur di=
cens. Mortalis ego ſum vnꝰ ex accolis heremi quos va=
rio deluſa errore gentilitas faunos ſatyroſq́ colit. Dicũ
tur quidam et ſilueſtres homines quos nonnulli faunos
ficarios vocant. Sciopodum gẽs fertur eſſe in ęthiopia
ſingulis cruribus & celeritate mirabili:quos inde ſcio=
podas gręci vocant eo ꝙ per ęſtum in terra reſupini ia
centes pedum ſuorũ magnitudine adumbrentur. An=
tipodes in libya plantas verſas habent poſt crura. & octe
nos digitos in plantis. ypodopes in ſchitia ſunt huma=
nam formam & equinos pedes habentes. In india ferũt
eſſe gentem que macrobii nuncupantur. xii. pedum ſta
tura habentes. Eſt & gens ibi ſtaturę cubitalis:quos gręci a cubito pygmęos vocant:de qua ſupra diximus. Hi
montana indię tenent:quibus eſt vicinus oceanus. Per
hibent & in eadem india eſſe gentem fęminarum quæ
quinquennes concipiunt & octauum vitę annum nõ ex
cedunt. Dicuntur autem & alia hominũ fabula portenta
quę non ſunt:ſed ficta et in cauſis rerum interpretantur
vt geryonem hiſpanie regem triplici forma proditum
Fuerunt enim tres fratres tantę cõcordię vt in tribꝰ cor
poribus quaſi vna anima eſſet. Gorgones quoq́ mere
trices crinitas ſerpentibus ferunt quę aſpicientes ſe con
uertebant in lapides. habentes vnum oculum quo inui=
cem vtebantur. Fuerunt autẽ tres ſorores vniꝰ pulchri=
tudinis:quaſi vnius oculi quę ita ſpectatores ſuos ſtupe
ſcere faciebant vt vertere eos putarentur in lapides. Sire
nas tres fingunt fuiſſe:ex parte virgines ex parte volu=
cres habentes alas & vngulas: quarum vna voce altera
tibiis:tertia lyra canebat. Quę illectos nauigãtes ſub cã
tu in naufragia trahebant. Secundũ veritatem autem me
retrices fuerunt:quæ tranſeuntes quoniã ad egeſtatem
deducebant. his fictę ſunt inferre naufragia. Alas autem
habuiſſe & vngulas:qa amor & volat & vulnerat. Quę
inde in fluctibus cõmoraſſe dicuntur: quia fluctus ve=
nerem creauerunt. Scyllam quoq́ ferunt fęminã capiti
bus ſuccinctam caninis cũ latratibus magnis ꝓpter fe=
tum ſiculi maris in quo nauigantes verticibꝰ in ſe con=
currentium vndarum exterriti:latrare exiſtiment vndas
quas ſorbentes ęſtus vorago collidit. Fingunt & mon=
ſtra quedam irrationabiliũ animantium: vt cerberum
inferorum canem tria capita habentem: ſignificantes p
eũ tres ętates:per quas mors hominẽ deuorat. i. infan=
tiam:iuuentutem:& ſenectutem. Quem quidam ideo
dictum cerberum putant quaſi creoboros:id eſt carne
vorans. Dicunt & hydram eſſe ſerpentem cũ nouem ca
pitibꝰ quę latine ſcedera dicitur:quod vno cęſo tria ca=
pita excreſcebant. Sed conſtat hydram locũ fuiſſe euo=
mentem aquas:vaſtantem vicinam ciuitatẽ: in quo vno
clauſo meatu multi erumpebant. Qđ hercules videns:
loca ipſa exuſſit:& ſic aquę clauſit meatua. Nam hydra
ab aqua dicta eſt. Huius mentionẽ facit. Ambroſius in
ſimilitudine hereſum dicẽs. Hereſis enĩ m velut quędã
hydra fabularum vulneribus ſuis creuit:& dum ſępe re
ciditur pullulauit ignis debito incendio peritura. Fin=
gunt & chymeram triformẽ beſtiam:ore leo:poſtremis
partibus draco:media caprea. Quã quidam philoſophi
non animal:ſed cilicię montem eſſe aiunt: quibuſdam
locis leones & capreas nutrientem: quibuſdam arden=
tem: quibuſdam plenam ſerpentibus. Hunc bellerephõ
tes habitabilem fecit. vnde chymeram dicitur occidiſſe
Centauris id eſt hominibus equo mixtis ſpecies voca=
bulum dedit:quos quidam fuiſſe equites theſſalorum
dicunt:ſed pro eo ꝙ diſcurrentes in bello velut vnum
corpus equorum & hominũ viderẽtur:inde centauros
fictos aſſeruerunt. Porro minotaurũ nomen ſumpſiſſe
ex tauro & homine:qualem beſtiam dicunt fabuloſe in
labyrintho incluſam fuiſſe: de qua Ouidius. *Semibo=
uemq́ virum:ſemiuirumq́ bouem.* Onocentaurũ aũt
vocari eo ꝙ media hominis ſpecies:media aſini eſſe di
catur:ſicut & hypocentauri: ꝙ equorũ hominũq́ in eis
natura coniuncta fuiſſe putatur.

¶ De tranſformatis. Cap. IIII.

SCribuntur autẽ & quędã mõſtruoſe hominũ
transformationes & cõmutationes in beſtias
ſicut de illa maga famoſiſſima circe que ſo=
cios quoq́ vlixis mutaſſe fert in beſtias:& de
archadibus qui ſorte ducti tranſnatabant quoddam ſta
gnum:atq́ ibi conuertebãtur in lupos. Nam & diome
dis ſocios in volucres fuiſſe conuerſos:nõ fabuloſo mẽ
dacio:ſed hiſtorica affirmatione cõfirmant. Sed et qui
dam aſſerunt ſtrigas ex hominibus fieri. Ad multa eñ
latrocinia figurę ſceleratorum mutantur:& ſiue magi=
cis cantibus ſiue herbarum veneficio totis corporibus
in feras tranſeunt. Siquidẽ & per naturam plęraq́ mu=
tationem recipiunt:& corrupta in diuerſas ſpecies trãſ
formantur:ſicut de vitulorum carnibus putridis apes:
ſicut de equis ſcarabei:de mulis locuſtę:de cancris ſcor
piones. Ouidiꝰ. Concaua littorei ſi demas brachia can=
cri:Scorpius exibit:caudaq́ minabitur vnca.

¶ Incipit liber duodecimus.

¶ De pecoribus & iumentis. Cap. I.

OMnibus animantibus Adam primꝰ vocabu
la indidit:appellãs vnicuiq́ nomẽ ex ꝑſenti
inſtitutione:iuxta cõditionẽ naturę cui ſer=
uiret. Gẽtes aũt vnicuiq́ aialiũ ex ꝓpria lin
gua dederunt vocabula. Nõ aũt ſcđm latinã linguã atq́
gręcã aut quarumlibet gentium barbararũ nomina illa
impoſuit Adam:ſed illa lingua quæ ante diluuiũ oim
vna fuit quę hebręa nuncupatur. Latine autem anima=
lia ſiue animãtia dicta: ꝙ animentur vita & moueantur
ſpiritu. Quadrupedia vocata:quia quattuor pedibus
gradiantur:que dum ſunt ſimilia pecoribus:tamen ſub
cura humana non ſunt:vt cerui:dãmæ: onagri &c. ſed
neq́ beſtię ſunt:vt leones:neq́ iumenta:vt vſus homi=
num iuuare poſſint. Pecus dicimus omne quod huma
na lingua & effigie caret. Proprie autẽ pecorum nomẽ

his animalibus accommodari ſolet quę ſunt aut ad ve-
ſcendum apta:vt oues & ſues:aut vſui hominum com-
moda:vt equi & boues. Differt autẽ inter pecora & pe-
cudes:nam veteres cõmuniter in ſignificatione omniũ
animantium pecora dixerũt:pecudes autem tm̃ illa ani
malia,quę edũtur: quaſi pecuedes. Generaliter autem
omne animal pecus a paſcendo vocatum. Iumenta no-
mina inde traxerunt:ꝙ noſtrum laborem vel onus ſuo
adiutorio ſubuectando vel arando iuuẽt. Nam bos car
penta trahit & duriſſimas terrę glebas vomere vertit.
Equus & aſinus portant onera:& hominum in gradien
do laborem temperant. Vnde & iumenta appellãtur ab
eo ꝙ iuuent homines : ſunt enim magnarum virium
animalia. Eadem quoqꝫ armenta:vel ꝙ ſint apta armis
id eſt bello:vel ꝙ his in armis vtimur. Alii armenta tm̃
boues intelligunt ab arando:quaſi aramenta:vel ꝙ ſint
cornibus armata. Diſcretio eſt autẽ inter armẽta & gre-
ges. Nam armenta equorum & boum ſunt: greges ve-
ro caprarum et ouium. Ouis molle pecus lanis:corpo-
re inerme:animo placidum:ab ablatione dictum eo ꝙ
apud veteres in initio nõ tauri:ſed oues ĩ ſacrificio ma-
ctarentur. Ex his quaſdam bidentes vocãt eo ꝙ inter
octo dentes duos altiores habent:quas maxime genti-
les in ſacrificium offerebant. Veruex vel a viribus dict⁹
ꝙ cęteris ouibus ſit fortior:vel ꝙ ſit vir:id eſt maſcul⁹
vel ꝙ vermem in capite habeat:quorum excitati pruri
tu inuicem ſe concutiũt & pugnantes cum magno im-
petu feriunt. Aries vel apo tu areos.i.a mare vocat⁹:vñ
apud nos in gregib⁹ maſculi mares dicunt:ſiue ꝙ hoc
pecus a gentilibus primũ aris eſt immolatum. Aries ꝙ
aris imponeretur. Vnde eſt illud. Aries mactatur ad arã
Agnum q̃q̃ & gręci vocent apo tu agno:quaſi pium:la
tini tamen ideo hoc nomen habere putant eo ꝙ prę cę-
teris animantibus matrẽ agnoſcat:adeo vt etiã ſi in ma
gno grege errauerit:ſtatim balatu recognoſcat vocem
parentis. Edi ab edẽdo vocati. Parui enim pinguiſſimi
ſunt & ſaporis iocundi:vnde & edere:inde & edulium
vocatur. Hircus laſciuũ animal & petulcum & feruens
ſemper ad coitum cuius oculi ad libidinem in tranſuer
ſum aſpiciunt. Vnde & nomen traxit. Nã hirci ſunt ocu
loꝝ anguli ſcd̃m Suetoniũ:cuius natura adeo calidiſſi-
ma eſt vt adamantem lapidẽ quẽ nec ignis nec ferri do-
mare valet materia:ſolus huius cruor diſſoluat. Maio-
res hirci cinifi dicuntur a fluuio cinife in lybia vbi gran
des naſcuntur. Capros & capras a carpendis virgultis q
dam dixerunt. Alii ꝙ captent aſpera. Nõnulli a crepitu
crurum:vnde eas creas vocitatas:q̃ ſunt capręagreſtes:
quas gręci pro eo ꝙ acutiſſime videant. απο του Δερ
κεσθαι .i. dorchas appellauerunt. Morantur enim in
excelſis montibus:& q̃uis de longinquo:vident tamen
om̃s qui veniunt. Eędem autẽ & capreę:eędem ibices:
quaſi auices:eo ꝙ inſtar auium ardua & excelſa teneãt:
& in ſublimib⁹ inhabitent:ita vt de ſublimitate vix hu-
manis obtutibus pateant : vnde & meridiana pars ibi-
ces aues vocat qui nili fluentis inhabitant. Hęc itaqꝫ ani
malia vt diximus in petris altiſſimis cõmorantur : vt ſi
quando ferarũ vel hominum aduerſitatem perſenſerint
de altiſſimis ſaxorum cacuminibus ſeſe precipitantes
in ſuis ſe cornibus illęſas ſuſcipiũt. Cerui dicti apo ton
ceraton.i.a cornibus. Cerata enim gręce cornua dicun-
tur:hi ſerpentium inimici:cũ ſe grauatos infirmitate ꝑ-
ſenſerint:ſpiritu narium eos extrahũt de cauernis & ſu-
perata pernicie veneni eorum pabulo reparantur. Dicta
mum herbã ipſi prodiderunt . Nam ea paſti excutiunt
acceptas ſagittas. Mirantur autem ſibilũ fiſtularũ:erectis
auribus acute audiunt:ſummiſſis nihil:ſi quando imẽ-
ſa flumina vel maria tranſnatant:capita clunibus prae-
cedentium ſuperponunt:ſibiqꝫ inuicem ſuccedentes: nul
lum laborem põderis ſentiunt. Tragelaphi a gręcis no-
minati qui dũ eadem ſp̃e ſint:vt cerui villoſos tamẽ ha
bent armos:vt hirci & mẽta promiſſis hirta barbis: qui
non alibi ſunt q̃ circa phaſideꝫ. Hinnuli filii ſunt ceruo
rum ab innuere dicti:quia ad nutũ matris abſcondũtur
Dãmula vocata ꝙ de manu effugiat : timidũ animal &
imbelle:de quo Martialis:Dente timet̃ aper:defendunt
cornua ceruũ. Imbelles dãmę:quid niſi ꝑda ſumus. Le
pus quaſi leuipes:quia velociter currit. Vnde & gręce
ꝓ curſu lagos dicitur:velox eſt eñ animal & ſatis timi-
dum. Cuniculi genus agreſtiũ animaliũ:dicti quaſi ca-
niculi:eo ꝙ canũ indagine capiantur vel excludantur a
ſpelũcis. Sus dicta ꝙ paſcua ſubigat:id eſt terra ſubacta
eſcas inquirat. Verres ꝙ grãdes habeat vires. Porcus q̃
ſi ſporcus. Ingurgitat enim ſe cęno : luto immergit li-
mo illinit. Horatius: Et amica luto ſus:hinc etiam ſpur
citia vel ſpuri⁹ nuncupatur. Porcoꝝ pilos ſetas vocam⁹
& ſetas a ſue dictas:a quib⁹ & ſutores vocantur ꝙ ex ſe-
tis ſuant.i.conſuant pelles. Aper a feritate vocatus abla-
ta.f.littera & ſubrogata p. Vñ & apud graecos ſyagros
id eſt ferus dicitur. Omne eñ quod ferũ eſt & immite
abuſiue agreſte vocamus. Iuuencus dictus eo ꝙ iuuare
incipiat hominũ vſus in excolenda terra:vel quia apud
gentiles ioui ſemper vbiqꝫ iuuencus immolabatur: nũ
q̃ taurus. Nam in victimis etiam ętas cõſiderabat̃. Tau
rus gręcum nomen eſt:ſicut & bos. Indicis tauris color
fuluus eſt:volucris pernicitas:pilis in contrarium ver-
ſis:caput circunflectũt flexibilitate qua volunt:tergi du
ricia omne telum reſpuũt immiti feritate. Boucm grae-
ci boeten dicunt. Hunc latini trionẽ vocant eo ꝙ terram
terat quaſi terionem. Neuius: Trionum hic moderator
ruſticus:cuius latitudo pelliũ a mento ad crura. Palea-
ria dicuntur a pelle ipſa:quaſi pellearia:quod eſt gene-
roſitatis in boue ſignum. Boum in ſociis eximia pietas
Nam alter alterum inquirit cũ quo ducere collo aratra
conſueuit:& frequenti mugitu pium teſtatur affectum
ſi forte defecerit. Vacca dicta quaſi boacca. Eſt enim ex
qualitate mobilium nominũ:ſicut leo lęęna:draco dra-
cęna. Vitulus & vitula a viriditate vocati ſunt:id eſt ęta-
te viridi:ſicut virgo. Vitula autem parua eſt & nondum
enixa. Nam enixa iuuenca eſt aut vacca. Bubali vocati
per deriuationem ꝙ ſunt ſimiles boum, adeo idomiti:

pientium:quo eorū ſimiles concipere & creare poſſint
Nam & colūbarū dilectores depictas ponunt pulcher
rimas colūbas iiſdem locis quibus ille verſantur: quo
rapiente viſu ſimiles generent. Inde eſt ꝙ quidam gra
uidas mulieres iubent nullos intueri turpiſſimos ani=
malium vultus:vt cenocefalos & ſimias:ne viſibus oc=
currentes ſimilis fœtus pariant. Hanc enim fœminarū
dicūt eſſe naturā:vt quales proſpexerint:ſiue mēte cō=
ceperint in extremo voluptatis ęſtu dum concipiunt:
talem ſobolem procreent. Et enim animal in vſu vene=
reo formas extrinſecas intus tranſmittit:eorū q; ſatiata
typis rapit ſpecies eorū in propriā qualitatem. In ani=
mantibus bigenera dicuntur quę ex diuerſis naſcūtur:
vt mulꝰ ex equa & aſino:burdo ex equo & aſina:hybri=
de ex apris & porcis:tityrus ex oue & hirco:muſino ex
capra & ariete. Eſt autem dux gregis.

¶ De beſtiis. Cap.II.

BEſtiarū autē vocabulū proprie cōuenit leoni
bus pardis:tigribus:lupis: & vulpibus: cani=
buſq; & ſimiis:& cęteris quę vł ore vel vngui
bus ſęuiunt:exceptis ſerpentibus. Beſtię autē
dictę a vi qua ſęuiunt. Ferę appellatę eo ꝙ naturali vtā
tur libertate & deſiderio ſuo ferantur. Sunt autem libe
rę earum voluntates:& huc atq; illuc vagantur. & quo
animus deduxerit:eo ferūtur. Leonis vocabulū ex gręe=
ca origine inflexum eſt in latinum. Gręce enim leō vo=
catur:& eſt nomen notum:quia ex parte corruptū. Le=
ęna vero totum gręcum eſt:ſicut & dracena. Vt autem
leęna lea dicatur:vſurpatū eſt a poetis. Leo autem gręe=
ce latine rex interpretatur:eo ꝙ ſit princeps omniū be
ſtiarum. Cuius genus trifariū dicitur. E quibus breues:
ac iuba criſpa ibelles ſunt:longi & coma ſimplici acri=
ores. Animos eorum frons & cauda indicat. Virtus eo
rum in pectore:firmitas in capite. Septi autem a vena=
toribus terram contuentur:quo minus conſpectis ve=
nabulis terreantur. Rotarum timēt ſtrepitus:ſed ignes
magis. Cum dormierint vigilant oculi. Cum ambulāt
cauda ſua cooperiūt veſtigia ſua ne eos venator inueni
at. Cum genuerint catulum tribus diebus & tribus no=
ctibus catulus dormire fertur. Tunc deinde patris fre=
mitu vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus ſuſcita
re dicitur catulum dormientem. Circa hominem leo=
num natura eſt benigna:vt niſi lęſi nequeant iraſci. Pa
tet enim eorum miſericordia exēplis aſſiduis. Proſtra
tis enim parcūt: captiuos obuios repatriare permittūt
hominem non niſi magna fame interimunt:de quibꝰ
Lucretiꝰ. Simiiſq; leonum &c. Tigris vocata propter
velocem fugam. Ita enim nominant perſę & medi ſa=
gittam. Eſt enim beſtia variis diſtincta maculis:virtute
& velocitate mirabilis:ex cuius nomine flumen tigris
appellatur ꝙ is rapidiſſimus ſit omnium fluuioꝝ. Has
magis hyrcania gignit. Panther dictꝰ ſiue ꝙ omnium
animaliū amicus ſit excepto dracone:ſiue quia ea ſui
generis ſocietate gaudet:ꝙ ad eandem ſimilitudinem
quicquid accipit reddit. Pan enim gręce omne dicitur
Beſtia hęc eſt minutis orbiculis ſuperpicta ita vt ocula
tis ex fuluo circulis nigra vel alba diſtinguatur varieta=
te. Hæc ſemel omnino parturit:cuius cauſę ratio mani
feſta eſt. Nam cum in vtero matris coaluere catuli:ma=
turiſq; ad naſcendum viribus pollent: odiūt tempoꝝ
moras:itaq; oneratam fœtibus vuluam tāq̄ obſtātem
partui vnguibus lacerant:effundit illa partum: ſeu po=
tius dimittit:dolore coagēte. Ita poſtea corruptis & ci=
catricoſis ſedibus genitale ſemen infuſum nō hęret ac
ceptum:ſed irritum reſilit. Nam Pliniꝰ dicit animalia
cum acutis vnguibus frequenter parere non poſſe. Vi=
ciantur enim intrinſecus ſe mouētibus catulis. Pardus
ſecūdus poſt pantherem:eſt genus varium ac velociſſi
mum & præceps ad ſanguinem. Saltu enim ad mortē
ruit. Leopardus ex adulterio leęnę & pardi naſcitur: et
terciam originem efficit:ſicut et Plinius in naturali hi
ſtoria dicit leonem cum parda:aut pardum cum leęna
concumbere:et ex vtroq; coitu degeneres partus creari
vt mulus et equa ex aſino. Rhinocerō a gręcis vocatus
latine interpretatur in nare cornu. Idem et monocerōs
id eſt vnicornis: eo ꝙ vnum cornu in media fronte ha=
beat pedum quattuor:ita acutum et validum vt quic=
quid impetierit. aut ventilet:aut perforet. Nam et cum
elephantis ſępe certamen habet: et in ventre vulneratū
proſternit. Tantę autem eſt fortitudinis vt nulla venan=
tium virtute capiatur:ſed ſicut aſſerunt qui naturas ani=
malium ſcripſerūt:virgo puella pręponitur quę venie=
ti ſinum aperit:in quo ille omni ferocitate depoſita ca=
put ponit:ſicq; ſoporatus velut inermis capiť. Elephā
tem gręci a magnitudine corporis vocatum putant:ꝙ
formam montis pręferat. Gręce enim mēs elepho di=
citur. Apud indos aūt a voce barro vocať. Vnde et vox
eius barritus diciť:et dētes eiꝰ ebur:roſtrū aūt promo
ſcida diciť qm̄ illo pabulū ori admouet: et eſt angui ſi=
milis:vallo munitꝰ eburneo. Hos boues lucas vocabāt
antiqui romani boues : quia nullum animal grandius
videbāt:lucas quia in lucania illos primos pyrrhus in
prelio obiecit romanis. Nam hoc genus animātis i re=
bus bellicis aptū eſt. In eis enim perſę et idi ligneis tur
ribus collocatis tanq̄ de muro iaculis dimicant Intelle
ctu autē et memoria multa vigent. Gregatim incedunt
motu quo valent ſalutant hoīes: murem fugiūt: auerſi
coeunt. quando autē parturiunt:in aquis vel inſulis di=
mittunt fœtus: ꝓpter dracones. quia inimici ſunt et ab
eis iplicati necanť. Biennio autē portant fœtus:nec am
plius q̄ ſemel gignūt:nec plures ſed tantū vnū. Viuunt
autē annos trecentos. Apud ſolam africam et indiā ele
phanti prius naſcebanť:nūc ſola eos india gignit. Gry
phes vocať: ꝙ ſit animal pēnatū et quadrupes. Hoc ge
nus ferarū in hyperboreis mōtibus naſcitur:omni par
te corporis leones ſūt:alis et facie aquilis ſimiles: eqs
vehementer infeſti. Nam et hoīes viuos diſcerpūt. Ca
meleon nō habet vnum colorē ſed diuerſa varietate cō
ſperſus:vt pardus. Dictꝰ aūt ita:eo ꝙ cameli ſimilitudi

nem habet et leonis:huius cameleontis corpuſculũ ad
colores quos videt facillima conuerſione variat: quod
animalium aliorum non eſt ita ad conuerſionem faci-
lis corpulentia. Cameleo pardus dictus quod dum ſit
vt pard⁹ albis maculis ſuperaſperſus:collo equo ſimi-
lis:pedibus bubalis:capite tamen camelo ſimilis:hunc
ęthiopia gignit. Linx dictus quia in luporũ genere nu
meratur:beſtia maculis diſtincta terga vt pardus:ſed ſi
milis lupo. Vnde & ille licos:iſte linx. Huius vrinã con-
uerti in duriciam pręcioſi lapidis dicũt qui liguri⁹ ap
pellatur:ꝙ & ipſos linces ſentire hoc documento pro-
batur. Nam egeſtum liquorem harenis in quãtum po-
tuerint contegunt inuidia quadam naturę ne talis ege-
ſtio trãſeat in vſum humanum. Linces dicit Plinius ex
tra fœtum vnum non admittere ſecundum. Caſtores a
caſtrando dicti ſunt. Nam teſticuli eorum apti ſunt me
dicaminibus propter ꝙ cum pręſenſerint venatorem
ipſi ſe caſtrant & morſibus vires ſuas amputant: de qui
bus Cicero in ſcauriana:redimunt ſe a parte corporis:
propter ꝙ maxime expetuntur. Iuuenalis Qui ſe eunu
chum ipſe facit:cupiẽs euadere dãna teſticuli. Ipſi ſunt
& fibri qui etiam pontici canes vocantur. Vrſus fertur
dictus ꝙ ore ſuo formet fœtus:quaſi orſus. Nam aiũt
eos iformes generare partus:et carnem quãdam naſci
quam mater lambiendo in membra cõponit. vnde eſt
illud. Sic format lingua fœtum cum protulit vrſa. Sed
hoc immaturitas partus facit. Deniq; .xxx. die generat
vnde euenit:vt pręcipitata fœcunditas informis pro-
creetur Vrſorum caput inualidũ:vis maxima in brachi
is & in lumbis. Vnde interdum erecti inſiſtunt. Lupus
græca determinatione in linguam noſtram transfertur
Lupos enim illi licos dicũt. Licos autem græce a mor-
ſibus appellatur ꝙ rabie rapacitatis quæq; iuenerit tru-
cidet. Alii lupos vocatos aiunt:quaſi leopos ꝙ quaſi le
oni ita ſit illi virtus in pedibus vnde quicquid pede pręſ
ſerit non viuit Rapax autem beſtia & cruoris appetens
De quo ruſtici aiunt Vocem hominem perdere ſi eum
prior lupus viderit Vnde & ſubito tacenti dicitur:lupus
eſt in fabula. Certe ſi ſe pervíſum ſenſerit: deponit feri-
tatis audaciam. Lupi toto anno non amplius ꝗ diebus
xii. coeunt:famem diu portãt:& poſt lõga ieiunia mul
tum deuorant. Lupos ęthiopia mittit ceruice iubatos:
et tanto varios : vt nullum colorem dicant illis abeſſe.
Canis nomen latinum gręcam ętymologiam videtur
habere. Græce enim cinos dicitur: licet eum quidam a
canore latratus appellatum ęſtiment: eo ꝙ inſonet :vn
de & canere. Nihil autem ſagacius canibus. Plus enim
ſenſus cęteris animalibus habent. Namq; ſoli ſua no-
mina recognoſcunt: dominos ſuos diligunt: domino
rum tecta defẽdũt:pro dominis ſuis ſe morti obiiciũt
voluntarie cum domino ſuo ad prædam currunt:cor-
pus domini ſui etiam mortuum non relinquũt. Quo-
rum poſtremo natura eſt, externa homines eſſe nõ poſ
ſe. In canibus duo ſunt expectãda: aut fortitudo aut ve
locitas. Catuli abuſiue dicuntur quarũlibet beſtiarum
filii. Nam catuli proprie canum ſunt:per diminutionẽ
diſtincti. Liciſci autẽ dicuntur:vt ait Plinius:Canes na
ti ex lupis:& canibus cum inter ſe forte miſcent. Solẽt
& inde fœminas canes noctu in ſiluis alligatas admitti
ad tigres beſtias:a quibus inſiliri & naſci ex eodẽ fœtu
canes adeo acerrimos & fortes:vt complexu leones p-
ſternant. Vulpes dicta quaſi volupes. Eſt enim volubi-
lis pedib⁹ & nũꝗ rectis itinerib⁹:ſed tortuoſis anfracti-
bus currit:fraudulentum animal: inſidiiſq; decipiens.
Nam dum nõ habuerit eſcam fingit mortem:ſicq; de
ſcendentes quaſi ad cadauer volucres rapit & deuorat.
Simię græcum eſt nomẽ:ideſt preſſis naribus Vnde &
ſimias dicimus:ꝙ ſuppreſſis naribus ſint: & facie fęda
rugis turpiter follicantibus:licet & capellarum ſit preſ
ſum habere naſum. Alii ſimias latino arbitrãtur ſermo
ne vocatas eo ꝙ multa in eis ſimilitudo rationis huma
nę ſentitur:ſed falſum eſt Hę elementorum ſagaces no
ua luna exultant:media & caua triſtantur. Fœtus quos
amant ante ſe geſtant:neglecti circa matrem hęrẽt. Ho
rum genera quinq; ſunt: ex quibus cercopetici caudas
habẽt. Simia enim cum cauda eſt quam quidam durã
vocant. Sfingę villoſę ſunt comis mãmis prominenti
bus:dociles ad feritatis obliuionẽ. Cenocephali: & ipſi
ſimiles ſimiis:ſed facie admodum canis: vnde & nũcu
pati. Satyri facie admodum grata: & geſticularis moti-
bus inquieti. Callitrices:toto pene aſpectu a cęteris di-
ſtant. Sunt enim in facie producta barba: et lata cauda:
Leõtofonos:beſtia modica:et ex eo ita vocata: quia ca
pta exuritur:eiuſq; cinere aſpſę carnes: & poſitę per cõ
pita ſemitarum leones necant ſi quantulũcunq; ex illis
ſumpſerint. Strix animal in africa herinacii ſimile: vo-
catum a ſpinarum ſtridore:quas tergo laxatas emittit:
et canes inſequentes vulnerat. Enydros beſtiola ex eo
nũcupata:ꝙ in aquis verſetur:et maxime in nilo. Quę
ſi inuenerit dormientem crocodilum:volutat ſe in lu-
tum primum et intrat per os eius in ventrem:et carpẽs
omnia interiora eius exit viua de viſceribus crocodili
ipſo mortuo Hic neomon græce vocatus eo ꝙ odore
ſuo et ſalubria ciborum:et venenoſa prodãtur. De quo
Dracontius ait. Pręđicit ſuillus vim cuiuſcũq; veneni
Suillus autem a ſetis eſt nuncupatus. Hic etiam ſerpen
tes inſequitur:qui cum aduerſus aſpidem pugnat: cau
dam erigit:quam aſpis maxime obſeruat:quaſi minan
tem:ad quam cum vim ſuam transſert decepta corrũpi
tur. Muſio appellatus ꝙ murib⁹ infeſtus ſit. Hunc vul-
gus captum a captura vocat. Alii dicunt ꝙ captat ideſt
videt. Nam tãto acute cernit vt fulgore luminis noctis
tenebras ſuperet. Vnde et a gręcis venit cat⁹:ideſt inge
nioſus. απο του καιειν. Furo a furuo dict⁹ vnde et fur
Tenebroſus enim et occultos cuniculos effodit:et eii-
cit pręđam quam inuenerit. Melo vel ꝙ ſit rotundiſſi-
mo mẽbro. vel ꝙ fauos petat:et aſſidue mella captet.

¶ De minutis aiantibus. Cap. II.

MVs puſillũ animal:gręcũ illi nomẽ eſt quic
quid vero ex eo trahit latinũ fit. Alii dicunt

mures ꝙ ex humore terrę naſcantur. Nam mus terra:
vnde & humus His ĩ plenilunio iecur creſcit: ſicut quæ
dam maritima augentur: quæ rurſus decreſcente luna
deficiunt. Sorex latinum eſt eo ꝙ rodat: et in modum
ferræ præcidat. Antiqui autem ſoricem ſauricem dice
bãt: ſicut & clodum claudum. Muſtela dicta quaſi mus
longus. Nam telum a longitudine dictum. Hęc inge-
nio ſubdola in domibus vbi nutrit catulos ſuos tranſ-
fert mutatqꝫ ſedem. Serpẽtes etiam & mures perſequi
tur. Duo autem genera ſunt muſtelarum. Alterũ enim
ſilueſtre eſt: diſtãs magnitudine: quod gręci ictidas vo
cant. alterum in domibus oberrãs. Falſo autem opinã
tur qui dicunt muſtelam ore concipere: aure effundere
partum. Mus araneum cuius morſus araneę: eſt in ſar-
dinia animal perexiguum: araneę forma: cuius morſu
pręciduntur tecta: quę ſolifuga dicitur: ꝙ diem fugiat
In metallis argentariis plurima eſt: occulta reptans: &
per imprudentiam ſuperſedẽtibus peſtem facit. Talpa
dicta: ꝙ ſit dãnata cecitate perpetua & tenebris. Eſt eni
abſqꝫ oculis: ſemper terram fodit: & humum egerit: &
radices ſubter frugibus comedit: quam gręci aſfalã vo
cant Glires dicti ſunt: quia pingues eos efficit ſomnus
Nam gliſcere dicimus creſcere. Hyeme enim tota dor
miunt: & immobiles quaſi mortui iacent: tempore ęſti
uo reuiuiſcunt. Hericius animal ſpinis coopertum: qđ
exinde dicitur nominatum eo ꝙ ſubrigit ſe quãdo ſpi
nis ſuis clauditur: quibus vndiqꝫ prętectus eſt cõtra in
ſidias. Nam ſtatim vt aliquid pręſenſerit: primũ ſe ſub-
rigit: atqꝫ in globum cõuerſus: ĩ ſua ſe arma recolligit
Huius prudẽtia quędam eſt. Nam dum abſciderit vuã
de vite ſupinus ſeſe volutat ſuper eam: & ſic eam exhi-
bet natis ſuis. Grillus: nomen a ſono vocis habet. Hic
retro ambulat: terram terebrat: ſtridet noctibus. Vena-
tur eam formica circũligata capillo in cauernã eius cõ-
iecta afflata pri⁹ puluere ne ſe abſcõdat: ita formicę cõ-
plexib⁹ trahitur Formica dicta eo ꝙ ferat micas farris
cuius ſolertia multa. Prouidet enim in futurum: & pre
parat ęſtate quod hyeme comedat. In meſſe autẽ eligit
triticum: hordeum non tangit. Dum pluit ei ſuper fru-
mentum: totum eiicit. Dicuntur in ęthiopia eſſe formi
cę ad formam canis: quę harenas aureas pedibus eruũt
quas cuſtodiunt ne quis auferat: captanteſqꝫ ad necem
perſequuntur. Formicoleon ob hoc vocatus: quia eſt
vel formicarum leo vel certe formica pariter & leo. Eſt
enim animal paruum formicis ſatis infeſtum: quod ſe
in puluere abſcondit: & formicas frumẽta geſtantes in
terficit. Proinde aũt leo & formica vocatur: quia aliis
animalibus vt formica eſt: formicis autem vt leo eſt.

¶ De ſerpentibus. Cap. III.

ANguis vocabulũ omniũ ſerpentiũ genus:
ꝙ plicari & cõtorqueri poteſt: & ide ãguis
& anguloſus ſit: & nunq̃ rectus Angues au
tem apud ãti quos pro gen⁹ lucorũ erãt ha-
biti ſemper: vnde & Perſius. Pinge duos angues pue-
ri facer eſt lucus Colubrum conſtat ab eo dictum ꝙ co
la tvmbras: vel ꝙ in lubricos tractus flexib⁹ ſinuoſis la
bitur. Nam lubricum dicitur quicquid labitur dum te
netur: vt piſcis & ſerpens. Serpens autem nomen acce-
pit: quia occultis acceſſibus ſerpit: non apertis paſſibus
ſed ſquamarum minutiſſimis niſib⁹ repit. Illa autem
quę quattuor pedibus nituntur: ſicut lacertę & ſtellio-
nes: non ſerpentes ſed reptilia noĩantur. Serpentes aũt
reptilia ſunt: quia ventre & pectore reptant. Quorum
tot venena: quot genera. tot pernicies: quot ſpecies: tot
dolores quot colores habent. Draco maior cũctorũ ſer
pentium ſiue omnium animãtium ſuper terram. Hũc
græci dracontam vocant. Vnde & deriuatum eſt in la-
tinum vt draco diceretur: quia ſępe a ſpeluncis abſtra-
ctus: fertur in aerem concitaturqꝫ propter eum aer. Eſt
autem criſtatus ore paruo: & arctis fiſtulis: per quas tra
hit ſpiritum & linguam exerat. Vim autem non in den
tib⁹: ſed ĩ cauda habet: & verbere potius q̃ rictu nocet.
Innoxius autem eſt a venenis: ſed ideo huic ad mortẽ
faciendam venena non eſſe neceſſaria: quia ſi quem li-
gauerit occidit. A quo nec elephas tutus eſt ſui corpo-
ris magnitudine Nam circa ſemitas deliteſcens ꝑ quas
elephanti ſolito gradiuntur: crura eorum nodis illigat
ac ſuffocatos perimit. Gignitur autẽ in ęthiopia & in
india: in ipſo incendio iugis ęſtus. Baſilicus græce lati
ne interpretatur regulus: eo ꝙ rex ſerpentium ſit: adeo
vt eum videntes fugiant: quia olfactu ſuo eos necat Nã
et hominem ſi aſpiciat interimit. Siquidem ad ei⁹ aſpe
ctum nulla auis volans illęſa tranſit: ſed q̃uis procul ſit
eius ore combuſta deuoratur. A muſtellis tamen vinci
tur: quas illic homines inferunt cauernis: in quibus de
liteſcũt. Itaqꝫ ea viſa fugit quem illa perſequitur et occi
dit. Nihil enim parens ille rerum ſine remedio conſti
tuit. Eſt autem longitudine ſemipedalis albis maculis
lineatus. Reguli autem ſicut ſcorpiones arentia quæqꝫ
ſectantur: et poſtq̃ ad aquas venerint ibiqꝫ aliquem mo
morderint. hydrophobas et lymphaticos faciunt. Sibi
lus idem eſt qui et regulus. Sibilo enim occidit: anteq̃
mordeat vel exurat. Vipera dicta ꝙ vi pariat. Nam cũ
venter eius ad partum intumuerit catuli non expectan
tes maturam naturę ſolutionem corroſis eius laterib⁹
vi erumpunt cum matris interitu. Lucanus. Viperei co
eunt abrupto corpore nati. Fertur autem ꝙ maſculus
ore inſerto viperę ſemen expuat. Illa autem ex volupta
te libidinis in rabiem verſa caput maris ore receptum
præcidit. Ita fit vt parens vterqꝫ pereat: maſculus dum
coit: fœmina dum parturit. Ex vipera autẽ fiunt paſtil-
li qui tyriaci vocant a gręcis. Aſpis vocata ꝙ morſu ve
nena imittat et aſpergat. Ios enim gręci venenũ dicũt
et inde iaſpis ꝙ morſu venenato interimat. Hui⁹ diuer
ſa genera et ſpecies et diſpares effectus ad nocendũ Fer
tur aũt aſpis cũ ceperit pati incantatorem: qui eam qui
buſdam carminibus ꝓpriis euocat: vt eã de cauerna ꝓ-
ducat: illa cũ exire noluerit: vnã aurẽ ĩ terrã ꝓmit alterã
cauda obturat et operit. atqꝫ ita voces illas magicas nõ
audiẽs nõ exit ad incãtãtẽ. Dipſas gen⁹ aſpidis q̃ latie

ſitula dicitur:quia quē momorderit ſiti perit. Hypna=
lis.genꝰ aſpidis:dicta ꝙ ſomno necat. Hāc ſibi cleopa
tra appoſuit:& ita morte quaſi ſomno ſoluta eſt. Emor
rois aſpis nūcupat̄:ꝙ ſanguinē ſudet q ab eo morſꝰ fu
erit:ita vt diſſolutis venis qcqd vitę eſt ꝑ ſanguinē euo
cet. Græce eni ſanguis hęma dicitur. Preſter aſpis ſēꝑ
ora patēti & vaporāti currit. Cuius poeta ſic meminit.
Oraqꝫ diſtendens auidus fumantia preſter. Hic quem
percuſſerit diſtenditur:enormiqꝫ corpulentia necatur:
extuberatū enim putredo ſequitur Septabificus aſpis:
qui dum momorderit hominem ſtatim eum cōſumit
ita vt liquefiat totus in ore ſerpentis. Ceraſtes ſerpēs di
ctus eo ꝙ in capite cornua habeat ſimilia arietuꝫ. κερατ
τατ enim gręci cornua vocāt:ſunt autem illi quadrige
mina cornicula:quorum oſtentationem veluti eſcam
illiciens ſollicitata animalia perimit:totumqꝫ eius cor=
pus harenis tegit:nec vllū indicium ſui prębet: niſi ea
ex parte quas inuitatas aues vel animalia capit. Eſt autē
flexuoſus pluſq̄ alii ſerpentes:ita vt ſpinam habere nō
videatur. Scitalis ſerpens vocatus eſt eo ꝙ tanta pręful
get tergi varietate vt notarum gratia retardet aſpicien=
tes:& quia reptando pigrior eſt:quos aſſequi non valet
miraculo ſui ſtupentes capit. Tanti autem feruoris eſt
vt etiam hyemis tempore exuuias corporis feruentis
exponat. de quo Lucanus: Et ſcitale ſparſis etiam nunc
ſola pruinis:exuuias poſituras ſuas. Amphibęna dicta
eo ꝙ duo capita habeat:vnum in loco ſuo: alterum in
cauda:currens ex vtroqꝫ capite tractu corporis circula=
to. Hæc ſola ſerpētiū frigori ſe committit: prima om
nium procedens:de qua idem Lucanus. Et grauis ī ge=
minum vrgens caput amphybęna. Cuius oculi lucent
veluti lucernæ. Enidris coluber in aqua viuens. Græci
enim hydor aquam vocant. Hydros aquatilis ſerpens:
a quo icti obturgeſcūt:cuius quidam morbum boam
dicūt:eo ꝙ fimo bouis remedietur. Hydra draco mul
torum capitum:qualis fuit in lerna paludę prouinciæ
archadię. hæc latine excedra dicitur:ꝙ vno cęſo tria ca
pita excreſcebāt:ſed hoc fabuloſum eſt. Nam cōſtat hy
dram locum fuiſſe euomentem aquas vaſtantes vicinā
ciuitatem:ī quo vno meatum clauſo multi erumpebāt
Quod hercules videns:loca ipſa exuſſit: & aquæ clau=
ſit meatus. Nam hydra ab aqua dicta eſt. Chelydros ſer
pens quaſi cherſydros dicitur: quia & in aquis & in ter
ris moratur. Nam χερσον dicunt gręci terram: υδωρ
aquam hic per quam labitur terram fumare facit quem
ſic Mācer deſcribit. Seu terga expirant ſpumantia virꝰ
ſeu terra fumat teter qua labitur anguis. & Lucanꝰ. Tra
cti qꝫ via fumante chelydri. Semper enim directus ābu
lat. Nam ſi torſerit ſe dum currit ſtatim crepat. Rina=
trix ſerpens aquam veneno inficiēs. In quocunqꝫ enim
fonte fuerit veneno eum immiſcet. de quo. Lucanꝰ: Ri
natrix violator aquę. Cēcris ſerpēs influxuoſa quę ſem
per iter rectum efficit:de qua Lucanus: Et ſemper recto
lapſurus limite cencris. Parias ſerpēs quę ſemper ī cau
da ambulat:& ſulcum facere videtur:de quo idem Lu=
canus. Quo cōtemptus iter cauda ſulcare parias. Boas
Anguis italię immēſa molę perſequitur greges armē=
torum & bubalos:& plurimo lactę irriguis vberibus ſe
innectit:& ſuggens interimit atqꝫ inde a boum popula
tione boas nomen accepit. Iaculus ſerpens volans: de
quo Lucanus. Iaculiqꝫ volucres. Exiliunt enim ī arbo
ribus & dum aliquod animal obuium fuerit iactāt ſe ſu
per illud et perimunt. Vnde et iaculi dicti ſunt. In ara=
bia autem ſerpentes ſunt cum alis quę ſirenę vocantur
quę plus currunt ab equis:ſed etiam & volare dicūtur:
quorum tantum virus eſt:vt morſum ante mors inſe=
quatur q̄ dolor. Obites dicta ꝙ colorem arenę habeat
de qua poeta:ꝙ paruis pictus maculis thebanꝰ obites
cōcolor exutis atqꝫ indiſcretus harenis admotus. Seps
exigua ſerpens:que non ſolum corpus ſed & oſſa vene
no conſumit. Cuiꝰ poeta ſic meminit Oſſaqꝫ diſſoluēs
cum corpore tabificus ſeps Dipſas ſerpēs tantę exigui
tatis fertur:vt cum calcatur non videatur. Cuius vene=
num ante extinguit:q̄ ſentiatur:vt facies pręuenta mor
te nec triſticiam iducat morituri. de quo poeta. Signife
rum iūuenem tyrrheni ſanguinis aulum:tortam caput
retro dipſas calcata momordit. Vix dolor aut ſenſus
dentis fuit. Salpinga ſerpens eſt quæ non videtur. Cę=
cula dicta propter ꝙ parua ſit:et nō habeat oculos. Cē
tumpeda a multitudine pedum dicta. Brucus eſt cuius
pene totum corpus in ventre colligitur. Lacertus repti=
lis genus eſt:vocatꝰ ita ꝙ brachia habeat. Genera lacer
torum plura vt botrax:ſalamandria:ſaura:ſtellio. Botra
ca dicta ꝙ ranę habeat faciem Nam gręci ranam botra
cam vocant. Salamandria vocata:ꝙ contra incendia va
leat:cuius inter omnia venenata vis maxima eſt. Cęte=
ra enim ſingulos feriūt:hęc plurimos pariter īterimit
Nam ſi arbori irrepſerit: omnia poma inficit veneno:
& eos qui eos ederint occidit: qui etiam ſi vel in puteū
cadat vis veneni eius potantes interficit. Iſta contra ī
cendia repugnans:ignes ſola animalium extinguit. Vi
uit enim in mediis flammis ſine dolore & conſumpti
one:& non ſolum quia non vritur:ſed extinguit incen=
dium. Saura lacertus quæ quando ſeneſcit cecātur ocu
li eius:et intrat in foramen parietis aſpicientis contra
orientem:& orto ſole intēdit & illuminatur. Stellio de
colore inditum nomen habet. Eſt enim tergore pictus
lucentibus guttis in modū ſtellarum: de quo Ouidius
Apiumqꝫ colori nomen habet:variis ſtellatus corpore
guttis. Hic autem ſcorpionibus adeo contrarius tradi=
tur vt viſo eo pauorem his afferat & torporem. Sunt &
alia vt ſerpentium genera:vt admodicę:elephantię:cha
medracontes Poſtremo quantus nominū tantus mor
tium numerus. Omnes autem ſerpentes natura ſua fri=
gidi ſunt: nec percutiūt:niſi quādo caleſcunt Nam quā
do ſunt frigidi nullum tangunt. Vnde & venena eorū
plus die q̄ nocte nocent. Torpēt enim noctis algore &
merito:quia frigidę ſunt nocturno rore. In ſe eñ addu
cunt vaporem corporis gelidę peſtis:et natura frigidę.
Vnde & hyeme in nodos torquentur:æſtate ſoluuntur

Inde eſt ꝙ dum quiſqꝫ ſerpentium veneno percutitur:
primū obtupeſcit:et poſtea vbi in illo calefactū ipſum
virus exarſerit:ſtatim hoiem extinguit. Venenum autē
dictū:eo ꝙ per venas vadit. Infuſa enim peſtis eius per
venas vegetatione corporis aucta diſcurrit:& aiam ex=
tinguit. Vnde non poteſt venenū nocere niſi hominis
tetigerit ſanguinem: Lucanus. Noxia ſerpētium eſt ad
mixtio ſanguine peſtis. Omne autem venenū frigidū ē
& ideo anima quę ignea eſt fugit venenū frigidū. In na
turalibus bonis quę nobis & irrationabilibus animāti
bus videmus eſſe cōmunia: viuacitate quadam ſenſus
ſerpens excellit. Vnde & legitur in geneſi. Serpens aūt
erat ſapientior omnibus pecoribus terrę. Dicit autem
Plinius ſi creditur: ꝙ ſerpētis caput: etiam ſi cū duob⁹
euaſerit digitis nihilominus viuit. Vnde & totum cor=
pus obiicit pro capite ferientibus. Anguibus vniuerſis
hebes viſus eſt. Raro in aduerſum contuentur: nec fru=
ſtra: cum oculos non habeant: ſed in tēporibus adeo vt
citius audiant ꝙ aſpiciant. Nullum autem animal in tā
ta celeritate linguam mouet vt ſerpens adeo vt triplicē
liguam habere videatur cū vna ſit. Serpentium humi=
da ſunt corpora. adeo vt quaq̄ eunt viam humore deſi
gnent. Veſtigia ſerpentium talia ſunt: vt cū pedibus ca
rere videantur. coſtis tamen & ſquamarū niſibus repāt
quas a ſummo gutture vſqꝫ ad imam aluū parili modo
diſpoſitas habent. Squamis enim quaſi vnguibus: co=
ſtis quaſi cruribus innituntᷓ. Vnde ſi in qualibet corpo
ris parte ab aluo vſqꝫ ad caput ictu aliquo collidatᷓ: de=
bilis reddita curſum habere non poſſit: quia vbicunqꝫ
ictus ille inciderit ſpinam ſoluit per quā coſtarū pedes
& motus corporis agebantur. Serpentes autē diu viue
re dicuntur: adeo vt depoſita vetere tunica ſenectutem
deponere: atqꝫ in iuuentutem redire perhibeantur. Tu
nicę ſerpntum exuuię nuncupantur eo ꝙ is quādo ſe=
nelcunt ſeſe exuunt: quibus exuti in iuuētutem redeūt
Dicuntur autem exuuię & induuię: quia exuūtur & in=
duuntur. Pythagoras dicit de medulla hominis mor=
tui quę in ſpina eſt ſerpētem creari: quod etiā Ouidius
in metamorphoſeorum libris cōmemorat dicens. Sūt
qui cū clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro mutari cre
dant humanas angue medullas Quod ſi creditur meri
to euenit: vt ſicut per ſerpentē mors hominis: ita & per
hominis mortem ſerpens. Fertur autem ꝙ ſerpens ho
minem nudum non ſit auſus attingere.

De vermibus. Cap. V.

VErmis eſt animal qđ plęrūqꝫ de carne vł de
ligno vel de quacūqꝫ re terrena ſine vllo cō
cubitu gignitᷓ: licet nōnūq̄ & de ouis naſcā
tur vt ſcorpio. Sūt aūt vermes aut terrę: aut
aquę aut aeris: aut carnium: aut frondium: aut lignorꝫ
aut veſtimentorum. Araneas vermis aeris: aeris nutri=
mento cognominata que exiguo corpore lōga fila de
ducit & telę ſemper intenta: nunq̄ deſinit laborare: per
petuum ſuſtinēs in ſuo labore ſuſpēdium. Sanguiſuga
vermis aquatilis: dicta ꝙ ſanguinem ſugit. Potātibus
enim inſidiatur: cūqꝫ illabitur faucibus vel vbi vſpiam
adhęſerit ſanguinem haurit: & cum nimio cruore ma
duerit euomit id quod hauſit: vt recētiorem denuo ſu
gat. Scorpio vermis terrenus: qui potius vermib⁹ aſcri
bitur nō ſerpentibus: animal armatum aculeo: & ex eo
gręce vocatum: ꝙ cauda figat: & arcuato vulnere vene=
na diffundat. Proprium eſt autem ſcorpionis ꝙ man⁹
palmam non feriat. Cantareda vermis terrenus qui hu
mano corpore ſtatim vt fuerit applicatus: ſui aduſtione
veſicas efficit plenas humore. Multiplices vermis ter=
renus: ex multitudine pedum vocatus: qui contra ictū
cōtractus in globum complicatur. Naſcitur ſub petris
ex humore & terra. Limax vermis limi dict⁹ ꝙ in limo
vel de limo naſcatur: vnde et ſordibus ſemper & immun
dus habetur. Bombix frondium vermis ex cuius textu
ra bombicinium conficitur. Appellatur autem hoc no
mine: ab eo ꝙ euacuetur dum fila generat: & aer ſol⁹ in
eo remaneat. Eruca frōdium vermis oleribus vel pam
pino inuoluta: ab erodēdo dicta: cuius meminit Plau
tus: Imitat⁹ nequā beſtiam & maleficam inuolutam in
pampino. Implicat ſe eadem: nec aduolat vt locuſta: vt
huc illucqꝫ diſcurrēs: ſemipaſta dimittat: ſed permanet
perituris frugibus & tardo lapſu pigriſqꝫ morſib⁹ vni=
uerſa conſumit. Teredonas gręci vocant lignorum ver
mes ꝙ terēdo edant. Hos nos termites dicimus. Ita ei
apud latinos ligni vermes vocantur quos tempore in
opportuno ceſę arbores gignunt. Tinea veſtimentorū
vermis dicta ꝙ teneat: & eo vſqꝫ iſedeat quo erodat. In
de & pertinax: ꝙ in eādem rem idētidem vrgeat. Ver=
mes carniū emigraneus: lumbricus: aſcaridę: coſti: pe=
diculi: pulices: ledex: tarmus: ricinus: vſia: cimex. Emi
graneus vermis capitis vocatur. Lumbricus vermis in
teſtinorum: dictus quaſi lubricus quia labitur: vel ꝙ in
lumbis ſit. Aſcaridę Coſti. Pediculi vermes cutis a pe
dibus dicti: vñ et pediculoſi dicūtur: quibus pediculi i
corpore efferueſcūt. Pulices vero vocati ſunt: ꝙ ex pul
uere magis nutriantur. Tarmus vermis eſt lardi Rici=
nus vermis eſt canis: vocatus eo ꝙ hęret in auribus ca
num. Cinos enim gręce canis eſt. Vſia vermis eſt porci
appellata quia vrit. Nam vbi momorderit: adeo locus
ardet: vt ſtatim ibi veſicę fiant. Cimex de ſimilitudine
cuiuſdam herbę vocat⁹: cuius fetorem habet. Proprie
autem vermis in carne putrefacta naſcitur. tinea in veſti
mentis. eruca in olere: teredo in ligno: tarmus in lardo
vermis nō vt ſerpens apertis paſſibus vel ſquamarum
niſibus repit: quia nō eſt illi ſpinę rigor vt colubri: ſed
indirectum corpuſculi ſui partes gradatim porrigēdo
contractas contrahēdo porrectas motū explicat ſicqꝫ
agitatus perlabitur.

De piſcibus. Cap. VI

PIſces dicti vñ et pec⁹ a paſcēdo ſcꝫ Reptilia
ideo dicūtur hęc quę natant eo ꝙ reptādi
habeāt ſpeciē & naturam: q̄uis ſe in pfun
dū imergant: tamē i natādo repunt. vnde
et Dauid ait: Hoc mare magnū et ſpacioſum manibus

illic reptilia quorũ non eſt numerus. Anfinia ſunt quę
dam genera piſcium dicta ꝙ ābulendi in terris vſum:
& natandi in aquis officium habeant. Anfi enim gręce
vtrũq; dicitur:ideſt quia in aquis & in terris viuunt vt
focę crocodili:hippotami:hoc eſt equi fluuiales. Peco
ribus autem & beſtiis & volatilibus ante homines no=
mina impoſuerũt q̄ piſcibus:quia prius viſa ſunt & co
gnita Piſciumvero poſtea paulatim cognitis generib⁹
nomina inſtituta ſunt: aut ex ſimilitudi ne terreſtrium
animalium:aut ex ſpecie propria ſiue moribus:ſeu co=
lore vel figura aut ſexu. Et ſimilitudine terreſtrium:vt
ranę:& leões & vituli & nigri meruli & paui diuerſo co
lore dorſo & collo picti:& turdi albouarii: & cætera q̄
ſibi iuxta ſpecies terreſtrium animalium nominavẽdi=
carunt. Ex moribus terreſtrium:vt canes in maria ter =
renis canibus nuncupati ꝙ mordeant:& lupi ꝙ impro
bavoracitate alios perſequant̃. A colore:vt vmbræ qa
colore vmbrę ſunt:& auratę:quia in capite auri colorẽ
habent:& varii a varietate:quos vulgo tructasvocāt. A
figura.vt orbis:quia rotundus eſt: totuſq; in capite cõ
ſtat:& ſolea ꝙ ſit iſtar calceamẽtorum ſoliis. A ſexu vt
muſculus ꝙ ſit balenę maſculus. Eius enim coitu cõci
pere hęc belua perhibetur. Hinc & maſculi cochlearũ
quorum lacte concipiũt oſtreę. Balenę autem ſũt im=
menſę magnitudinis beſtię:ab amittendo & fundẽdo
aquasvocatę. Ceteris enim beſtiis maris altius iaciunt
vndas.βαλλειν enim gręce emittere Cetę dictę τοκι
τοσ και τακητη.hoc eſt ob imanitatem. Sunt enim
ingentia genera beluarum & ęqualia montium corpo=
ra:qualis cętus excepit ionam:cuius aluus tātę magni
tudinis fuit:vt inſtar obtineret inferni: dicente prophe
ta. Exaudiuit me devẽtre ĩferni. Equi marini ꝙ prima
parte equi ſunt poſtrema ſoluũtur in piſcem. Bocas di=
cunt eſſe boues marinos quaſi boacas. Cerulei a colore
appellati. Nam ceruleum eſt viride cũ nigro vt eſt ma=
re. Delphines certum habent vocabulum ꝙ voces ho=
minum ſequantur:vel ꝙ ad ſinphoniam gregatim cõ
ueniant. Nihil tn̄ mari velocius iſtis Nam plęrũq; ſaliẽ
tes naues tranſuolant. Quando autem pręludũt in flu=
ctibus & vndarum ſe motibus ſaltu pręcipiti ferunt:tẽ=
peſtates ſignificare videtur. Hi proprie ſimones nomi
nantur. Eſt & delphinũ genus in nilo dorſo ſerrato qui
crocodilos teneraventrium ſecantes interimũt. Porci
marini quivulgo vocantur ſuilli: qui dum eſcam quę
runt more ſuis terram ſub aquis fodiunt. Circa guttur
enim habent oris officium:& niſi roſtrũ harenis imer
gant:paſtum nõ colligũt. Corui a cordisvoce dicti: qa
grũniunt pectore:ſuaq; voce proditi capiuntur. Tinni
gręcum nomen habent. Hi ingrediuntur veris tẽpore:
intrant dextro latere:læuo exeunt Hoc inde creduntur
facere ꝙ dextris oculis acutius videant q̄ ſiniſtris. Gla
dius dicit:eo ꝙ roſtro maiori nato ſit & ob hoc naues
perfoſſas mergit. Serra nuncupata quia ſerratam criſtã
habet:et ſubter natans nauem ſecat. Scorpio dictus qa
ledit dum manu tollitur. Tradunt decem cancris cum
ozimi manipulo alligatis:omnes qui ibi ſunt ſcorpio=
nes ad eum locum congregari. Aranea genus piſcis:di
ctus ꝙ aure feriat. Habet enim ſtimulos:de quib⁹ per=
cutit. Crocodil⁹ a croceo colore dictus gignitur in ni=
lo:animal quadrupes ĩ terra & in aquis valens: longitu
dine plęrumq; viginti cubitorum:dentiũ et vnguium
imanitate armatum:tãtaq; cutis duricia vt q̄uis fortiũ
ictus lapidum tergo repercuſſus ſit non ſentiat. Nocte
in aquis:die in humo quieſcit. Oua in terra fouet: ma=
ſculus et fœmina vices ſeruãt Hunc piſces quidam ſer
ratam habentes criſtam tenera ventrium deſecantes in
terimũt. Solus animalibus ſuperiorẽ maxillam moue=
re dicitur. Hippotam⁹ vocatus:ꝙ ſit equo ſimilis dor=
ſo iuba et hinnitu:roſtro reſupinato a primis dentib⁹:
cauda tortuoſa:vngulis binis. Die in aquis commora
tur:nocte ſegetes depaſcitur.et hũc nil⁹ gignit. Pagrũ
quem gręci fagrum ideo nuncupãt: ꝙ duros dẽtes ha
beat:ita vt oſtreis in mari alatur. Dentrix pro multitu=
dine et granditate dentiũ dicitur. Lepus a ſimilitudine
capitis nũcupatus. Lupum vt dictũ eſt auiditas appel=
lauit piſcem in captura ingenioſum: deniq; recte circũ
datus fertur harenas arare cauda atq; ita conditus tran=
ſire recte. Mullus vocatus ꝙ mollis ſit atq; teneriſſim⁹
cuius cibo tradunt libidinem inhiberi:oculorũ autem
aciem hebetari:homines vero qui his ſæpe paſti ſunt :
piſcem olent. Mullus in vino necatus hi qui inde bibe
rint tedium vini habent. Mugillis nomen habet: ꝙ ſit
multum agilis. Nam vbi diſpoſitas ſenſerit piſcatorũ
inſidias:cõfeſtim retrorſum rediẽs ita tranſilit rete: vt
volare piſcem videas. Melanurus eo ꝙ nigrã caudã ha
beat et nigras pẽnas:et in corpore lineas nigras. Melã
enim gręci nigrum vocant Glaucus a colore dictus:eo
ꝙ albus ſit. Gręci enim album glaucũ dicũt. Hic æſta
te raro apparet:niſi tantum in nubilo. Timallus ex flo
re nomen accepit. Timum quippe flos appellatur. Nã
dum ſe ſpecie gratus et ſapore iocũdus:tamẽ ſicut flos
fragrat:et corpore odores aſpirat. Eſcarus dictus:eo ꝙ
ſol⁹ eſcam ruminare perhibetur. Deniq; alii piſces nõ
ruminant. Tradunt autẽ hũc ingenioſum eſſe. Nãq; ĩ=
cluſum naſſis non fronte erũpere:nec ĩfeſtis viminib⁹
caput iſerere: ſed aduerſum caudę ictibus crebris laxa
re foras: atq; ita retrorſum redire. Quem luctatũ ei⁹ ſi
forte alius eſcarus extrinſecus videat apprehenſa mor=
dicus cauda adiuuare niſus erumpentis. Sparus a lãcea
miſſili nomen accepit ꝙ eiuſdẽ figurę ſit. Terreſtria ẽi
prius inuenta ſunt q̄ marina. Nam ſparus eſt telum ru=
ſticanum miſſile a ſpargendo dictum. Auſtralis piſcis:
ſiue quia aquarũ vndam ore ſuſcepit:ſiue quia tunc hic
piſcis oritur:quo tẽpore tẽdere in occaſum pliades cę
perint Amio ſaxatilis dextra ſiniſtraq; lateribus virgis
puniceis perpetuis:aliiſq; diſcoloribus deſignatur:di=
ctus amio:quia nõ capitur niſi hamo. Echinus paruus
et ſemipedalis:piſciculus nomẽ ſumpſit ꝙ nauem ad
hęrẽdo retineat. Ruant licet venti ſeuiant procellę: na
uis tñ quaſi radicata in mari ſtare videtur:nec moueri:

non retinendo:ſed tm̄mõ adherẽdo. Hũc latini morã
appellauerũt:eo ꝙ cogat ſtare nauigia. Vranuſcopꝰ vo
catur ab oculo quẽ in capite habet:a quo ſemper ſupra
intendit. Millago noiatus quia euolat ſuper aquã. Quo
tiens autẽ cernitur extra aquã volitans:tempeſtates mu
tari deſignat. Squatus dictus:ꝙ ſit ſquamis acutis. Vñ
& eius cute lignũ politur. Ciuitas ſyrie ꝙ nunc tyrꝰ di:
citur:olim ſarra vocabaẽ a piſce quodã qui illic abun:
dat:quẽ lingua ſua ſar appellant:ex quo deriuatũ eſt hu
ius ſimilitudinis piſciculos ſardas ſardinaſqꝫ vocari.
Allec piſciculus ad liquorẽ ſalſamentorũ idoneus: vñ
& nũcupatus. Afforus piſciculus qui ꝓpter exiguitatẽ
hamo capi nõ põt. Anguillę ſimilitudo anguis nomẽ
dedit: origo huius ex limo. Vnde & quando capitur
adeo lenis eſt vt quãto fortiꝰ ꝓſſeris:tanto citius elabiẽ
Ferũt aũt orientis fluuiũ gangẽ anguillas tricenis pe:
dibus gignere. Anguillę vino necatę qui ex eo biberit
tędiũ vini habent. Draco marinus aculeos in brãchiis
habet ad caudã ſpectantes:que dũ percuſſerit. quaꝙ fe:
rit venenũ fundit:vnde & vocatus. Murenã gręci mire
nam vocant:eo ꝙ cõplicet ſe in circulos. Hanc fęmini
ni tm̄ ſexus eſſe tradunt & concipere a ſerpente:ob id
a piſcatoribus tanꝙ a ſerpente ſibilo euocatur & capiẽ.
Ictu aũt fuſtis difficulter interimitur: ferula ꝑtinus ani
mã in cauda habere certũ eſt. Nam capite percuſſo:vix
eã interimi:cauda ſtatim exanimari. Congrus anguil:
le ſiſis ſed grãdis:moratur in cauernis petraꝝ ſub aꝙ.
Polipus id eſt multipes:plurimos em̄ nexꝰ habet. Iſte
ingenioſus hamũ appetens branchiis cõplectitur non
morſu:nec prius dimittit ꝙ eſcam circũroſerit. Torpe
do vocata:eo ꝙ corpꝰ torpeſcere faciat:ſi eam qſqꝫ vi
uentem tangat. Narrat Pliniꝰ ſecũdꝰ ex indico mari tor
pedo etiã procul & e longinquo:vel ſi haſta virgaqꝫ at
tingatur ꝙuis preualidos lacertos torpeſcere: quãlibet
ad curſum veloces pedes alligare. Tanta em̄ vis eius eſt
vt etiã aura corporis ſui afficiat membra. Sepia diciẽ
quia ſepibus intercluſa faciliꝰ capiẽ. In coeundo obſcę
num genus:ore em̄ concipit ſicut vipera. Cuiꝰ attramẽ
ti tanta vis eſt vt lucernę additũ ęthiopũ videri:ablato
priori lumine quidã tradunt. Lulligo:tradunt in ocea:
no mauritanię non procul a lixo flumine tantã multi:
tudinem lulliginũ euolari ex aqua vt etiã naues dime:
gere poſſint. Conchę & cõcleę hac ex cauſa vocatę:qa
deficiente luna cauantur.i.euacuãtur. Omniũ em̄ clau
ſorũ maris animaliũ atqꝫ cõcharũ incremẽto lunę mẽ
bra turgeſcunt defectu euacuãtur. Luna enim cũ i aug:
mento fuerit auget humorẽ:cũ vero i defectu venerit
humores minuũtur. Hoc em̄ phyſici dicunt. Conchę
aũt primę poſitionis nomen:concleę vero ꝑ diminu-
tionem quaſi conculę. Concharꝫ multa genera ſunt:in
ter quas & margariti fore quę celoe dicuntur:i ꝙrũ car
ne ꝓcioſus calculus ſolidatur:de quibus tradunt hi qui
de animãtiũ ſcripſere naturis eo ꝙ nocturno tempore
littora appetũt:& ex celeſti rore margaritum cõcipiũt
vnde & celoe nominãtur. Murex coclea eſt maris:di:
cta ab acumine & aſperitate:quę alio nomine cõchiliũ
nominatur ꝓpter ꝙ circũciſa ferro lachrymas purpu:
rei coloris emittat:ex quibus purpura tingitur: & inde
oſtrum appellatũ:ꝙ hęc tinctura ex teſtę humore elici
tur. Cancros vocari:quia conche ſunt crura habentes:
inimica oſtreis animalia. Eoꝝ em̄ carnibꝰ viuũt miro
ingenio. Nam quia valida teſta eius aperiri nõ põt:ex
plorat quando oſtrea clauſtra teſtarũ aperiat:tunc can:
cer latenter lapillũ iniicit atqꝫ ipedita cõcluſione oſtreę
carnes erodit. Tradũt quidã decem cancris cũ ozimi
manipulo alligatis oñs qui ibi ſunt ſcorpiones ad eũ
locũ coituros. Duo ſunt aũt genera cancroꝝ fluuiales
& marini. Oſtrea dicta eſt a teſta quibus mollicies inte:
rior carnis munitur. Gręci em̄ teſtum oſtrea vocant.
Oſtrea aũt neutro:carnes eius fęminino dicunẽ gene:
re. Muſculi ſunt vt prędiximꝰ cocleę aquaꝝ:quoꝝ la:
cte concipiũt oſtreę:& dicti muſculi quaſi maſculi. Pe
lorides a peloro promõtorio ſicilię vbi abũdãt cogno
minatę ſunt. Vnde virgilius dicit. Ecce aũt boreas an:
guſta ab ſede pelori. Vngues a ſimilitudine humanaꝝ
vnguiũ dictę. Teſtudo dictꝰ eo ꝙ tegmie teſte ſit ado
pertus in camerę modũ. Sũt aũt ꝙtuor genera: terre:
ſtres:maritimę:lutarię.i.in cęno & paludibꝰ viuentes.
Quarꝫ genus fluuiales:quę in dulci aqua viuunt. Tra:
dunt aliqui quod incredibile eſt:tardius ire nauigia te
ſtudinis pedẽ dextrũ vehentia. Icinus a terreſtri icino
nomen traxit:quẽ vulgus heriſiũ vocat. Huius teſtula
duplex ſpinis aculeata in modũ caſtanearũ:quando ad
huc operte de arboribus cadũt. Caro eius mollis & mi
nio ſimilis. Vris tribꝰ modis dicitur:vt teſtudo ac pelo
rus & coclea. Nã & quod edimꝰ & vbi caro inclꝫ:& vtrũ
qꝫ dicitur pelorꝰ. Ranę a garrulitate vocatę eo ꝙ circa
genitales ſtrepunt paludes:& ſonos vocis importunis
clamoribus reddant. Ex his quędã aquaticę dicuntur:
quędam paluſtres:quędã rubetę ob id quia in veprībꝰ
viuũt:grandiores cunctarũ. Alię calamitates vocãtur:
quoniã inter harũdines fruticeſqꝫ viuãt:minime oim
& viridiſſime mutę & ſine voce ſũt. Agridulę ranę par
uę in ſicco vel agris morãtes:vñ & nuncupatę. Negãt
quidã canes latrarẽ quibus in offa rana viua fuerit data
Sfũgia a fingere:id eſt nitidare & extergere dicta. Afra
nius. Accedo ad te vt tibi ceruicẽ fingã lintheo.i.exter
gam. Cicero: Et fingebatur ſſungiis ſanguis.i.exterge
batur. Animal autẽ eſſe docetur cruore inherente pe:
tris:vnde & dũ abſciditur ſanguinem emittit. Nã alia
ſunt viuentia in aquis & diſcurrunt vt piſces:alia ꝙ ſtãt
fixa vt oſtreę icini ſfũgię. Ex his alias mares dici:eoꝙ
tenues ſint fiſtulę ſpiſſioreſqꝫ:alias fęminas quę maio
ribꝰ fiſtulis ſunt ac perpetuis: alias duriores ꝙs gręci
appellant tragos:& nos hircoſas dicere poſſumus ob
aſperitatem ſui. Molliſſimũ genus earũ penicilli vocã
tur:eo ꝙ aptę ſint ad oculorum tumores:& ad extergẽ
das lippitudines vtiles. Candidę ſfungię cura fiũt. Per
ęſtatem enim ad ſolẽ ſternũtur:& ſicut cęra punica cã
dorem bibunt. Animaliũ omniũ in aquis viuentiũ no

mina.c.xliiii. Plinius ait: Diuiſa in generibus beluaꝝ
ſerpentiũ cõmuniũ terrę: & aquę: cancroꝝ concharum
locuſtarũ pelerodũ polippoꝝ ſolearũ lacertorũ & lul=
liginũ: & his ſimilia: ex quibus multa quodã naturę in
tellectu tẽporũ ſuoꝝ ordinẽ agnoſcunt: quędã vero in
ſuis locis ſine mutatione vagantur. In piſcibus aũt fę=
minis alię cõmixtione maſculi concipiũt & pariũt ca=
tulos. alię ponũt oua ſine maſculi cõmixtiõe ſuſcepta:
quę iidem in ſequenti ſui ſeminis iactu perfundunt: &
quę hoc munere fuerint afflata generabilia fiunt: q̃ ve=
ro perfuſa non fuerint ſterilia perſeuerãt: aut putreſcũt.

De auibus. Cap. VII.

VNum nomen auiũ: ſed gen⁹ diuerſum. Nã
ſicut ſpecie ſibi differunt: ita & naturę diuer
ſitate. Nã alię ſimplices ſũt vt colũbę: aliæ
aſtutę vt perdix: alię ad manũ ſe ſubiiciunt
vt accipiter: alię reformidant: vt garamantes: alię hoim
cõuerſatione delectanꝰ vt hirũdo: alię in deſertis ſecre
tã vitã diligũt: vt turtur: alię ſolo ſemine reperto paſcũ
tur: vt anſer: alie carnes edũt & rapinis intendũt vt mil=
uus. aliæ incolę quę manent in locis ſemper vt ſtrutio:
aliæ aduenticie quę propriis tẽporibus reuertunꝰ vt ci
conie & hirundines: alię congregę. i. gregatim volãtes
vt ſturni & coturnices: alię ſoliuage. i. ſolitarię: ꝓpter
inſidias deprędandi: vt aquila accipiter: et q̃cũq; ita ſũt
alię vocibus ſtrepunt vt hirũdo: alię cantus edunt dul=
ciſſimos vt cygn⁹ & merula: aliæ verba & voces homi
nũ imitantur vt pſitacus & pica. ſed & alia ſicut genere
ita & moribus innumerabilia. Nã volucrũ quot genera
ſint inuenire quẽq̃ non poſſe. Neq; enim omnis indię
ęthiopiæ aut ſythiæ deſerta quis penetrare potuiſſet:
qui earũ genus vel differentias noſſet. Aues dictę eo ꝙ
vias certas nõ habeant: ſed per auia queq; diſcurrãt. Ali
tes ꝙ alis ad alta tendant: & ad ſublimia remigio alarũ
conſcẽdant. Volucres a volando: nã vnde volare: inde
& ambulare dicim⁹. Vola eni dicitur media pars pedis
ſiue manus: & in auibus vola pars media alarũ: quarũ
motu pẽne agitantur. Inde & volucres. Pulli dicuntur
oĩm auiũ nati. Sed & animaliũ quadrupedũ nati pulli
dicuntur: & homo paruus pullus. Recẽtes igitur nati
pulli dicunꝰ: eo ꝙ polluti ſunt: vnde & veſtis nigra pul
la dicta eſt. Alę ſunt in quib⁹ pẽnę per ordinẽ fixę volã
di exhibent vſum. Vocatæ autem alæ ꝙ his aues cõple
xos alant: ac foueant pullos. Pẽna a pẽdendo. i. a volã=
do dicta: vnde & pẽdere. Volucres eñi pennarũ auxilio
mouẽtur qñ ſe aeri mandãt. Pluma q̃ſi pilumа. Nam ſi
cut pili in quadrupedũ corpore: ita pluma in auibus.
Auiũ nomina multa a ſono vocis conſtant eſſe cõpoſi
ta: vt grus: coruus: cygnus: pauo: milu⁹: vlula: cuculus:
graculus & cetera. varietas eñi vocis eoꝝ docuit homi
nes qui nominarentur. Aquila ab acumine oculoꝝ vo
cata. Tanti eñi contuitus eſſe dicitur vt cũ ſup maria i=
mobili penna feratur: nec humanis pateat obtutibus.
de tãta ſublimitate piſciculos natare videat: ac tormen
ti inſtar deſcendẽs raptã prędã pennis ad littus pertra=
hat. Nam & contra radium ſolis fertur obtutũ non fle=
ctere: vnde & pullos ſuos vngue ſuſpenſos radiis ſolis
obiicit: & quos viderit imobilẽ tenere aciẽ: vt dignos
genere cõſeruat ſi quos vero inflectere obtutũ quaſi de
generes abiicit. Vultur a volatu tardo nominata putaꝰ.
Magnitudine quippe corporis prępetes volatus non
habet. Harũ quaſdã dicunt concubitu nõ miſceri: & ſi=
ne copula concipere & generare natoſq; eaꝝ pene vſq;
ad centũ annos procedere. vultures autẽ ſicut & aquilę
etiã vltra maria cadauera ſentiunt. Altius quippe volan
tes multa quę montiũ obſcuritate celantur ex alto illæ
cõſpiciũt. Gradipes apud græcos vocaꝰ auis apud nos
tarda: eo ꝙ graui volatu detenta neq̃q̃ vt cęterę volu=
cres attollitur velocitate pennarũ. Grues vero nomen
de propria voce ſumpſerunt. Tali eñi ſono ſuſurrant.
Hę autẽ dũ properãt: vnam ſequuntur ordine litterato
de quib⁹ Lucan⁹. Et turbata perit diſperſis littera pen=
nis. Excelſa autẽ petunt: quo facilius videãt quas petãt
terras. Caſtigat aũt voce quę cogit ad agmẽ. At vbi rau
ceſcit: ſuccedit alia. Nocte aũt excubias diuidũt & ordi
nẽ vigiliarũ per vices faciunt: tenentes lapillos ſuſpen=
ſis digitis: quibus ſomnos arceant: quod canendũ erit
clamor indicat. Etaté in illis color prodit. Naꝫ ſenectu
te nigreſcunt. Ciconię vocatæ a ſono quo crepitãt: qua
ſi citanię quẽ ſonũ oris potius eſſe cõſtat q̃ vocis: quia
eũ quatiente roſtro faciunt. Hęc veris nũcię: ſocietatis
comites: ſerpentiũ hoſtes: maria tranſuolant: in aſiam
collecto agmine pergũt. Cornices duces eas prę cedũt
& ipſe quaſi exercitus ꝓſequũtur. Eximia illis circa fili
os pietas. Nã adeo nidos impenſius fouẽt: vt aſſiduo
incubitu plumas exuant. Quantũ aũt tempris impen=
derint in fętibus educãdis: tantũ & ipſe inuicẽ a pullis
ſuis aluntur. Olor auis eſt quã gręci cygnũ appellant.
Olor autẽ dictus ꝙ ſit totus plumis albus. Nullus eñi
meminit cygnũ nigrũ. Olon eñi gręce totũ dicit. Cy=
gnus aũt a canendo eſt appellatus eo ꝙ carminis dul=
cedinem modulatis vocibus fundit. Ideo aũt ſuauiter
eũ canere dicunt: quia collum longũ & inflexũ habet:
& neceſſe eſt eluctantẽ vocem per longũ & flexuoſum
iter varias reddere modulationes. Ferunt in hyperbo
reis partibus ꝓcinentibus citharędis olores plurimos
aduolare: apteq; admodum concinere. Olores aũt lati
nũ nomẽ eſt: nam gręce cygni dicunꝰ aũ. Nautę vero
ſibi hunc bonã prognoſim facere dicunt: ſicut Emi=
lius ait: Cygn⁹ in auſpiciis ſemper lętiſſimus ales. Hũc
optant nautę: quia ſe non mergit in vndas. Strutio gręco
nomine dicitur: quod animal in ſimilitudie auis pẽ
nas habere videtur: tamen de terra altius non eleuatur.
Oua ſua fouere negligit: ſed proiecta tãtũmõ fotu pul=
ueris animẽtur. Ardea vocata: quaſi ardua: id eſt ꝓpter
altos volatus. Lucan⁹. Quodq; auſa volare ardea. For=
midat enim imbres: & ſupra nubes euolat: vt procellas
nubiũ ſentire non poſſit. Cum autẽ altius volauerit ſi=
gnificat tempeſtatem. Hanc multi tantalũ nominant.
Fęnix arabiæ auis dicta ꝙ colorem fęniceũ habeat: vl'

ꝙ ſit in toto orbe ſingularis & vnica. Nam arabes ſin-
gularē & vnicā fenicē vocāt. Hęc quigentis & vltra an
nis viuēs: dū viderit ſe ſenuiſſe: collectis aromatū vir-
gultis: rogū ſibi inſtruit: & cōuerſa & radiū ſolis alaꝝ
plauſu voluntariū ſibi incendiū nutrit: ſicq; iterū de ci
neribus ſuis reſurgit. Cinnomolgus & ipſa arabie auis
proinde ita vocata ꝙ in excelſis nemorib⁹ texit nidos
ex fructibus cinnami: & quē nō poſſunt ibi conſcende-
re hoies ꝓpter ramoꝝ altitudinē & fragilitatem: eoſdē
nidos plumbatis appetūt iaculis: ac ſi cinnama illa de-
ponunt: & ꝓciis amplioribus vendunt: eo ꝙ cinnamū
illud magis q̄ alia mercatores probent. Pſitacus i idiæ
littoribus gignitur colore viridi: torque puniceo: grā-
di lingua & cęteris auib⁹ latiore. Vnde & articulata ver
ba exprimit: ita vt ſi eā non videris hoiem loqui putes
Ex natura autē ſalutat dicens: aue vel chere. Cętera no-
mina inſtitutione diſcit: hinc eſt illud. Pſitacus a vobis
aliorū noia diſcā. Hoc didici per me dicere cęſar aue.
Altiō pelagi volucris dicta q̄ſi ales oceana eo ꝙ hyeme
in ſtagnis oceani nidos facit pulloſq; educit: qua excu-
bante fertur extento equore pelagus ſilentib⁹ ventis cō
tinua ſeptē dieꝝ tranquillitate miteſcere: & eius fętib⁹
educandis obſequiū ipſa rerū natura prebere. Pellican⁹
auis ægyptia habitans in ſolitudie nili fluminis. vnde
& nomē ſumpſit. Nā canopus ægiptus dicitur. Fertur
ſi verū ſit eā occidere natos ſuos: eoſq; per triduū luge
re: deinde ſeipſam vulnerare & aſperſione ſui ſanguis
viuificare filios. Stymphalidę aues ab ſtymphadib⁹ in
ſulis appellatę vbi plurimum abundant: aduerſus quas
hercules ſagittis eſt vſus. Sunt enī pelagi volucres i in-
ſulis habitantes. Diomedias aues a ſociis diomedis ap
pellatas: quos ferunt fabulę in eaſdē volucres fuiſſe cō
uerſos: forma fulice ſimiles: magnitudine cygnorū co
lore candidos duris & grādib⁹ roſtris. Sunt autē circa
apuliā in inſula diomedia inter ſcopulos littoꝝ: & ſaxa
volitantes: iudicant inter ſuos & aduenas. Nā ſi gręc⁹
eſt ꝓpius accedūt & blandiunt̄: ſi alienigena: morſu im
pugnant & vulnerant: lachrymoſis q̄ſi vocib⁹ dolentes
vel ſuam mutationem vel regis interitū. Nā diomedes
ab illyriis interemptus eſt. Hę aues latine diomedię di
cuntur: gręci eas herodios dicunt. Memnonides aues
ęgiptiæ appellatę a loco vbi mēnon periit. Nam cater-
uatim conuolare dicuntur ex ęgypto ad iliū iuxta mē-
nocus ſepulchrum: & proinde eas ilieſes mēnonias vo
cant. Quinto autē anno ad iliū veniunt: & cū biduo cir
cūuolauerint: tertia die ineuntes pugnā viciſſim ſe vn-
guibus roſtriſq; dilacerāt. Hercyneę aues dictę ab her
cynio ſaltu germanię vbi naſcuntur: quarū pēnæ adeo ꝑ
obſcurum emicāt: vt q̄uis nox obtēta denſis tenebris
ſit ad pręſidiū itineris dirigendi proiectæ interluceāt:
curſuſq; vię pateat indicio plumarum fulgentium.
Onocrotalon gręci vocāt roſtro longo. Quoꝝ duo ge
nera ſunt: aliud aquatile: aliud ſolitudinis. Ibis auis nili
fluminis: quę ſemetipſam purgat roſtro in anū aquam
fundens. Hęc ſerpentiū ouis veſcitur: ex eis eſcam gra

tiſſimam nidis ſuis deportans. Meropes eoſdē & gau
los: qui parentes ſuos recūdere atq; alere dicuntur. Co
redulus gen⁹ volatile: quaſi cor edens. Monedula auis
quaſi monecula: que cū aurū inuenerit: aufert & ocul-
tat. Cicero pro valerio flacco. Nō plus aurū tibi q̄ mo-
nedulę cōmittēdū. Veſpertilio: pro tempore nomē ac
cepit: eo ꝙ lucē fugiens crepuſculo veſpertino circun
uolat pręcipiti motu acta: & tenuiſſimis brachioꝝ mē
branis ſuſpenſa: animal muriū ſimile: non tam voce re
ſonās q̄ ſtridore: ſpecie quoq; volatilis ſimul & q̄drū-
pes: quod in aliis auibus reperiri non ſolet. Luſcinia in
de nomē ſumpſit ꝙ cantū ſuo ſignificare ſolet diei ſur
gentis exortum: quaſi lucinia. Eadē & acredula: de qua
Cicero in prenoſticis. Et matutinos exercet acredula
cantus. Vlula auis: ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν .i. plāctu &
luctu nominata. Cū enī clamat aut fletum imitatur: aut
gemitū. Vnde & apud augures ſi lamentetur triſticiam
tacens oſtendere fertur ꝓſperitatē. Bubo a ſono vocis
compoſitum nomē habet: auis feralis: onuſta quidem
plumis: ſed graui ſemper detēta pigricia in ſepulchris
die noctuq; verſatur & ſemper cōmorās i cauernis: de
qua Ouidius: Fedaq; ſic volucris venturi nūcia luct⁹.
Ignauus bubo dirū mortalib⁹ omen. Deniq; apud au
gures malū portēdere fertur. Nam cum in vrbe viſa fue
rit ſolitudinem ſignificare dicunt. Noctua dicit̄ ꝑ eo
ꝙ nocte circūuolat: & per diem non poſſit videre. Naꝫ
exorto ſplēdore ſolis: viſ⁹ illi⁹ hebetatur. Hanc autem
inſula cretenſis non habet. Et ſi veniat aliunde: ſtatim
moritur. Noctua autem non eſt bubo. Nam bubo ma-
ior eſt. Nicticorax ipſa eſt noctua: quia noctē amat. Eſt
enim auis lucifuga & ſolē videre non patitur. Strix no
cturna auis habens nomē de ſono vocis. Quādo enim
clamat ſtridet. De qua Lucanus. Quod ſtrepitus bubo
quod ſtrix nocturna queruntur. Hęc auis vulgo āma di-
citur ab amando paruulos: vnde & lac prębere fert̄ na-
ſcentibus. Coru⁹ ſiue corax nomen a ſono gutturis ha
bet ꝙ voce coracinet. Fert̄ hęc auis ꝙ editis pullis eſcā
plene nō prębeat priuſq̄ in eis per pennarū nigredineꝫ
ſimilitudinē proprii coloris agnoſcat. Poſtq̄ vero eos
tetros plumis aſpexerit, in toto agnitos abūdanti⁹ pa-
ſcit. Hic prior in cadaverib⁹ oculoꝝ petit loca. Cornix
annoſa auis apud latinos græco nomine appellat̄: quā
aiunt augures hominū curas ſignificationibus agere:
inſidiarum vias monſtrare: futura pręd icere. Magnū
nefas hoc credere: vt deus conſilia ſua cornicibus man
det. Hui⁹ inter multa auſpicia tribuunt etiā pluuias por
tendere vocibus: vnde eſt illud. Tunc cornix plena plu
uiam vocat improba voce. Graculus a garrulitate nun
cupatus: nō vt quidam volunt: pro eo ꝙ gregatim vo-
lent: cum ſit manifeſtum ex voce eū nūcupari. Eſt aūt
loquaciſſimum gen⁹ & vocibus importunū. Picę qua
ſi poetice: ꝙ verba in diſcrimine vocis exprimāt vt ho
mo. Per ramos enī arborum pēdule importuna garru-
litate ſonantes: & ſi linguas in ſermone nequeūt expli
care: ſonū tamē humanę vocis imitantur. De qua con-

grue quidam ait. Pica loquax certa dominũ te voce ſa:
luto. Si me non videas eſſe negabis auem. Picus a pico
ſaturni filio nomẽ ſumpſit:eo ꝙ in ea auſpiciis vtebať
Nam ferunt hanc auem quidã habere diuinũ illo iudi:
cio: ꝙ in quacũq; arbore nidificauerit:clauũ vel quic:
quid aliud fixum fuerit: diu herere non poſſit:quin ſta
tim excidat:vbi ea inſederit:iſte eſt picus martius:nam
alia eſt pica. Pauo nomẽ de ſono vocis habet:cuiꝰ caro
tam dura eſt:vt putredinẽ vix ſentiat:nec facile coqua:
tur:de quo quidam ſic ait. Miraris quotiens gẽmantes
explicat alas: ſi potes hũc ſeuo tradere dure coco. Faſi
anus a faſide inſula grecię:vnde primũ aſportatꝰ eſt ap:
pellatur. Teſtatur id vetus diſticõ illud. Argiua primo
ſum tranſportata carina. Ante mihi notũ nil niſi faſis
erat. Gallus caſtratione vocatus. Inter ceteras eni aues
huic ſoli teſticuli adimuntur. Veteres em̃ abſciſos gal:
los vocabant. Sicuta autẽ a leone leęna:& a dracone dra
cena:ita a gallo gallina. Cuiꝰ mẽbra:vt ferunt quidam
ſi auro liqueſcẽti miſceãtur conſumi. Anas ab aſſidui:
tate natãdi aptũ nomẽ accepit. Ex quo genere quedam
germanę dicuntur: ꝙ plus ceteris nutriãt. Anſeris no:
men anas dedit per deriuationem vel a ſimilitudine:vł
ꝙ & ipſa natandi frequentiã habeat. Iſte vigilias noctis
aſſiduitate clangoris teſtať. Nullũ autẽ animal ita odo:
rem hominis ſentit vt anſer:vnde et clangore eius gal:
lorũ aſcẽſus in capitolio dep̄henſus eſt. Fulica dicta ꝙ
caro eius leporinam ſapiat. Lagos em̃ lepꝰ dicitur:vñ
& apud grecos lagos dicitur. Eſt em̃ auis ſtagnẽſis: ha
bens nidũ in medio aquę vel in petris quas aquę circũ
dant:maritimo q; ſemp̱ delectatur ꝓfundo. Que dum
tempeſtatẽ perſenſerit: fugiens in vado ludit. Mergus
ab aſſiduitate mergendi nomẽ habet. Sępe autẽ dimiſ
ſo in profundũ capite aurarũ ſigna ſub fluctibus colli:
gunt:& preuidẽtes ęquoris tẽpeſtatẽ cũ clamore ad lit:
tora tendunt. Nam in pelago iam grauiſſimã eſſe tem
peſtatẽ conſtat cũ ad littora mergi confugerint. Accipi
ter auis animo plus armata q̃ vngulis:virtutẽ maiorem
in minori corpore geſtans. Hęc ab accipiendo.i.capiẽ
do nomen ſumpſit. Eſt eni auis rapiẽdis aliis auibꝰ aui
da:ideo q; vocatur accipiter:hoc eſt raptor : vñ et pau:
lus apoſtolus dicit. Suſtinetis enim ſi quis vos accipit.
Vt eni diceret ſi quis rapit. dixit: ſi quis accipit. Fertur
autẽ accipitres circa pullos ſuos impios eſſe. Nam dũ
viderint eos poſſe tẽtare volatus nullas eis prebẽt eſcas
ſed verberant pẽnis & a nido precipitant:atq; a tenero
compellunt ad predã;nec forte adulti pigreſcãt. Capus
Italia lingua dicitur a capiendo. Hũc noſtri falconẽ vo
cant:eo ꝙ incuruis digitis ſit. Miluus mollis & viribꝰ
& volatu:quaſi mollis auis:vnde & nuncupatur : rapa:
ciſſimus tamẽ:& ſemper domeſticis auibꝰ inſidiatur.
Oſſifrangus vulgo appellatur auis que oſſa ab alto di:
mittit & frangit. Vnde & a frangendo oſſa nomẽ acce:
pit. Turtur de voce vocatur auis pudica & ſemp in mõ
tium iugis & in deſertis ſolitudinibus cõmorãs. Tecta
enim hominũ & conuerſationẽ fugit & cõmoratur in
ſiluis. Que etiã hyeme deplumata in truncis arborum
cõcauis habitare p̄hibeť. Cuiꝰ econtrario colũba hoſpi
tia humana diligit:domorum ſemper blanda inhabita
trix. Columbę dictę ꝙ earum colla ad ſingulas cõuer:
ſiones colores mutent:aues manſuetę & in hominum
multitudine conuerſantes ac ſine felle:quas antiqui ve:
nereas nuncupabant:eo ꝙ nidos frequentent:& oſculo
amorẽ cõcipiant. Palumbes:eo ꝙ ſint fartę pabulo q̃s
vulgus titos vocat:auis caſta ex moribus appellatur ꝙ
comes ſit caſtitatis. Nam dicit ꝙ amiſſo corporali con
ſortio ſolitaria incedat:nec carnalem copulam vltra re
quirat. Perdix de voce nomẽ habet,auis doloſa atq; i:
munda. Nam maſculus in maſculum iſurgit:& obliui
ſcitur ſexum libido precceps. Adeo autẽ fraudulenta vt
alteri oua diripiens foueat:ſed fraus fructum nõ habet
Deniq; dum pulli proprie vocẽ genitricis audierit:na:
turali quodã inſtinctu:hanc quę eos fouit relinquunt&
ad eandem quę genuit reuertuntur. Coturnices a ſono
vocis dictę:quas greci ortygias vocant eo ꝙ viſę fue:
rint primũ in ortygia inſula. Hę adueniendi habent tẽ
pora. Nam eſtate depulſa maria trãſmeant. Ortygome
tra dicitur auis que gregẽ ducit:eam terrę propinquan
tem accipiter videns rapit:ac propterea cura eſt vniuer
ſis ducem ſollicitare externi generis per quã caueãt pri
ma diſcrimina. Cibos gratiſſimos habẽt ſemina vene:
norum quã ob cauſã eas veteres veſci interdixerũt. So
lum em̃ hoc animal ſicut & homo caducũ patiť mor:
bum. Vpupam greci appellant:eo ꝙ ſtercora humana
conſideret:& fetenti paſcatur fimo auis ſpurciſſima cri
ſtis extantibus galeata:ſemper in ſepulchris et huma:
no ſtercore cõmorans. Cuius ſanguine ſi ſe quiſq; iun
xerit:dormitũ pergẽs:demones ſuffocantes ſe videbit.
Tuquos quos hiſpani cuculos vocant : a propria voce
conſtat nominatos. Hi veniendi tempus habent. mil:
uorũ ſcapulis ſuſcepti:propter breues & paruos volatꝰ
ne per longa aeris ſpacia fatigati deficiant:horum ſali:
uę cicadas gignunt. Oua paſſeris nido reperta come:
dit & ſua obiicit:quę ille ſuſcepta & fouet & nutrit. Paſ
ſeres ſunt minuta volatilia a paruitate vocata : vnde et
puſilli & parui. Merula antiquitus medula vocabatur:
eo ꝙ moduletur. Alii merulã vocatam aiunt:quia ſola
volat quaſi mera volans. Hęc cum in omnibus locis ni
gra ſit:in achaia cãdida eſt. Hirundo dicta ꝙ cibos nõ
ſumat reſidẽs:ſ; i aere capiat eſcas & edat:garrula auis
& per tortuoſos orbes & flexuoſos circuitus peruolãs:
& in nidis conſtruẽdis educandiſq; fetibꝰ ſolertiſſima
habens etiam quiddam preſciũ: ꝙ lapſura deſerat:nec
appetat culmina:aliis quoq; auibus nõ impetitur : nec
vnq̃ preda eſt:maria tranſuolat ibiq; hyeme cõmorať.
Turdi a tarditate dicti. Hyemis eni cõfinio ſe referunt
Turdela quaſi maior turdus:cuiꝰ ſtercore viſcum gene
nerari putatur. Vnde & prouerbium apud ãtiquos erat:
malum ſibi auem cacare. Furfurio vocatus: ꝙ priꝰ far:
re in farinam redacto paſceretur. Ficedulę dicte ꝙ ficꝰ
magis edãt. Quod panditur verſiculo veteri illo. Cum

me ſictus alat cũ paſcat dulcibus vuis. Cur poti⁹ nomẽ
non dedit vua mihi? Carduellus ꝙ ſpinis & carduis pa
ſcitur. Vnde etiã apud gręcos achãtis dicta eſt: ab achã
tis. i. ſpinis: quibus alitur. Augures aũt dicunt & in ge=
ſtu: & in motu: & in volatu: & in voce: auium ſigna eſſe
conſtituta. Oſcines aues vocant quę ore cantuq; auſpi
cium faciunt: vt coruus: cornix: picus. Alites q̃ volatu
oſtendere futura videnť: quę ſi aduerſę ſunt inhibę di=
cuntur ꝙ inhibeãt. i. vetẽt: ſi proſpere prępetes: & ideo
pręp etes: quia om̃s aues priora petũt volantes. Tertiã
faciunt ſpeciem auguriorum ĩ auibus quã cõmunem
vocãt: ex vtroq; permixtã. i. cũ aues ex ore & volatu au
guria faciunt: ſed fides non habet. Omniũ autẽ genera
volucrum bis naſcuntur. Primum eñ oua gignuntur:
inde calore materni corporis formantur & animantur
Oua aũt dicta ab eo ꝙ ſint vuida. Vnde & vua: eo ꝙ in
trinſecus humore ſint plena. Nam humidũ ẽ quod ex
terius humorẽ habet vuidũ quod interius. Quidã aũt
putãt ouũ gręcam habere originem nominis. Illi aũt
dicunt oa. u. littera ablata. Oua aũt quędam inani ven=
to concipiũtur: ſed non ſunt generabilia niſi quę fuerit
concubitu maſculino cõcepta et ſeminali ſpiritu pene
trata. Quorũ vim tantã dicunt: vt lignum perfuſum ex
eo non ardeat: ac ne veſtis quidem contacta aduratur.
Admixta quoq; calce glutinare fertur vitri ſragmenta.

De minutis volatilibus. Cap. VIII.

APes dictae vel ꝙ ſe pedibus inuicẽ alligẽt vel
pro eo ꝙ ſine pedibus naſcãtur. Nã poſtea &
pedes & pennas accipiũt. Hę ſolertes in ge=
nerandi mellis officio aſſignatas incolunt ſe
des: domicilia inenarrabili arte cõponunt ex variis flo
ribus fauũ cõdunt: textiſq; cęris inumera prole caſtra
replent: exercitum & reges habẽt: pręlia mouẽt: fumũ
fugiunt: tumultu exaſperantur. Has plęriq; experti ſũt
naſci de boum cadaueribus. Nã pro his creãdis vitulo
rum occiſorũ carnes verberãtur: vt ex putrefacto cruo
re vermes creentur q poſtea efficiuntur apes. Proprie
tamen apes vocantur ortę de bobus ſicut crabrones de
eqs: fuci de mulis: veſpe de aſinis. Caſtros gręci appel=
lant: qui in extremis partibus fauorũ maiores creãtur:
quos aliqui reges putant: dicti ꝙ caſtra ducant. Fucus
eſt maior ape: crabrone minor. Dict⁹ autẽ fucus: ꝙ ali=
enos labores edat: quaſi fagus. Depaſcitur enim quod
non laborauit: de quo Virgilius: Ignauum fucos pecus
a praeſepibus arcet. Crabrones vocati a cabo. i. caballo
ꝙ ex his creentur: ſicut aũt crabrones naſcunť de equo
rum carnib⁹ putridis: ita ex eis ſaepe naſcũtur ſcarabei
vnde et cognominati ſũt. Tauri vocantur ſcarabei ter=
reſtres ricino ſimiles. Bupreſtis animal eſt paruũ: ſimil
limũ in Italia ſcarabeo. longipedũ. Fallit inter herbas
bouem maxime: vnde & nomen habet: deuoratumq;
tacto felle ita inflãmat vt rumpat. Cicendela ſcarabeorũ
genus eſt: eo ꝙ gradiens vel volans lucet. Blattę a colo=
re nũcupatę ſi quidem & comprehenſę manũ tingunt
vnde & blatteum colorem dicunt. Hoc autẽ animal lu
cem videre non patitur contrariũ muſcae. Nam muſca
lucipeta: & blatta lucifuga eſt. Per noctẽ eñ tãtũ ambu
lat. Papiliones auiculę ſunt que maxime abundant flo
rentibus maluis: quiq; vermiculos ſtercore ſuo faciũt
naſci. Locuſta ꝙ pedib⁹ ſit longis veluti haſta: vnde &
eam gręci tam maritimam q̃ terreſtrem aſtagon appel
lant. Cicades ex cuculorũ naſcuntur ſputo. Hę in Italia
apud reginos multę ſũt: nec vſq̃ alibi. Muſca ex graeco
venit: ſicut & mus. hęc ſicut & apes necatę in aq̃ aliquo
tiens poſt vni⁹ horę ſpacium reuiuiſcũt. Cinomia gręce
vocatur. i. muſca canina. Nã cinos gręce canis voca
tur. Culex ab aculeo dictus ꝙ ſanguinẽ ſugat. Habet
enim in ore fiſtulã ĩ modum ſtimuli: qua carnem tere=
brat vt ſanguinem bibat. Scinifes muſcę minutiſſimae
ſunt: ſed aculeis permoleſtę: quibus tertia plaga ſuper=
bus populus ęgiptiorũ cęſus eſt. Oeſtrus animal armẽ
tis aculeis permoleſtũ. Oeſtrum autẽ graecũ eſt: quod
latine aſilus vulgo tauan⁹ vocatur. Bibiones ſunt qui
in vino naſcuntur: quos vulgo muſciones a muſto ap
pellant. vnde & Afranius. Cum ad me ſpectas & fabula
ri incipis: ex ore in oculis tuis bibiones inuolant. Gur
gulio dicitur: quia pene nichil eſt aliud niſi guttur.

Prefatiũcula in librum ſequentem.

IN hoc libello quaſi in quadã breui tabula
q̃ſdã cęli cauſas ſituſq; terrarũ & maris ſpa=
cia annotauimus: vt in modico lector ea per
currat: & cõpẽdioſa breuitate ętymologias
eorum cauſaſq; cognoſcat.

Incipit liber tertiuſdecimus.

De mundo. Cap. I.

MVndus eſt cęlũ: terra: mare & quae in eis ſũt
opera dei: de quo dicitur. Et mundus p eũ
factus eſt. Mũdus latine a philoſophis dici
tur ꝙ in ſempiterno motu ſit: vt coelũ: ſol:
luna: aer: maria. Nulla eñ reqes ei⁹ elemẽtis conceſſa ẽ
ideoq; ſemper ĩ motu eſt. Vnde & animalia Varroni vi
dentur elementa qm̃ per ſemetipſa inquit mouentur.
Graeci vero nomen mundo de ornamento accõmoda
uerunt propter diuerſitatem elemẽtorũ & pulchritudi
nem ſyderum. Appellatur eñ apud eos coſmos quod
ſignificat ornamentum. Nihil enim mũdo pulchrius
oculis carnis aſpicimus. Quattuor aũt eſſe conſtant cli
mata mundi: id eſt plagas: orientem & occidentem: ſe=
ptẽtrionem & meridiem. Oriẽs ab exortu ſolis eſt nũ=
cupatus. Occidẽs: ꝙ diem faciat occidere atq; interire
Abſcondit eñ lumen mundo & tenebras ſuperindu=
cit. Septẽtrio autem a ſeptem ſtellis axis vocatur quę in
ipſo reuolutę rotantur. Hic proprie & vertex dicić: eo
ꝙ vertitur: ſicut poeta ait. Vertitur interea coelum. Me
ridies vel quia ibi ſol faciat medium diẽ quaſi medidi=
es: vel quia tunc purius micat ęther. Merum enim pu=
rum dicitur. Ianuę cęli duę ſunt: oriens & occaſus. Nã
vna porta ſol procedit: alia ſe recipit. Cardines autem
mundi duo: ſeptentrio & meridies. In ipſis enim vol=

titur cœlum.

¶De athomis. Cap̃.II.

AThomos philoſophi vocãt quaſdam in mũ=
do corporũ partes tam minutiſſimas vt nec
vſui pateant: nec tomen: id eſt ſectionẽ reci=
piãt: vnde & athomi dicti ſunt. Hi per inane
totius mũdi inquietis motib⁹ volitare: & huc atq; illuc
ferri dicuntur: ſicut & tenuiſſimi pulueres qui infuſi ꝑ
feneſtras radiis ſolis videnẽ: & ex his arbores & herbas
& fruges omnes oriri: & ex his ignẽ & aquã & vniuer=
ſa gigni atq; conſtare quidam philoſophi gentiũ puta
uerunt. Sunt aũt athomi aut i corpore: aut in tempore:
aut in numero: aut in littera. In corpore vt lapis. Diui=
des eum in partes: & partes ipſas diuides in grana: velu
ti ſunt harenę ruſumq; ipſa harenę grana diuide i mi
nutiſſimũ puluerẽ donec ſi poſſis peruenias ad aliquã
minutiam: que iam non ſit que diuidi vel ſecari poſſit:
hoc eſt atomus in corporibus. In tẽpore vero ſic intel=
ligitur atomus. Annum verbi gratia diuides in men=
ſes: mẽſes i hebdomadas: hebdomadas in dies: dies in
horas: adhuc partes horarum admittunt diuiſionem
quouſq; peruenias ad tantũ temporis punctũ: & quan
dam momenti ſtillam: vt per nullã morulam produci
poſſit: & ideo iam diuidi non poteſt: hoc eſt atomus tẽ
poris. In numeris vt puta octo diuiduntur in quattuor:
ruſum quattuor in duo: deinde duo in vnũ. Vnus aũt
atomus eſt: quia iſecabilis eſt. Sic & littera. Nam orati
onem diuidis in verba: verba autẽ in ſyllabas: ſyllabam
autẽ in litteras. Littera pars minima: atomus eſt: nec di
uidi poteſt. Atomus ergo eſt quod diuidi non poteſt:
vt i geometria punctus. Nam tomus diuiſio grece di=
citur: atomus indiuiſio.

¶De elementis. Cap̃. III.

YLen græci rerum quandam primã materiã di
cunt nullo prorſus modo formatam: ſed oim
corporalium formarũ capacem: ex qua viſibi
lia hec elemẽta formata ſunt: vnde & ex eius deriuatio
ne vocabulum acceperunt. Hanc ylen latini materiam
appellauerunt: ideo quia omne informe vnde aliquid
faciendũ eſt: ſemper materia nuncupatur. Proinde &
eam poetę ſiluam nominauerũt. Nec incongrue: quia
materię ſiluarũ ſunt. Græci autẽ elemẽta ictoixia nũcu
pant: eo ꝙ ſibi ſocietatis concordia & cõmunione qua
dam cõueniant. Nã ſic ea inter ſe naturali quadã ratiõe
iuncta dicunẽ: vt modo originẽ ab igne repetẽtes vſq;
ad terrã: modo a ẽra vſq; ad ignẽ: vt ignis quidẽ i aera
deſinat: aer in aquã denſetur: aqua i terra craſſeſcat: rur=
ſuſq; terra diluatur in aquã: aqua rareſcat in aerẽ: aer in
ignẽ extenueẽ. Quapropter oĩa elementa oĩbus cõſtat
ineſſe: ſed vnũquodq; eorum ex eo quod amplius ha=
bet accepiſſe vocabulum. Sunt autẽ diuina prouiden=
tia propriis animantibus diſtributa. Nam cęlum ange
lis: aerem volucrib⁹: mare piſcibus: terram hominib⁹
cęteriſq; animantibus creator ipſe impleuit.

¶De cęlo. Cap̃.IIII.

CElum vocatũ eo ꝙ tanq̃ cęlatũ vas impreſ
ſa lumina habeat ſtellarũ veluti ſigna. Nã cę
latũ dicitur vas quod ſignis eminẽtiorib⁹
refulget. Diſtinxit eni eũ deus claris lumini
b⁹ & impleuit ſolis. ſ. & lunę orbe fulgẽti: & aſtrorũ mi
cantiũ ſplendentibus ſignis adornauit. Alias autẽ a ſu=
periora cęlando. Hoc aũt grece vran⁹ diciẽ. απο του
ορα v. i: a videndo: eo ꝙ aer perſpicu⁹ ſit: & ad ſpeculã
dũ purior. Cęlũ autẽ i ſcripturis ſanctis ideo firmamẽ
tũ vocatur: ꝙ ſit curſu ſyderum & ratis legib⁹ fixiſq;
firmatũ. Interdũ & cęlũ pro aere accipitur: vbi venti &
nubes & procellę & turbines fiunt. Lucretius: cęlum
quod diciẽ aer: & pſalmus volucres cęli appellat: cum
manifeſtũ ſit aues in aere volare: & nos in conſuetudi=
ne hunc aerem cęlum appellamus. Nã cum de ſereno
vel nubilo querimus: aliquando dicimus: qualis ẽ aer;
aliquãdo quale eſt cœlum.

¶De partibus cœli. Cap̃. V.

AEther locus eſt in quo ſydera ſunt: & ſignifi
cat eum ignẽ qui a toto mundo in altum ſe
parat⁹ ẽ. Sane ęther ẽ ipſũ elemẽtum: ęthe=
ra vero ſplendor ętheris: & eſt ſermo gręc⁹
Sphęra cęli dicta eo ꝙ ſpecies eius i rotundũ formata
eſt: ſed & quicquid tale ẽ a volubilitate ſphęra a gręcis
dicitur: ſicut & pilę quibus ludunt infantes. Nam phi=
loſophi dicunt cęlum i ſphęrę figuram vndiq; eſſe cõ
uexum: omnibus partibus ęqualem concludentẽ terrã
in media mundi mole libratam: hunc moueri dicũt &
cum motu eius ſydera in eo fixa ab oriente vſq; ad occi
dentem circuire: ſeptẽtrionibus breuiores gyros iuxta
cardinẽ peragentibus. Axis eſt ſeptentrionis linea re=
cta: quę per mediã pilam ſphęrę tendit: & dictus axis
ꝙ in eo ſphęra vt rota voluitur: vel quia ibi plauſtrum
eſt. Cardines extremę partes ſũt axis: & dicti cardines
eo ꝙ per eos vertitur cęlũ. Poli ſunt circuli: qui currũt
per axem. Horum alter eſt ſeptentrionalis qui nũq̃ oc
cidit: appellaturq; boreus: alter auſtralis qui nũq̃ vide
tur: & auſtronotus dicitur. Et dicti poli ꝙ ſint axiũ cy
cli ex vſu plauſtrorum a poliẽdo ſcilicet nominati: ſed
polus boreus ſemper videtur: auſtronotus nunq̃: quia
dextra cęli altiora ſunt preſſa auſtri. Conuexa extrema
cęli ſunt a curuitate dicta. Nam conuexum curuum eſt
& inclinatum & in modum circuli flexum. Lacteus cir
culus eſt via quę in ſphęra videtur a candore dicta quia
alba eſt: quã aliqui dicunt viã eſſe qua circuit ſol: & ex
ſplendoris ipſius tranſitu ita lucere.

¶De circulis cęli. Cap̃. VI.

HAbitatio iſta cęli circulorũ diſtincta zonis
quaſdã partes tẽperie ſua incolere permiſit
quaſdã negauit enormitate frigoris aut ca=
loris. Zonę autẽ ipſe qnq; ſũt. Quę ideo
zonę vel circuli appellãẽ eo ꝙ i circũductione ſphęrę
exiſtunt. Quorũ prim⁹ circul⁹ ideo arcticos appellaẽ
eo ꝙ intra eũ arcturi ſigna incluſa perſpiciũtur: q̃ a no
ſtris in vrſarum ſpecie ficta ſeptentriones appellãtur.

Secundus circulus ex eo terinus tropicus dicitur: quia in eo circulo ſol aquilonis finibus eſtatem faciens vltra eum circulum non tranſit: ſed ſtatim reuertitur: & ide tropicus appellatur. Tercius circulus himerinus qui a latinis ideo equinoctialis appellatur eo ꝙ ſol cũ ad eũ orbẽ peruenerit equinoctiũ facit. Himerin⁹ enim grece latine dies dicit᷑ atqꝫ nox: quo circulo dimidia ſphere pars cõſtituta perſpicitur. Quartus circulus antarcticus vocatur: eo ꝙ contrarius ſit circulo quem arcticon nominamus. Quintus circulus cimerinus tropicus: q a latinis hyemalis ſiue brumalis appellatur: ideo q a ſol cum ad eũ circulũ peruenit: hyemẽ his qui ad aquilonem ſunt facit: eſtatẽ aũt his qui auſtri partibus cõmorantur. Zodiacus aũt circulus eſt qui duodecim continet ſigna απο του ζωων.i. ab animalibus dictus.

¶De aere & nube. Cap.VII.

Aer eſt inanitas plurimũ habẽs admixtũ raritatis ꝙ̃ cetera elemẽta: de quo Virgili⁹. Lõgũ per iane ſecut⁹. Aer dictus απο του αιρειν: ab eo ꝙ ferat terram: vel ab eo ꝙ feratur. Hic aũt partim ad celeſtem: partim ad terrenam materiam pertinet. Nam ille ſubtilis vbi ventoſi ac procelloſi motus non poſſunt exiſtere: ad celeſtem pertinet partem: iſte vero turbulentior qui exalationibus humidis corporeſcit terrae deputatur: quiqꝫ ex ſe multas ſpecies reddit. Nam cõmotus vẽtos facit: vehemẽtius concitatus ignes & tonitrua: contractus nubila: cõſpiſſatus pluuiam: congelantibus nubibus niuem: turbulentius congelantibus dẽſioribus nubibus grãdinem: diſtentus ſerenum efficit. Nam aerem denſum nubem eſſe conſtat: nubem rarefactam & ſolutam aerẽ. Nubes dicte ab obnubẽdo.i. operiando celum: vnde & nupte ꝙ vultus ſuos velent: vnde & neptunus ꝙ nubat.i. mare & terram tegat. Nubes autem aeris denſitas facit Vẽti enim aerem conglobant: nubemqꝫ faciũt: vnde eſt illud. Atqꝫ in nubem cogitur aer.

¶De tonitruo. Cap.VIII.

Tonitruũ dictũ ꝙ ſon⁹ ei⁹ terreat Nã ton⁹ ſonus. Qui ideo interdũ tã grauiter concutit omnia: itavt coelum diſcidiſſe videatur: quia cum procella vehementiſſimi venti nubib⁹ ſe repente immiſerit: turbine inualeſcente exitũqꝫ querente nubem quam excauauit impetu magno preſcindit. ac ſic cum horrẽdo fragore defert᷑ ad aures. Quod mirari quis nõ debet: cum veſicula q̃uis parua magnũ tamen ſonitum diſploſa emittat. Cum tonitruo autem ſimul & fulgura exprimi: ſed illud celerius videtur: quia clarum eſt: hoc autem ad aures tardius peruenire. Lux autem que apparet ante tonitruũ alibi fulgetra vocatur Que vt diximus ideo ante videtur: quia clarum eſt lumen. tonitruum autem ad aures tardius peruenit.

¶De fulminibus. Cap.IX.

Fulgur & fulmen ictus celeſtis iaculi a feriendo dicti. Fulgere enim ferire eſt ac percutere Fulmina autem colliſa nubila faciunt. Nam omnium rerum colliſio ignem creat: vt in lapidib⁹ cernimus vel attritu rotarum. vel in ſiluis arborum: ſimili modo in nubibus ignis: vnde & prius nubila ſunt: deinde ignis ex vẽto autem & igne fulmina certum eſt in nubibus fieri et impulſu ventorum emitti. Ideo autem fulminis ignem vim habere maiorem ad penetrandũ: quia ſubtilioribus elemẽtis factus eſt ꝙ̃ noſter.i. qui nobis in vſu eſt. Tria ſunt autem eius nomina: fulgur: fulgor: & fulmen. Fulgur quia tangit: fulgor: quia incendit & vrit: fulmẽ quia findit: ideo & cum ternis radiis pinguntur.

¶De arcu & nubium effectibus Cap.X.

Arcus celeſtis dictus a ſimilitudine curuati arcus. Iris huic proprium nomen eſt: & dictus iris quaſi aeris.i. ꝙ p aera ad terras deſcendat Hic aũt a ſole reſplẽdet dũ caue nubes ex aduerſo radium ſolis accipiunt & arcus ſpeciem fingunt cui varios colores illa dat res: quia aqua tenuis: aer lucidus: & nubes caligantes irradiata iſta varios creant colores. Pluuie dicte ꝙ fluant quaſi fluuie. Naſcunt᷑ enim de terre & maris anhelitu: que cum altius eleuate fuerint: aut ſolis calore reſolute: aut vi ventorum compreſſe ſtillantur in terris. Nimbus eſt denſitas nubis intempeſta & obſcura: & inde nimbus a nube. Sunt autẽ nimbi repentine & praecipites pluuie. Nam pluuias vocamus lentas & iuges: quaſi fluuias: quaſi fluẽtes. Imbres autem & ad nubes et ad pluuias pertinent: dicti a greco vocabulo ꝙ terram inebriẽt ad germinandum. Ex his enim cũcta creantur. vnde et Lucretius. Ex igni terra atqꝫ anima naſcuntur et imbri. eſt autem nomẽ grecum. Grando appellata: ꝙ forma eius granorum ſimilitudinem habeat. Haec autem ventorum rigore durãtur in nube. ac ſolidantur in niuem: ruptoqꝫ aere ſoluũtur. Nix a nube vnde venit. et glacies a gelu et aqua quaſi glacies id eſt gelata aqua. Gelu autem ꝙ eo ſtrigatur tellus. Ge quippe terra dicitur. Tunc autem maiori gelu ſtringitur terra cum fuerit nox ſerena Pruina eſt matutini temporis frigus: et inde pruine nomen accepit: quia ſicut ignis vrit. Pyr enĩ ignis. Vrere vero et ad frigus et ad ſolem pertinet. Nam vno ſermone duo diuerſa ſignificantur: pro eo ꝙ vnum effectum habẽt. Similis enim vis eſt et caloris et frigoris: vnde et vtraqꝫ ſaxa rumpunt. Nam et calor vrit: vt eſt Vritur infoelix dido Item frigus vrit: vt eſt: aut boree penetrabile frigus adurat. Ros grecum eſt quod illi droſos dicũt. Alii ros putant dictum: quia rarus eſt et non ſpiſſus: vt pluuia. Nebula inde dicta: vnde et nubila ab obnubẽdo. ſ. hoc eſt operiendo terrã: ſiue ꝙ nubes volans faciat. Exalãt enim valles humide nebulas et fiũt nubes. Inde nubilum: inde niues. Nebule aũt ima petũt cũ ſerenitas ẽ: ſumma cũ nubilũ. Caligo vmbra ẽ de ſpiſſitudine aeris effecta. Et dicta caligo ꝙ maxime aeris calore gignat᷑ Tenebre dicunt᷑ ꝙ teneãt vmbras Nichil aũt ſũt tenebre: ſed ipa lucis abſentia tenebre dicunt᷑: ſicut ſilentiũ non aliqua res eſt: ſed vbi ſonus nõ eſt: ſilentium dicit᷑: ſic tenebre

non aliquid ſunt: ſed vbi lux non eſt tenebræ dicūtur. Vmbra eſt aer carens ſole: dicta autem ꝙ fiat cum ſolis obiicimur radiis. Eſt autem mobilis & incerta et ex ſolis circuitu & ex motu locorum. Nam quotiēs mouemur in ſole nobiſcum moueri videtur: quia vbiquoqꝫ loco a radiis ſolis obſiſtimus: proinde illi lumen auferimꝰ: ſic & ingredi nobiſcū vmbra & geſtus noſtros videtur imitari. Lux ipſa ſubſtātia: lumē quod a luce manat. i. candor lucis: ſed hęc confundunt auctores.

¶ De ventis. Cap. XI.

VEntus aer cōmotus et agitatꝰ: & pro diuerſis partibꝰ cęli noia ſortiẜ diuerſa. Dictꝰ aūt ventꝰ ꝙ ſit vehemens & violētus. Vis enim eiꝰ tanta eſt: vt nō ſolū ſaxa & arbores euellat: ſed etiam cęlum terrāqꝫ cōturbet: maria cōmoueat Ventorum quattuor principales ſpūs ſunt. Quorum primus ab oriente ſubſolanus: a meridie auſter: ab occidente fauonius: a ſeptētrione eiuſdem nois ventꝰ aſpirat: habentes geminos hincinde ventorū ſpiritus. Subſolanus a latere dextro vulturnū habet: a leuo eurum. Auſter a dextris euro auſtrū: a ſiniſtris auſtro africū Fauonius a parte dextra africū: a lęua chorum. Porro ſeptētrio a dextris circium a ſiniſtris aquilonem Hi duodecim venti mūdi globum flatibus circūagunt. Quorum noia ꝓpriis ex cauſis ſignata ſūt. Nam ſubſolanꝰ vocatꝰ eo ꝙ ſub ortu ſolis naſcatur. Eurus: eo ꝙ ab eo flat. i. ab oriēte. Eſt enim ſubſolano cōiunctus. Vulturnus ꝙ alte tonat: de quo Lucretius. Altitonans vulturnus & auſter fulmie pollēs. Auſter ab hauriēdo aquas vocatus: vnde & craſſum aerē facit et nubila nutrit. Hic gręce notus appellaẜ ꝓpter ꝙ interdū corrūpat aerem. Nam peſtilentiam quę ex corrupto aere naſcitur auſter flans in reliquas regiones trāſmittit: ſed ſicut auſter peſtilentiam gignit: ſic aquilo repellit. Euro auſter dictꝰ ꝙ ex vna parte habeat eurū: ex altera auſtrum. Auſtro africus: ꝙ coniunctus ſit hincinde auſtro & africo. Ipſe & libonotꝰ ꝙ ſit libs hinc & inde notꝰ. Zephirus gręco noie appellatus: eo ꝙ flores & germina eius flatu viuificentur. Hic latine fauonius dicitur: ꝓpter ꝙ foueat quę naſcunẜ: vñ illud. Et zephyro ruris ſe gleſia reſoluit. Auſtro aūt flores ſoluuntur: a zephiro fiunt. Africus a propria regione vocatus. In africa enim ītiū flādi ſumit. Corus eſt quę ab occidente eſtiuo flat: & vocatus corus ꝙ ipſe ventorꝫ circulū claudat & quaſi chorꝫ faciat. Hic ātea caurus dictus quem plęriqꝫ argeſtē dicunt: non vt imprudens vulgus agreſten. Septētrio dictus eo ꝙ a circulo ſeptem ſtellarū cōſurgit quę vertēte ſe mundo reſupinato capite ferri vidētur. Circius dictus eo ꝙ choro ſit iūctus. Hunc hiſpani gallicum vocāt: ꝓpter ꝙ eis a parte gallicię fiat. Aquilo dictus eo ꝙ aquas ſtringat & nubes diſſipet. Eſt enim gelidꝰ ventus & ſiccus. Idem & boreus quia ab hyperboreis mōtibus flat. Inde enim origo eiuſdem venti eſt: vnde & frigidus. Natura enim omniū ſeptētrionalium vētorum frigida & ſicca eſt: auſtralium humida & calida: ex omnibus autē ventis duo cardinales ſunt: ſeptētrio & auſter. Etheſię autem flabra aquilonis ſunt. quibus nomen inditum eſt: ꝙ certo anni tempore flatus agere incipiunt Eniautos enim gręce annus latinę dicitur. Hæ autem curſum rectum a borea in ęgyptum ferunt: quibus auſter contrarius eſt. Duo ſunt autem extra hos vbiqꝫ ſpiritus magis q̄ venti: aura et altanus. Aura ab aere dicta quaſi aerea ꝙ lenis ſit motus aeris. Agitatꝰ enim aer auram facit: vnde et Lucretius. Aereas auras. Altanus qui in pelago eſt per deriuationem ab alto. i. mari vocatur. Nam alter eſt flatus in ripis quem diximꝰ auram Nam aura terra eſt. Turbo eſt volubilitas vētorum: et turbo dictus a terra: quotiēs ventus conſurgit et terram in circuitum mittit. Tempeſtas aūt pro tēpore dicitur: ſicut vbiqꝫ hiſtoriographi ſolent dum dicūt ea tempeſtate: aut ab ſtatu cęli: quia magnitudine ſui multis diebꝰ oritur. Verno autem et autūnali tempore q̄ maxime fiunt tēpeſtates quando nec plena eſt ęſtas: nec plena hyems vnde et medium et confine vtriuſqꝫ tēporis ex coniunctione aerum contrariorū efficiuntur tempeſtates. Fragor a fractarum rerum nominatus eſt ſonitu: quia ſicca quæqꝫ et arida facile frāgit. Procella ab eo ꝙ ꝓcellat. i. percutiat et euellat. Eſt enim vis venti cum pluuia. Procellę enim aut de fluminibus: aut de ventis fiunt. Nihil aūt velocius vētis: vnde et ꝓpter celeritatē tam ventos q̄ fulmina alata fingunt poetę: vt alatis viribꝰ auſtri.

¶ De aquis. Cap. XII.

AQua dicta ꝙ ſuꝑficies eiꝰ æqualis ſit. Hic et ęquor appellatū. qa ęqualiter ſurſum eſt Duo aūt ſūt validiſſima vitę hūanę elemēta ignis et aqua: vnde grauiter damnanẜ quibus ignis et aqua īterdicitur. Aquarum elementū cæteris omnibus imperat. Aquę enim cęlum temperant: terram fœcundant: aerem exalationibus ſuis incorporant: ſcandunt in ſublime: et cœlū ſibi vendicant Quid enim mirabilius aquis in cœlo ſtantibus? Parum ſit in tantam perueniſſe altitudinem Rapiunt et ſecū piſcium examina: effuſę omnium in terra naſciētium cauſa fiūt Fruges gignunt: arbores: frutices: herbaſqꝫ producūt ſordes detergunt: ꝑeccata abluunt: potum cunctis animantibus tribuunt.

¶ De diuerſitate aquarum. Cap. xiii.

AQuarū naturę diuerſitas multa eſt. Aliæ ei ſalis alię nitri: alię aluminis: aliæ ſulphuris alię bituminis: alię curā morborꝫ adhibentes. Nā iuxta romā albulę aquę vulneribꝰ medentur. In italia fons ciceronis oculorū vulnera curat. In ęthiopia lacꝰ eſt quo perfuſa corpora velut oleo niteſcunt. Zame fons in africa canoras voces facit. Ex clitorio lacu italię qui biberint: vini tędium habent In chio inſula fontem eſſe dicūt: quo hebetes fiūt. In boetia duo fontes: alter memoriā: alter obliuionē affert. Cizici fons amorē veneris tollit. Boetię lacꝰ furialis eſt de quo qui biberit ardore libidinis exardeſcit. In cāpania ſunt aquę q̄ ſterilitatē fęminarꝫ et virorꝫ īſaniā abolere

dicuntur. In ęthiopia fonte rubro qui beberit: lympha=
ticus fit. Lechnus fons archadiæ abortus fieri non pati
tur. In ſicilia fontes ſunt duo quorum vnus ſterilem foe
cundat: alter fęcundā ſterilem facit. In theſſalia duo ſūt
flumina: ex vno bibentes oues nigras fieri ferunt: ex al=
tero albas: ex vtroq; varias. Clitumnus lacus in vmbria
maximos boues gignit. Reatinis paludibus iumento=
rum vngulas indurari dicunt. In aſphaltide lacu iudeę
nichil mergi poteſt quicquid animam habet. In indiis
ſidem vocatur ſtagnum in quo nichil innatat ſed omia
mergūtur. At contra in alce lacu per porcidamum om
nia fluitant: nichil mergitur Marſide fons in phrigia ſa
xa generat. In achaia aqua profluit e ſaxis ſtix appella=
ta: quę ilico potata interficit. Celonium ſtagnum ſi=
cilię tetro odore abigit proximātes. Fons eſt in africa
circa templū ammonis qui humoris nexibus humum
ſtringit Fauillas etiam in ceſpitem ſolidat. Fons iob in
idumęa quater in anno colorem mutare dicitur. i. pul=
uerulentum: ſanguineum: viridem: & limpidū: ternis
menſibus in anno tenens ex his vnum colorem. In tro
glodytis lacus eſt: ter in die fit amarus: & deinde totiēs
dulcis. Fons ſyloa ad radicem montis ſyō: non iugib⁹
aquis: ſed in certis horis diebuſq; ebullit. In iudęa quō
dam riuus ſabbatis omnib⁹ ſiccabatur. In ſardinia fon=
tes calidi oculos medentur: fures arguunt. Nam cęcita
te detegitur eorum facinus. In epiro eſſe ferunt fontem
in quo faces extinguuntur accenſę: & accenduntur exti
ctę. Apud garamantes fontem eſſe ita algentem die vt
non bibatur: ita ardētem nocte vt non tangatur. Iam ve
ro in multis locis aquæ manant perpetim feruentes tā
ta vt balnea calefaciant. Quędam enim terrę ſūt quæ
multum ſulphuris & aluminis habent. Itaq; cum per
venas calentes aqua frigida venit in vicino ſulphuris ca
lore contacta excandeſcit: nec talis ab origine effluit. ſ;
permutatur dum venit. Sulphur enim alumēq; ſecum
ferunt aquę vtramq; materiā igne plenam mitiſq; mo
tibus incaleſcentem.

De maris nomine. Cap. XIIII

MAre eſt aquarū generalis collectio. Omīs ei
congregatio aquarū: ſiue ſalſę ſint ſiue dul
ces: abuſiue maria nūcupātur iuxta illud Et
congregationes aquarum appellauit maria
Proprie autem mare appellatu; eo q᷑ aquę eius amare
ſint. Equor autem vocatum: quia ęqualiter ſurſum eſt:
& q̄uis aquę fluctuantes velut montes erigantur ſeda=
tis rurſus tēpeſtatibus adęquantur. Altitudo enim ma=
ris diuerſa eſt: idiſcreta tamē dorſi eius ęqualitas. Ideo
autem mare incrementum non capere cum omia flu=
mina & omēs fontes recipiat. hec cauſa eſt partim q᷑ in
fluentes vndas ipſa magnitudo eius non ſentiat: dein=
de q᷑ amara aqua dulce fluentum conſumat: vel q᷑ ipſe
nubes multum aquarum ad ſe attrahant ſiue q᷑ illā par
tim venti auferant: partim ſol exſiccet: poſtremū q᷑ per
occulta quędam terrę foramina percolatur & ad caput
omnium fonteſq; reuolutū recurrat. Maris autem cer=
tum eſſe colorem: ſed pro qualitate ventorum mutari.
Nam modo flauum eſt: modo luculētum: modo atrū

De oceano. Cap. XV.

OCeanū gręci & latini ideo nominant: eo q᷑
i circuli modo ambiat orbē: ſiue a celerita
te eo q᷑ ocius currat. Itē quia vt cęlū purpu
reo colore nitet: ocean⁹ quaſi cianeus. Iſte
eſt quæ oras terraꝝ āplectitur: alterniſq; ęſtib⁹ accedit
atq; recedit. Reſpirantib⁹ eni in profundū ventis aut re=
mouet maria: aut reſorbet. Qui q; a proximis regioni
bus diuerſa vocabula ſumpſit: vt gallicus: germanicus
ſcythicus: caſpius: hyrcanus: atlāticus: gaditanus. Nam
gaditanum fretum a gadibus dictum: vbi primo ab o=
ceano maris magni limē aperitur. Vnde & hercules cū
gadibus perueniſſet: colūnas ibi poſuit ſperans illic eē
orbis terrarum finem.

De mediterraneo mari. Cap. xvi.

MAre magnū eſt quod ab occaſu ex oceano
fluit: & in meridiē vergit: deiñ ad ſeptētrio
nē tēdit. Quod inde magnū appellaꝛ quia
cętera maria in comparatione eius minora
ſunt. Iſtud eſt & mediterraneum: quia per mediam ter=
ram vſq; ad orientem perfunditur: europam & africam
aſiamq; diſterminans. Cuius prime partis ſinus qui in
hiſpaniis perfunditur: hybericus & balearicus appella=
tur. Deinde gallicus qui narbonenſem prouinciam al=
luit. Mox liguſticus qui iuxta ianuam vrbem eſt proxi=
mus. Poſt hęc tyrrhenus. qui italā attingit: qué graeci
ionium: itali inferum vocant. Deinde ſiculis qui a ſici=
lia vſq; ad cretam vadit. Deinde cretic⁹ qui in pamphy
liam & ægyptum pertendit. Inde helleſpōtus qui in ſe=
ptētrionem retorquens anfractibus magnis iuxta græ
cias & illyricum in anguſtias ſeptem ſtadiorum ſtrīgi=
tur: quo xerxes ponte nauibus facto in gręciam cōmea
uit: ibi eſt abydus. Inde diffuſus ab ęquore patēte rur=
ſus ſtringitur & facit propontidem: qui mox in quin=
gentos paſſus coartatur: fitq; boſphorus thracius quo
darius copias tranſportauit: inde pōticus ſinus ampliſ
ſim⁹ a tergo męotidis paludibus. Quod mare ex mul
titudine fluminum dulcius q̄ cętera nebuloſumq; &
breuius eſt. vnde & pōticum vocatum q᷑ ſit breuius at
q; eo pręter focas & tynnos atq; delphinos aliaſq; bęl
uas maiores nō patitur. Sicut autem terra dum vna ſit
pro diuerſis locis variis appellatur vocabulis: ita et prō
regionibus hoc mare magnum diuerſis nominib⁹ nū
cupatur. Nam ibericum & aſiaticum a ꝓuinciis dictum
Ab inſulis balearicum ſiculum creticū: cypriū: ęgeum
carpacium. Nam inter tenedū & chium ſaxū eſt in ma
ri potius q̄ inſula: quod viſentibus procul caprę ſimile
creditur: quā gręci ęga nūcupāt: vnde & ęgeū mare eſt
dictū: ſic & carpatiū mare inter ęgyptū & rhodū ab in
ſula carpato illic poſita. A gētibus gallicū auſoniū: dal
matiū: lubuſticū. Ab oppidis argolicū: corithiū: tyriū:
adriaticū. Nā adria quædā ciuitas illyrico mari ꝓxima
fuit: q̄ adriatico mari nomē dedit A poſitōe cęli vt ſupe

rũ:inferum:ꝙ ſit oriens ſuperior:occidẽs inferior Eſt
autem tuſcum & adriaticũ. A memoria ducis vt ioniũ.
Iones quippe dux fuit grecię. Vnde iones athenienſes
Hoc mare & tyrrhenum dictũ ſiue ꝙ tuſciã alluit id eſt
tyrrhenium:ſiue a tyrrhenis nautis qui ſe in hoc mare
præcipitauerunt. Et ſciendũ ionium ſinum eſſe imen=
ſum ab ionia vſq; ad ſiciliam:& huius partes eſſe adria
ticum:achaicũ:& epiroticum. A moribus accolarũ:eu=
xinus axenus antea appellatus eſt. A caſibus hominum
qui ceciderunt in mari:vt helleſpontum:icareum myr
toum. Nam myrtoum mare dictũ a myrtili lapſu ꝙ il=
lic ab oenomao pręcipitatũ ſit. Icarus vero cretenſis:vt
fabulę ferunt altiora petẽs pẽnis ſolis calore ſolutis ma
ri in quo cecidit nomen impoſuit Frixus quoq; cũ hel
le ſorore ſua fugiens inſidias nouercales cõſcendit na=
uem ſignũ arietis habẽtem qua liberatus eſt. Helles au=
tem ſoror eius perpeſſa naufragium decidit in mari:&
mortua helleſponto mari nomẽ dedit. Ab ordie fluẽ=
ti:propõtidis. Nã dictũ ꝓpontidũ: quia pontũ pręue=
nit. Idem & a tranſitu vel anguſtis meatibus boum bo
ſporus ęgyptius autem pelagus aſię datur:gallicus eu=
ropę:africus libyę. His vt quęq; proxima ſũt venerunt
in partes. Pelagus autem eſt latitudo maris ſine littore
& portu gręco nomine apɔ tu plagia. hoc eſt a latitudi
ne dictus:vnde & plagia:eo ꝙ ſint importuoſa

De ſinibus maris. Cap. xvii.

Sinus dicuntur maiores receſſus maris: vt in
mari magno ionius:in oceano caſpius:indi=
us:perſicus:arabicus:qui & mare rubrũ q o=
ceano aſcribitur. Rubrũ aũt mare vocatũ:eo
ꝙ ſit roſeis vndis infectũ. Non tamẽ talem naturã ha=
bet qualem videtur oſtendere:ſed vicinis littoribus vi=
ciatur gurges atq; inficitur:quia omnis terra quę circũ
ſtat pelago rubra eſt & ſãguineo colori ꝓximo. Ideoq;
inde minium acutiſſimũ excerpitur & alii colores: qui
bus pictura variatur: Ergo cum terra hãc habeat natu=
ram. fluctibꝰ ſubinde diluitur:& quicquid adhęſum eſt
in colorem cadit. Ob hoc etiam in his littoribus gen=
mę rubrę ĩueniũtur. Lapillus enim huiuſmodi humo
inuolutus cũ inter harenas attritus eſt:& terrę colorem
habet & maris. Hoc mare in duos ſinus ſcindit. Ex his
qui ab oriente eſt perſicus appellat:qa ora illiꝰ perſę in
habitant. Alter vero arabicus dicit ꝙ ſit circa arabiam.

De ęſtibus & fretis. Cap. XVIII

Aeſtus ad oceanũ pertinet:fretum ad vtrumq;
mare. Nã ęſtꝰ eſt maris acceſſꝰ vel receſſus. i. ĩ
quietudo. Vñ & ęſtuaria ꝑ quę mare viciſſim
tam accedit q̃ recedit:Fretum autẽ appellatũ
ꝙ ibi ſemper mare ferueat. Nam fretum eſt anguſtum
& qua feruens mare:ab vndarum feruore nominatum
vt gaditanum vel ſiculum. Nam freta dicta Varro ait:
quaſi feruida. i. feruentia & motum feruoris habentia.
Fretum ſicilię quod regiũ dicitur Saluſtius tali ex cau=
ſa vocari ſcribit dicens. Italię olim ſiciliã cõiũctã fuiſſe
& dum eſſet vna tellus:medium ſpacium aut per humi
ditatem abruptum eſt aquis:aut per anguſtiaȝ ſciſſũ &
inde regium nominatum: quia gręce abruptum hoc
nomine nuncupatur. Eſt autem artiſſimũ trium miliũ
ſpacio ſiciliam ab italia diuidens fabuloſis infame mõ
ſtris:quibus hincinde ſcylla & charybdis oſtendit. Scyl
lam accolę ſaxum mari imminens appellant: ſimile ce
lebratę formę ꝓcul viſentibus. Vnde & monſtruoſam
ſpeciem fabulę illi dederũt:quaſi formam hominis ca
pitibus ſuccinctam caninis:quia colliſi ibi fluctꝰ latratꝰ
videntur exprimere. Charybdis dicta ꝙ gurgitibꝰ oc=
cultis naues abſorbeat. Eſt enim mare verticoſum: et ĩ
de ibi laniata naufragia profundo emergunt. Ter autẽ
in die erigit fluctus:et ter abſorbet. Nã accipit aquas vt
vomat:vomit rurſus vt accipiat. Syrtes autem ſunt ha=
renoſa in mari loca. Syrtes autẽ Saluſtius a tractu voca=
ri dicit ꝙ omnia ad ſe trahant:appropinquantes vado=
ſo mari hęreant. Hę autem ad mare ægyptium vicinę
ſunt et pariter admiſcentur. Vada vero ſunt per quę in
mari vel in fluminibus homines vel animalia pedibus
vadunt:quę Virgilius breuia appellat:gręci braica.

De lacis et ſtagnis. Cap. XIX

Svnt aũt et quędam maria quę non miſcẽtur
occeani fluctibus aut mari magno:et dicun=
tur lacus et ſtagna. Lacus eſt receptaculum in
quo aqua retinet: nec miſcet fluctibꝰ:vt lacꝰ
aſphalti. vt lacus benacus et larius:et cęteri quos graeci
limen. i. ſtagnos vocant. Nam fontes labunt in fluuiis:
flumina in freta diſcurrunt. Lacus ſtat in loco nec pro=
fluit:et dictus lacus quaſi aquę locus. Lacus aſphalti id
eſt et mare mortuum vocatum:propter qđ nihil gignit
viuum:nihil recipit ex genere viuentium. Nam neq; pi
ſces habet neq; aſſuetas aquas et lętas mergendi vſu pa
titur aues:ſed et quęcunq; viuentia mergenda tentare
ris quacunq; arte:dimerſa ſtatim reſiliunt:et q̃uis vehe
menter illiſa confeſtim excutiuntur:ſed neq; vẽtis mo
uetur: reſiſtente turbinibus bitumine: quo aqua omnis
ſtagnatur:neq; nauigationis patiens eſt:quia omnia vi=
ta carentia in profundum mergũtur:nec materiam vl=
lam ſuſtinet niſi quę bitumine illuſtratur. Lucernam ac
cenſam ferunt ſupernatare:extincto demergi lumine.
Hoc et mare ſalinarum dicitur:ſiue lacus aſphalti. i. bi=
tuminis:et eſt in iudea inter hierico et ȝoaron. Lõgitu=
do eius vſq; ad ȝoaras arabię dirigitur ſtadiis ſeptingẽ
tis octoginta. Latitudo ſtadiis centum quinquaginta
vſq; ad vicinia ſodomorum. Lacus tiberiadis ab oppi
do tiberiade vocatus: quod quondam herodes in ho=
norem tiberii cęſaris condidit. Eſt autem in iudea om
nibus lacis ſalubrior:et ad ſanitatem corporum quodã
modo efficacior. Geneſar lacꝰ ampliſſimus in iudea lõ
gitudine cẽtum quadraginta extẽditur ſtadiis:latitudi=
ne quadraginta:diffunditur criſpantibus aquis: auram
non ventis:ſed de ſeipſo ſibi excreans. Vnde et geneſar
dicitur gręco vocabulo quaſi generans ſibi auram. De
niq; per diffuſiora ſpacia lacus frequentibus auris ſpirã
tibus agitat. Vnde et purior hauſtꝰ eiꝰ et ad potandum

dulcis & habilis. Benacꝰ lacus italię ivenetia: de quo flu
uius naſcitur mincius: q lacꝰ magnitudine ſui tēpeſta=
tes imitaꝛ marinas. Lucrinus & auernus lacus cāpaniæ
ſunt. Lucrinus aūt dictus: quia olim propter copiam pi
ſcium vectigalia magna pręſtabat. Auernus aūt lacus
vocatus ꝙ aues ibi ſuperuolitare non poſſint. Nam an
tea ſiluarum denſitate ſic ambiebatur: vt exalātes inde
per anguſtias aquę ſulphureę fetor grauiſſimus ſuper
uolātes aues altu ſuo necaret. Quam rem auguſtus ce
ſar intelligens deiectis ſiluis: ex peſtilētibꝰ amęna red=
didit loca Lacus autem idem & ſtagnum vbi immenſa
aqua conuenit. Nam dictum eſt ſtagnum ab eo ꝙ illic
aqua ſtet nec decurrat.

¶De abyſſo. Cap. XX.

Abyſſus profunditas eſt aquarū ipenetrabilis:
ſiue ſpelūcę aquarū latentiū: de quibus fon=
tes & flumina procedūt: vel quę occulte ſub
tereunt: vnde & abyſſus dictus. Nam omēs
aquas ſiue torrentes per occultas venas ad matricē abyſ
ſum reuertūtur. Fluctus dicti ꝙ flatibus fiant. Ventoꝝ
enim impulſu agitatę aquę fluctuant. Aqua eſt ſtatiua
& ſine motu ęqualis. Vnda vero eminēs liquor qui ſēp
in motu eſt. Lucretius. Aereas vndas. i. motus & corpꝰ
illud quod refluctuat Nam nec vnda per ſe aqua eſt: ſed
aqua in motu quodam & agitatione: quaſi abeundo et
redeundo vnda vocata. Latex proprie liquor fontis eſt
& dictus latex ꝙ in venis terrę lateat. Gutta eſt quę ſtat:
ſtilla quę cadit. Hinc & ſtillicidium: quaſi ſtilla cadens
Stiria eni grecū eſt. i. gutta: inde fit diminutiuū vt di=
camus ſtilla. Dum autem ſtat aut pendet de tectis vel ar
boribus: quaſi glutinoſa gutta eſt. dū ceciderit ſtilla eſt
Spuma dicta ab eo ꝙ ſpuatur: ſordes enim ſunt vnda=
rum: vnde & muſtum: & ea quę coquūtur ſpuma pur=
gantur. Hinc & ſputum.

¶De fluminibus. Cap. XXI.

Fluuius ē perennis aquarū decurſus: a fluēdo
perpetim dictus. Proprie autē flumē ipſa aq̄:
fluuiꝰ: curſus aquę. Prius autē flumē q̄ fluui-
us. i. prior aqua q̄ decurſus. Duo ſūt fluminū
genera vnum torrens: alterum viuum: de quo Virgili=
us. Donec me flumine viuo abluero. Torrens eſt aqua
veniens cū impetu. Dictus autem torrens: quia pluuia
creſcit: ſiccitate torreſcit. i. areſcit: de quo Pacuuiꝰ. Flā
meo vapore torrens torret: cui gręci ab hyeme nomē
dederunt: nos ab eſtate: illi a tēpore quo areſcit: nos a tē
pore quo ſiccatur. Amnis fluuius eſt nemore ac frondi
bus redimitꝰ. & ex ipſa amoenitate amnis vocatur. De
curſus proprie finis curſus ſiue aquarum ſit ſeu quarū
libet rerum. Riui dicti ꝙ deriuentur ad irrigandū. i. ad
inducendum aquas in agris Nam irrigare inducere eſt
Gurges proprie locus altus in flumine. Puteus eſt locꝰ
defoſſus ex quo hauritur aqua: a pota. iōe dictus. Fons
caput eſt aquę naſcentis: quaſi aquas fundēs. Quidam
autem fluuiorū propriis ex cauſis nomina acceperunt
ex quibus nōnulli notādi ſunt qui in hiſtoriis celebres
memorantur. Geon fluuius de paradiſo exiēs atqꝫ vni
uerſam ęthiopiam cingens vocatus hoc nomine ꝙ in
cremento ſuę inundationis terrā ægypti irriget. Ge ei
græce latine terrā ſignificat. Hic apud ægyptios nilus
vocatur: propter limū quem trahit qui efficit foecūdi=
tatem. Vnde & nilus dictꝰ eſt quaſi νεαι λυσ Nam an
tea nilus latine melo dicebatur. Apparet autem in nili=
de lacu: de quo in meridiem verſus excipiꝛ ægypto vbi
aquilonis flatibus repercuſſus aquis retro luctantibus
intumeſcit: & inundationē ęgypti facit. Ganges fluuiꝰ
quē phiſon ſancta ſcriptura cognominat: exiēs de para
diſo pergit ad indię regiones. Dictus aūt phiſon. i. ca=
terua quia. x. fluminibus magnis ſibi adiūctis: impleꝛ
& efficitur vnus. Ganges aūt vocatꝰ a rege gangaro in=
dię Fertur aūt nili modo exaltari & ſuper oriēs terras
erūpere Tigris fluuius meſopotamię de paradiſo exur
gens & pergens contra aſſirios: & poſt multos circuitꝰ
in mare mortuū influens. Vocatur aūt hoc nomine ꝓ=
pter velocitatem iſtar beſtię tigridis nimia pernicitate
currentis. Euphrates fluuiꝰ meſopotamię: de paradiſo
exurgens copioſiſſimus gemmis qui per mediā baby
loniam influit: hic a frugibus vel ab vbertate nomē ac=
cepit. Nam hebraice euphrata fertilitas iterpretaꝛ. Me=
ſopotamiā etenim in quibuſdā locis ita irrigat: ſicut &
nilus alexandriam. Saluſtius autē auctor certiſſimus aſ
ſerit tigrim & euphratē vno fōte manare in armenia q̄
per diuerſa euntes longius diuidunt ſpacio medio de
relicto multoꝝ miliū: quæ tamē terra quæ ab ipſis am
bitur meſopotamia dicitur. Ex quo Hieronymus ani=
maduertit aliter de paradiſi fluminibus intelligēdum
Indus fluuiꝰ orientis qui rubro mari accipitur. Iſtaſpes
fuit medorū rex antiquiſſimus: ex quo amnis orientis
nomē accepit: qui nunc idaſpes dicitur: de quo Lucanꝰ
Qua medius idaſpes. Accedunt pelago phoebi ſurgen
tis ab igne iam ꝓprior q̄ perſis eram Qui dū ſit fluuiꝰ
perſarum: diciꝛ tamen contra orientē decurrere Araris
fluuiꝰ germanię. De quo Virgiliꝰ Aut ararim parthus
bibet: aut germania tigrim. Currit enim per parthiam
& aſſiriam. Bactrus fluuius orientis a rege bactro voca
tus fertur: a quo & bactriani & vrbs eoꝝ. Coaſpis fluuiꝰ
perſarū vocatus eorū lingua ꝙ miram aquę dulcedi=
nem habeat: adeo vt perſici reges q̄diu iter ripas perſi=
dis fuerint ſibi ex eo pocula vendicarint. Ex hoc amne
quidam cydnū cilicię fluuium deriuari exiſtimant Ara
xis amnis armenię qui ab vno monte cum euphrate di
uerſa ſpecie oritur: dictus ꝙ rapacitate cūcta ꝓſternat.
Vnde et cū alexander eum tranſgredi vellet pōte fabri
cato tanta vi inundauit vt pontē dirueret. Hic breuibꝰ
interuallis ab euphratis ortu caput tollit: ac deinde ca=
ſpium fertur in mare Fluuiꝰ ſyrię qui vocaꝛ orōtes iux
ta anthiochię muros decurrēs: q a ſolis ortu oriens nō
lōge ab vrbe mari cōdiꝛ: quē de originis ſuę tractu oriē
tem veteres latine appellauerunt Cuius fluentis ex ipſo
impetu frigidioribus et zephyris aſſidue ibi ſpirantib=
bus tota ciuitas momentis prope omnibus refrigeraꝛ.

Iordanis iudeę fluuius a duobus fontibus nominatur quorum alter vocatur ior: alter dan. His igitur procul a ſe diſtantibus in vnum alueum fœderatis iordanis deinceps appellatur. Naſcitur autem ſub libano mõte & diuidit iudeam & arabiam: qui per multos circuitus iuxta hierico in mare mortuũ influit. Eufis caucaſeis mõtibus fuſus cũ pluribus alus in euxinum ſe præcipitat mare: vnde & nuncapatur. Cydnus amnis ciliciç a tauro monte progrediens: miram aquarum habens ſuauitatem: & quia quicquid candidum eſt: cydnum gentili lingua ſyri dicũt. Vnde amni huic nomen datum quia tumet ęſtate: quando niues ſoluuntur: reliquis anni tẽporibus tenuis eſt & quietus. Ilas fluuius aſię. Pactoſus fluuius aſię harenas aureas trahens: de quo Virgilius Pactoluſq; irrigat auro: quem pro aurato fluore alii chryſoroam vocant. Erinus fluuius aſiæ qui ſmyrneos ſecat campos: & ipſe fluctibus aureis & harenis plenus a quo & ſmyrna vocata eſt. Meander amnis aſię flexuoſus: qui recurrẽtib⁹ ripis inter aſiã & ionam pręcipitatur in ſinũ: qui miletũ diuidit & prienẽ. Męander autẽ vocat⁹ q̧ ſit flexuoſus & nũq̃ currat rect⁹. De quo Ouidius Quiq; recuruatus ludit męander in vndis. Tanus fuit rex ſcytharũ primus: a quo tanais fertur fluuius nũcupatus qui ex riphęis ſiluis veniẽs: dirimit europã ab aſia inter duas mundi partes medius currẽs atq; in põtum fluens. Inachus achaię amnis argolicos irrigãs cãpos: quẽ rex iachus a ſe noiauit: qui exordium argiuę genti primus dedit. Ibi eſt & erymãthus ab erymãtho monte dimiſſus. Padus italię fluuius a iugis alpiam fuſus: ex tribus fontibus orit̃ ex quib⁹ vni vocabulum eſt padus: qui diffuſus in modũ ſtagni amnẽ ſinu dirigit: a quo & padus eſt nũcupatus. Hic a gręcia eridanus cognoiatur ab eridano ſolis filio: quẽ phœtontem dicũt qui fulmine percuſſus: in eodẽ fluuio deiectus eſt & extinctus. Augetur aũt ex ortu canis liqueſcentibus niuibus: & cũ acceſſiõe. xxx. fluminũ circa Rauẽnam i adriaticum mare defert̃. Tyberis italię fluui⁹: a tyberino rege albanorũ dicit̃ appellatus: qui in hũc fluuiũ cecidit: & de exitu ſuo nomẽ dedit. Nam antea albola antiquũ nomen a colore habuit q̧ niuibus albus fit. Ipſe eſt aũt tybris & qui tyberis: ſed tyberis in quotidiano ſermõe tybris inverſu dicit̃. Danubius germanię fluuius vocari fertur a niuiũ copia quibus magis auget̃ Iſte eſt qui i europa plus oibus famã habet Idem & iſter: qa dũ per innumeras vadit gẽtes: mutat & nomẽ: & maiores ſibi ambiẽdo colligit vires Oritur a germanicis iugibus & occidẽtalibus partibus barbarorũ: pergẽs cõtra orientẽ ſexaginta in ſe fluuios recipit: ſeptem oſtiis in pontũ i fluit. Rhodanus gallię fluui⁹ ab oppido rhodo cognominatus eſt quẽ coloni rhodiorũ vocauerunt: qui rapido cõcit⁹ curſu: tyrrheni ęquoris freta ſcindẽs: nõ modicũ ſæpe nauigãtium facit periculũ: dũ inter ſe maris fluctus & amnis fluẽta decertãt. Rhenus a rhodani ſocietate fertur vocatus: qm̃ cũ eodẽ ex vna puincia orit̃. Eſt aũt germanię fluui⁹ iter tres europę maximos fluuios cõputatus: qui a iugo alpiũ vſq; in oceani profunda curſus ſuos dirigit. Ibertus amnis qui quondã tot⁹ hiſpanię nomen dedit. Minius fluuius gallicie nomẽ a colore pigmenti ſumpſit: qui in eo plurimus inuenit̃ Durius a gręcis quaſi doricus cognoiatus Tagum fluuium carthago hiſpanię nuncupauit: ex qua ortus procedit fluui⁹ arenis auriferis copioſus: & ob hoc cęteris fluuiis hiſpaniarum pręlatus. Bethys fluuius: qui & bethycę puincię nomen dedit: de quo Martialis. Bethys oliuifera crinẽ redimite corona: aurea qui nitidis vellera tingis aquis: eo q̧ ibi lanę pulchro colore tingunt̃ Bethys autẽ dictus eo q̧ humili ſolo decurrat. Bethyn enim græci humile vel merſum vocant. Quędam autẽ flumina in diluuio ſoluta mole terrarum pręcluſa ſunt quędam vero quę non erant abyſſi tunc pręruptis meatibus eruperunt.

¶De diluuiis. Cap. XXII.

Diluuiũ dictum q̧ aquarũ clade omnia quę inundauerit deleat. Primũ diluuiũ extitit ſub noe qñ hoim ſceleribus offenſus oipotẽs: toto orbe contecto: deletis cũctis: vnũ ſpacium cęli fuit ac pelagi. Cuius hacten⁹ indicium videmus in lapidibus quos in remotis montibus cõchis et oſtreis concretos: ſępe etiam cauatos aquis videre ſolemus. Secundum diluuiũ fuit in achaia: iacob patriarchę: et ogigi tẽporibus: qui eleuſine cõditor et rex fuit nomenq; loco et tempori dedit. Tercium diluuium I theſſalia moyſi vel amphitrionis temporibus fuit q̃ tertius poſt cecropẽ regnauit: cuius tẽporibus aquarũ illuuies maiorem partem populorũ theſſalię abſumpſit. paucis per refugia montium liberatis: maxime in mõte parnaſo: in cuius circuitu deucalion tũc regno potiebatur: qui tunc ad ſe ratibus cõfugientes ſuſceptos per gemina parnaſi iuga fouit & aluit. A quo propterea genus hoim gręcorũ fabulę ex lapidibus reparatũ ferũt propter hoim inſitam cordis duriciam: ſed et flumina cum inſolitis aucta imbribus vltra conſuetudinem vel diuturnitatem vel magnitudinem redundant multaq; proſternũt et ipſa diluuiũ dicunt̃. Sciendum autem flumina cum ſupra modum creſcunt: non tantum ad pręſens inferre dãna: ſed etiam et aliqua ſignificare futura

¶Incipit liber quartuſdecimus.


¶De terra. Cap. I.

Terra eſt in medio mũdi regione poſita omnibus partibus cęli in modum centri ęquali interuallo conſiſtens: quę ſingulari numero totum orbem ſignificat: plurali vero ſingulas partes: cui⁹ noia diuerſa dat ratio. Nã terra a ſuperiori pte qua terit̃ hum⁹: ab inferiori vel humida terra: vt ſub mari: tellus autem quia fruct⁹ ei⁹ tollim⁹: hęc et ops dicta: eo q̧ opem fert frugib⁹. Eadem & arua ab arando et colendo vocata. Proprie autẽ terra ad diſtinctionẽ aquę arida nũcupatur: ſicut ſcriptura ait. Quod vocauit deus terram aridam. Naturalis enim pprietas

ſiccitas eſt terris. Nam vt humida ſit hoc aquarũ affinitate ſortitur. Cuius motũ alij dicunt ventũ eẽ in concauis eius qui motus eã mouet. Saluſtius. Venti per caua terrę pręcipitati rupti aliquot montes tumuliq; ſedere Alij aquã dicũt generalem in terris moueri & eas ſimul concutere: ſicut vas: vt dicit Lucre. Alij σφοττοειλη terram vocant: cuius plęrumq; latentes ruinæ ſuperpoſita cuncta cõcutiunt. Terræ quoq; hiatus aut motu aq̃ inferioris fit: aut crebris tonitruis: aut de concauis terræ erumpentibus venis.

¶De orbe. Cap. II

ORbis a rotũditate circuli dictus: quia ſicut rota ẽ. Vnde breuis etiam rotella orbiculis appellatur. Vndiq; eni oceanus circũfluens eius in circulo ambit fines. Diuiſus eſt aũt trifarie. Ex q̃bus vna pars aſia: altera europa: tertia africa q̃ & libya nũcupatur. Quas tres partes orbis veteres nõ æqualiter diuiſerũt. Nam aſia a meridię per orientẽ vſq; ad ſeptẽtrionẽ peruenit: europa vero a ſeptẽtrione vſq; ad occidentem: atq; inde africa ab occidẽte vſq; ad meridiem Vnde euidenter orbem dimidiũ duæ tenent europa & africa: aliũ verõ dimidiũ ſola aſia: ſed ideo iſte duę partes factę ſunt: quia inter vtrãq; ab oceano mare magnũ ingreditur: quod eas interſecat. Quapropter ſi in duas partes orientis & occidentis orbem diuidas: aſia erit in vna: in altera verp europa & africa.



¶De aſia & partibus eius. Cap. III:

ASia ex nomine cuiuſdam mulieris eſt appellata: q̃ apud antiquos imperiũ tenuit oriẽtis. Hæc in tertia orbis parte diſpoſita: ab oriente ortu ſolis: a meridie oceano: ab occiduo noſtro mari finitur: a ſeptentrione meotide lacu & tanai fluuio terminatur. Habet autem prouincias multas & regiones quarũ breuiter nomina & ſitus expediã: ſumpto initio a paradiſo. Paradiſus eſt locus in orientis partibus cõſtitutus: cuius vocabulũ ex gręco in latinũ vertitur hortus. Porro hebraicę eden dicitur: quod in noſtra lingua delitię interpretatur: quod vtrũq; iunctũ facit hortum delitiarũ. Eſt enim omni genere ligni & pomiferarũ arborũ conſitus: habẽs etiã lignũ vitæ. Non ibi frigus: nõ æſtas: ſed perpetua aeris tẽperies. E cuius medio fons prorumpens totum nemus irrigat: diuiditurq; in quattuor naſcentia flumina: cuius loci poſt peccatum hominis aditus interclusus eſt. Septus eſt enim vndiq; romphea flãma. i. muro igneo accinctus: ita vt eius cũ cęlo pene iũgatur incẽdium. Cherubin quoq;. i. angelorum preſidiũ arcẽdis ſpiritibus malis ſuper ropheę flagrantia ordinatũ eſt vt hoies flãmę. ãgelos vero malos angeli boni ſubmoueãt. ne cui carni vel ſpũi tranſgreſſionis aditus paradiſi pateat. India vocata ab indo flumine quo ex parte occidentali clauditur. Hec a meridiano mari porrecta vſq; ad ortũ ſolis: & a ſeptẽtrione vſq; ad montem caucaſum peruenit: habens gentes multas & oppida: inſulam quoq; taprobane gemmis & elephantis refertã: cryſam & argyre auro argentoq; fęcũdas vtilẽ quoq; arboribus folijs nunq̃ carẽtem Habet & fluuios gangen & nidan & ypanẽ illuſtrantes indos. Terra indię fauonij ſpũ ſaluberrima in ãno bis mittit fruges: vicẽ hyemis & ęſtatis ethereas patitur. Cignit autẽ tincti coloris hoies elephãtes ingentes: monoceron beſtiam: pſitacũ auem: hebenũ quoq; lignũ: & cinnamũ: & piper & calamũ aromaticum. Mittit & ebur: lapides quoq; p̃cioſos berillos chryſopaſſos & adamãtem: carbunculos: liguites: marguaritas: & vniones quibus nobiliũ feminarũ ardet ambitio. Ibi ſunt & mõtes aurei quos adire propter dracones & gryphas: & i mẽſorũ hominũ monſtra impoſibile eſt parthia ab indę finibus vſq; ad meſopothamiã generaliter nominatur ꝓpter inuictã enim virtutẽ parthorũ & aſſyria & reliq̃ proximę regiones eius nomen traxerunt. Sunt enim i ea arcauſa: parthia: aſſyria: media: & perſida quę regiones inuicẽ ſibi coniũctę: initiũ ab indo flumine ſumunt tigri clauduntur locis mõtuoſis & aſperioribus ſitę habentes fluuios hidaſpen & ararim. Sunt eni inter ſe finibus ſuis diſcretæ: nomina a proprijs auctoribus ita trahentes aracuſa ab oppido ſuo nũcupata. Parthiã parthi ab ſcythia venientes occupauerunt: eãq; ex ſuo nomine vocauerunt. Huius a meridie rubrũ mare eſt: a ſeptẽtrione hyrcanũ ſaltum: ab occiduo ſolis plaga media. Regna in ea decẽ & octo ſunt porrecta a caſpio littore vſq; ad terras ſcytharum. Aſſyria vocata ab aſſur filio ſem: q eã regionẽ poſt diluuiũ primus icoluit. Hæc ab ortu indiã: a meridie mediam tangit: ab occiduo tigrim: a ſeptẽtrione montẽ caucauſum: vbi portę caſpię ſunt. In hac regione primus inuentus eſt vſus purpuræ Inde primum criniũ & corporũ vnguenta venerunt: & odores quibus romanorũ atq; græcoꝝ effluxit luxuria Media & perſida a regibus medo & perſo cognominatæ q eas ꝓuincias bellando agreſſi ſunt. Ex q̃bus media ab occaſu trãſuerſa parthia regna ãplectit: a ſeptẽtrione armenia circũdat: ab ortu caſpios videt: a me-

m i,

ridie perſidā. Huius terra medicā arborē gignit: quam
alia regio minime parturit. Sunt aūt medię duę maior
& minor Perſida tendēs ab ortu vſq; ad indos: ab occa
ſu rubrū mare habet: ab aquilone vero mediā tāgit: ab
auſtro armeniā q̄ perſidę ānectitur: qbus eſt ſuſa oppi=
dum nobiliſſimū. In perſida primū orta eſt ars magica
ad quā nemroth gigas poſt cōfuſionem linguaꝝ abijt:
ibiq; perſas ignē colere docuit. Nā oēs in illis partibus
ſolem colūt qui iporum lingua el dicit. Meſopotamia
græcā ethymologiā poſſidet: ꝙ duobus fluuijs ambia=
tur. Nā ab oriēte tigrim habet: ab occiduo eufraten: in
cipit aūt a ſeptētrione inter montē tauꝝ & caucaſū cu=
ius a meridie ſeqtur babylonia: deide chaldęa: nouiſſi=
me arabia. Eodemon babylonię regiōis caput: baby=
lon vrbs eſt: a quo nūcupata eſt: tā nobilis vt chaldęa &
aſſyria & meſopotamia in eius nomē aliqn̄ tranſierūt.
Arabia appellata. i. ſacra. Hoc eni ſignificare interp̄ta
tur: eo ꝙ ſit regio thurifera odores creans. Hic eā gręc=
ci eodemon: noſtri beatā nominauerūt. In cuius ſaltri=
bus & myrrha & cinnamomū prouenit. Ibi naſcit auis
fœnix ſardonix gemma: & hiris melocides & pedorata
ibi inuenit. Ip̄a eſt & ſaba appellata a filio chus q nun
cupatus eſt ſaba. Hęc aūt anguſto terrę tractu ad oriē=
tem verſus ad perſicū ſinū extendit: cuius ſeptētriona=
lia chaldęa claudit: occaſum ſinus arabicus. Syriam ſy
rus qdam perhibet indigena a ſuo vocabulo nūcupaſ=
ſe. Hęc ab oriēte fluuio euſrate ab occaſu mari noſtro
& ægypto terminat: habens a ſeptentrione armeniam
& cappadociā: a meridie ſinū arabicū. Situs eius porre
ctus in immēſam longitudinē: in lato āguſtior. Habet
aūt in ſe ꝓuincias comagenā: phœniciā: & palęſtinam
cuius pars eſt iudęa abſq; ſaracenis & nabatheis. Co=
magena prima ꝓuicia ſyrię a vocabulo comage vrbis
nuncupata: q̄ quōdā ibi metropolis habebat Huius ē
a ſeptētrione cappadocia: ab ortu meſopotamia: a me
ridie ſyria ab occaſu mare magnū. Phœnix cadmi fra=
ter de thebis ægyptioꝝ in ſyriam ꝓfectus apud ſidonē
regnauit: eāq; ꝓuinciā ex ſuo noie phœnicīam appella
uit. Ip̄a eſt vbi eſt tyrus ad quā Eſaias loquitur. Habet
aūt ab oriēte arabiā: a meridie mare rubrū. Palæſtina
prouīcia philiſtim vrbem metropolim habuit: quę nūc
dicitur aſcalon: ex qua ciuitate ois circa eam regio pa=
læſtina eſt nuncupata. Huius ab oriēte mare rubrū oc=
currit a meridiano latere iudæa excipit: a ſeptētrionali
plaga tyriorum finibus clauditur. ab occaſu ægyptio li
mite terminat. Iudęa regio palęſtinę: ex noie iudę ap=
pellata ex cuius tribu reges habuit. Hæc prius chanaā
dicta eſt: a filio cham. ſiue a decem chananeoꝝ genti=
bus qbus expulſis. eandē terrā iudęi poſſederūt. Initiū
longitudinis eius a vico arſa vſq; ad vicū iuliadem por
rigitur in quo iudeoꝝ pariter ac tyrioꝝ cōmunis habi=
tatio eſt. Latitudo aūt eius a mōte lybani vſq; ad tybe
riadis lacū extēditur. In medio aūt iudeę ciuitas hiero=
ſolyma eſt: quaſi vmblicus regionis totius terræ: varia=
rum opū diues: frugibus fertilis: aquis illuſtris: opima
balſamis: Vnde ſecūdū elementorū grām eſtimauerūt
iudæi eam ꝓmiſſam prībus terrā fluentē lacte & melle:
cū hinc illis dei reſurrectionis p̄rogatiuā polliceret. Sa
maria regio palæſtinæ: ab oppido quodā nomen acce
pit: quod vocabatur ſamaria ciuitas quondā regalis in
iſrael: q̄ nunc ab auguſti noie ſebaſtia nūcupatur. Hæc
regio inter iudæam & galileā media iacet: incipiēs a vi
co cui nomē eſt eleas deficiens in terra acrabato. Situs
eius natura conſimilis: nec vllo differēs a iudæa. Gali=
lea regio palæſtinæ vocata ꝙ gignat cādidiores hoīes
q̄ palæſtina. Hæc aūt duplex eſt: ſuperior & inferior: ſi=
bi tn̄ cōnexe ſyrię & phœnici adhęrētes. Terra earum
opima & ferax: & fructibus ſatis fœcūda. Pētapolis re=
gio in cōfinio arabię & palęſtinę ſita: dicta a qnq; ciui=
tatibus impioꝝ q̄ cęleſti igne conſūptę ſunt: terra am=
plius a hieroſolymis olim vberrima: nunc aūt deſerta
atq; exuſta. Nam ꝓ ſcelere incolaꝝ de cœlo deſcendit
ignis: q regionē illam i cineres ęternos diſſoluit. Cuius
vmbra q̄dam & ſpēs in fauillis & arboribus ipis etiam
adhuc videt. Naſcunt eni ibi poma virētia ſub tāta ſpe
cie maturitatis vt edēdi deſideriū gignāt: ſi carpas fate
ſcūt ac reſoluūtur in cinerē: fumūq; exalant: q̄ſi adhuc
ardeāt Nabathea regio a nabaioth filio iſmahel nūcu
pata. Iacet aūt inter iudæā & arabiā: & ſurgēs ab eufra
te i mare rubrū porrigit: & ē pars arabię. Egyptus quę
prius aeria dicebat: ab ęgypto danai fratre poſtea ibi
regnāte nomē accepit. Hęc ab oriēte ſyrię a c rubro ma
ri cōiūcta: ab occaſu libyā habet: a ſeptētriōe mare ma
gnū: a meridie vero introrſus recedit pertendens vſq; ad
æthiopes: regio celi ibribus iſueta & pluuiarū ignara.
Nilus ſolus eā circūfluēs irrigat: & inūdatiōe ſua fœcū
dat. Vn̄ & ferax frugibus multā partē terrarū frumento
alit: cęterorū quoq; negociorū adeo copioſa: vt imple=
at neceſſarijs mercibus etiā orbē terrarū. Finis ægypti
canopea: a canope menelai gubernatore ſep̄lto i ea in
ſula q̄ libyę principiū: & oſtiū nili facit. Seres oppidum
oriētis a quo & genus ſericū & regio nūcupata eſt. Hęc
a ſcytico oceano & mari caſpio ad occeanū oriētalem
inflectit: nobilibus frōdibus fertilis: a qbus vellera de
cerpūtur q̄ cæterarū gentiū ſeres ad vſum veſtiū vēdūt.
Bactrię regioni proprius amnis bactros vocabulū de=
dit. Partes eius q̄ plenę ſunt ꝓpaginis: iugis ambiūtur:
q̄ aduerſę ſunt: indi fluuij fontibus terminātur. Reliqua
icludit occus fluuius. Mittit bactria fortiſſimos camœ=
los nūq̄ atterētes pedes. Scythia ſicut & gotthia: a ma
gog filio iafeth fertur cognominata: cuius terra olim in=
gens fuit. Nā ab orienti india: a ſeptentrione per palu
des meotides iter danubiū & oceanū vſq; ad germanię
fines porrigebatur. Poſtea vero minor effecta o dextra
orientis parte: qua oceanus ſyricus tenditur vſq; ad ma
re caſpiū: quod eſt ad occaſum: dehic a meridie vſq; ad
caucaſi iugum deducta eſt: cui ſubiacet hyrcania ab oc
caſu habens pariter gētes multas: propter terraꝝ ifœ=
cunditatem late vagantes. Ex qbus quędā agros inco
lunt: q̄dam portētuoſę ac truces: carnibus humanis &

eorũ ſãguine viuũt. Scythię plures terræ ſunt locuple=
tes:ihabitabiles tamen plures. Nam dũ in pleriſq; locis
auro & gẽmis affluant: gryphorũ immanitate acceſſus
hominum rarus eſt. Smaragdis autem optimis hæc pa
tria eſt. Cianeus quoq; lapis & cryſtallus puriſſimus ſcy=
thię eſt. Habet & flumina magna oſcorum phaſide atq;
araxan. Hyrcania dicta a ſilua hyrcania: q̃ ſcythię ſubia=
cet: habens ab oriente mare caſpium: a meridie arme=
niam: a ſeptentrione albaniam: ab occaſu hiberiam. Eſt
autẽ ſiluis aſpera: copioſa immanibus feris: tigribꝰ: pan
theriſq; ac pardis. De qua Virgi. Hyrcaneq; admorunt
vbera tigres. Albania a colore populi nuncupata: eo ꝙ
albo crine naſcũtur. Hęc ab oriente ſub mari caſpio ſur
gens per ora oceani ſeptẽtrionalis vſq; ad meotides pa
ludes per deſerta & inculta extẽditur. Huic terræ canes
ingentes ſunt: tanteq; ferocitatis vt tauros premãt: leo=
nes perimant. Armenia nuncupata: ab armeno iaſonis
theſſali comite: qui amiſſo rege iaſone collecta multitu
dine eius que paſſim vagabatur armeniam cępit: & ex
ſuo nomine nũcupauit. Sita eſt autẽ inter taurũ & cau=
caſum: a cappadocia vſq; ad caſpium mare protẽſa: ha=
bens a ſeptẽtrione ceraunios montes: ex cuius collibus
tigris fluuius naſcitur & in cuius montibus archa poſt
diluuiũ recediſſe perhibetur. Duplex eſt autem armenia
ſuperior & inferior: ſicut duę pannonię. Hiberia regio
aſię eſt prope pontũ armenię iuncta. In hac herbę tin=
cturę vtiles naſcuntur. Cappadociã vrbs propria nomia
uit. Hęc in capite ſyriæ ſita ab oriẽte armeniã tangit: ab
occaſu aſiam minorẽ: ab aquilone mare cimmericũ: et
themiſcirios campos quos habuere amazones: a meri=
die vero taurum mõtem: cui ſubiacet cilicia & iſauria vſ
q; ad cilicũ ſinum qui ſpectat cõtra inſulã cyprũ. Terra
eius ante alias nutrix equorũ. Halys amnis per eã fluit
qui quondã lydyæ regna diſiunxit a perſis. Aſia minor
ab oriente cappadocia cingitur: ab aliis partibus vndiq;
mari circundatur. Nam a ſeptentrione pontum euxinũ
habet: ab occaſu propontidem: a meridie ęgyptiũ ma=
re. Habet prouincias: bithyniam: phrygiã: galathyã: ly=
diam: cariam: pamphiliam: & iſauriam lyciam: atq; cili=
ciam. Prima aſiæ minoris bithynia in põti exordio ad
ſolis orientis partẽ: aduerſa thraciæ iacet: multis antea
nominibus appellata. Nam prius hebrycia dicta: dein=
de migdonia: mox a bithyno rege bithynia nuncupata.
Ipſa eſt & maior phrygia. Nicomedia vrbs in ea eſt: vbi
hãnibal fugiẽs veneni hauſtu animã expirauit. Galatia
dicta a priſcis gallorũ gentibꝰ a quibꝰ extitit occupata.
Nam galli i auxiliũ a rege bythinię euocati regnum cũ
eo peracta victoria diuiſerũt ſicq; deinde gręcis admix
ti: primũ gallogræci: nunc ex antiquo gallorũ nomine
galathę dicũtur: & eorũ regio gallacia nũcupatur. Phry
gia dicta a phrygia cecropis filia. Hæc & dardania a dar
dano iouis filio dicta. De quo Homerus ait. Quem pri
mum genuit coeleſti iuppiter arce. Hic eñ profectus de
corintho ciuitate primꝰ venit in phrygiã. Eſt autẽ regio
troadis ſuperiecta ab aglouis parte galatię: a meridiana
vicina eſt lycaoniæ: ab oriente lydię adheret: ab occidẽ
te helleſpõto mari terminaẗ. Huius regio troia eſt quã
ex ſuo nomine appellauit tros troianorũ rex ganymedis
pater. Duę ſũt aũt phrygię: maior & minor. Maior phry
gia ſmyrnã habet. Minor vero iliũ: lycaoniam. Cariam
herinꝰ fluuiꝰ diſcernit a phrygia. Lydia ſedes antiq̃ regũ
quã pactoli vnda extulit i diuitias torrẽtibꝰ aureis. Hęc
antea meonia diceba̓. Quę dũ ꝑ breuitate duos fratres
reges lydũ & tyrrhenũ ferre nõ poſſet: hic & ſorte tyrrhe
nus cũ ingẽti multitudine profectus: loca italię occupa
uit: & thyrreniã nominauit. Lydia aũt a lydo regia fratre
q in ꝓuincia remãſerat cognominata eſt. Cõiungiẗ autẽ
ab occidẽte minori phrygię: ab ortu ſmyrnam vrbẽ ha=
bet: quã melas fluuius cingit. Cuiꝰ cãpos pactolꝰ & he=
rinus circunfluũt. harenis aureis ditiſſimi. Iſauria ex ſi=
tu loci perhibeẗ cognominata: ꝙ vndiq; aperta aurarũ
flatibus pateat. Metropoli vrbẽ ſeleuciã habet. Cilicia a
cilice quodã nomẽ traxit quẽ ortũ fęnice dicũt: antigo=
remq; ioue fuiſſe aſſerunt. Plurima iacet campis: reci=
piẽs ab occiduo lyciã: a meridie mare ꝓſicũ: a tergo mõ
tis tauri iuga. Hãc cydnus amnis interſecat: matrẽ vrbiũ
habet tarſũ. In ea & coricus oppidũ eſt. Vnde crocũ plu
rimũ & optimũ venit: ſpiramine flagrantibꝰ: & colore
pulchriꝰ auro. Lycia nũcupata: ꝙ ab oriente adiuncta ci
licię ſit. Nã habet ab ortu ciliciam: ab occaſu & meridie
mare: a ſeptẽtrione cariã. Ibi eſt mons chimera qui no=
cturnis ęſtibus ignem exalat: ſicut in ſicilia ętna: & ve=
ſuuius in campania.

De europa. Cap. IIII.

POſt aſiam ad europã ſtilum vertimꝰ. Euro
pa quippe agenoris regis libyę filia fuit quã
iouis ab africa raptã cretã aduexit & tertiã
ꝑtẽ orbis ex eiꝰ noie appellauit. Iſte aũt age
nor lybię filius ex qua & lybia. i. africa fertur cognomi=
nata. Vnde apparet prius libyam accepiſſe vocabulum.
poſtea europam. Europa autẽ in tertiã partẽ orbis diui
ſa incipit a flumine tanai a deſcẽdens ab occaſu ꝑ ſeptẽ
trionalem oceanũ vſq; in fines hiſpanię: cuius pars ori
entalis & meridiana a ponto conſurgens tota mari ma=
gno cõiungitur: & in inſulis gadibus finitur. Prima eu
ropę regio ſcythia inferior: q̃ a męotibus paludibus in
cipiens inter danubiũ & oceanum ſeptẽtrionalẽ vſq; ad
germaniam porrigitur: q̃ terra generaliter propter bar
baras gentes qbus inhabitatur: barbarica diciẗ. Huius
pars prima alania eſt: quę ad męotidas paludes pertin=
git. Poſt hãc dacia vbi & gothia: deinde germania vbi
plurimã partem ſueui incoluerunt. Germania poſt ſcy=
thiam inferiorem: a danubio inter rhenũ fluuium ocea
numq; concluſa cingitur a ſeptentrione & occaſu ocea
no: ab ortu vero danubio: a meridie rheno flumine di=
rimitur terra diues virũ: ac populis numeroſis & ima=
nibus. Vnde & propter fęcunditatem gignendorũ po=
pulorũ germania dicta eſt. Gignit aues hyrcanias: qua=

rum pęnę nocte perlucent. Viſontas quoqꝫ feras & vr=
ſos atqꝫ alces parturit. Mittit & gēmas: cryſtallū: & ſuci=
num: callaicū quoqꝫ viridē: & ceraunū candidum. Duę
ſunt autē germaniæ: ſuperior iuxta ſeptētrionalē ocea=
num: & inferior iuxta rhenū. Prouincias autē quas da=
nubius a barbarico ad mediterraneū mare ſecludit: pri=
ma eſt myſia a meſſiū prouentu vocata. Vnde & eā vete=
res cereris horreū nuncupabant. Hæc autem ab oriente
oſtiis danubii iungitur: ab euro vero thracię: a meridie
macedonię: ab occaſu iſtrię copulatur. Poſt myſiā autē
pannonia eſt. Inde noricus ager frigidus & parum fru=
ctuoſus. Poſt quē reticus ferax frugibꝰ qui excipit gal=
liā belgicā. Thraciæ tyras iafeth filius veniens nomen
dediſſe perhibetur. Alii a ſęuitia icolarū thraciā appella
tam dixerunt. Huic ab oriente propontis & vrbs conſtā
tinopolis oppoſita eſt: a ſeptentrione vero iſter obtendi
tur: a meridie vero ęgeo mari adhæret: ab occaſu mace
donia illi ſubiacet. Cuius regionem olim beſſoꝝ popu
lus maſſagetę ſarmatę ſcythię & alię plurimę nationes
incoluerunt. Ampla eſt enim ideoqꝫ plurimas conti=
nuit gentes. Hebrū fluuium thracia fundit: qui etiā gen
tes barbarorū plurimas tangit. Græcia a gręco rege vo
cata: & qui cunctā eā regionē regno incoluit. Sūt autem
prouinciæ gręciæ ſeptē: quarū prima ab occidente dal=
matia: inde epirus: inde hellas: inde theſſalia: inde mace
donia: inde achaia & duę in mari creta & cyclades. Illiri
cus autem generaliter oīs gręcia eſt. Dalmatia: a delmi
maxima eiuſdē prouincię ciuitate traxiſſe nomen exi=
ſtimat̃. Adhęret autē ab oriēte macedonię: a ſeptētrio=
ne myſię: ab occaſu iſtria terminat̃: a meridie vero adria
tico ſinu claudit̃. Epirus a pyrrho achillis filio cogno=
minata cuius pars chaonia q̃ ante moloſſia dicta ē a mo
loſſo filio pyrrhi quē de andromacha habuit. Sed poſt
q̃ occiſus eſt pyrrhus oreſtis inſidiis andromachā hele
nus ſuſcepit. tenuitqꝫ regnū priuigni qui ſucceſſerat pa
tri a quo moloſſia dicta ē pars epiri: quam helenꝰ poſtea
a fratre chaone quē in venatu per ignorantiā dicitur oc=
cidiſſe chaoniā nominauit quaſi ad ſolatiū fratris extin
cti. Hellas dicta a rege helline deucalionis & pirrhe fi=
lio: a quo & prius græci hellines nuncupati ſunt. Ipſa ē
& attica terra atta prius dicta. Nā granus quidā gręcię i
digena fuit: ex cuius filia attis nomine attica terra voca=
ta eſt. Hæc inter macedoniā & achaiam media iacet: ar=
cadię a ſeptētrionali parte coniuncta. Ipſa eſt & vera gręę
cia: vbi fuit athenas ciuitas mater liberaliū litterarum &
philoſophorū nutrix: qua nihil habuit gręcia clariꝰ at=
qꝫ nobilius. In ea eſt & marathonius campus opinione
quondā pręlii cruentiſſimus. Helladis autē duę ſunt ꝓ
uincię: boetia & pelopōneſus. Boetia autē dicta hac ex
cauſa. Dum cadmus agenoris filius europā ſororē a io
ue raptā ex pręcepto genitoris q̃reret, nec reperiret. pa=
tris iram formidans confirmato animo elegit exilium
Nam bouis forte conſpectę ſecutus veſtigia amplexus
eſt ſedē vbi illa recubuerat: ſicqꝫ locū de nomine bouis
boetiā nominauit: vbi & thebas vrbē conſtruxit in qua

olim ciuilia bella detonuerunt: & vbi nati ſunt apollo
& hercules maior ille thebanus. Eadē eſt aonia vocata
a fonte quodā apollini & muſis conſecrato qui in eadē
boetia eſt. Pelopōneſus ſecunda pars helladis a pelope
regnata atqꝫ vocata. Theſſalia a theſſalo rege cognomi
nata: quę ad meridianā plagā macedonię cōiuncta eſt:
cuius a tergo pieria ē. Multa in theſſalia flumina & op=
pida: inter quę pręcipue theſſalonica & thebe. Ibi eſt &
mons parnaſus quondā apollini conſecratus. Theſſa=
lia patria achillis & origo laphitharū fuit: de quibus fer
tur: ꝙ hi primo ęquos frenis domuerit. vnde & centau
ri dicti ſunt. In theſſalia primū ſolidi aurei facti ſunt do
mandorū quoqꝫ ęquoꝝ vſus primū repertus eſt. Mace
donię in exordio ab emathio rege emathię nomē erat
ſed macedo deucalionis maternus nepos poſtq̃ ibi ac=
cepit principatū mutauit vocabulum macedoniamqꝫ a
ſuo nomine dixit. Eſt autē confinis ab oriēte ęgeo ma
ri: a meridię achaię: ab occaſu dalmatię: a ſeptentrione
myſię: patria alexandri magni: & regio aureis venis ar=
gentiqꝫ opima. Lapidem quem peanitem vocant iſta gi
gnit. Mons olympus in ea eſt: qui excellenti vertice [illegible]
attollitur vt in cacumine eius nec nubes nec venti ſenti=
antur. Achaia ab achęo rege & vrbs & prouincia appel
lata. Hæc pene inſula eſt. Nā abſqꝫ ſeptentrionali parte
qua macedonię iungitur: vndiqꝫ ſepta eſt mari. Ab ori=
ente eīm habet myrtoum mare: ab euro creticū: a meri=
die ionium: ab africo & occaſu caſſiopas inſulas: a ſola
ſeptentrionali parte macedonię vel atticę terrę adiūgit̃
huius caput eſt vrbs corinthus. gręciæ decus. Inachus
eſt achaię fluuius. Arcadia vero ſinus achaię eſt: vt plata
ni folium: inter ionium & ęgeū mare expoſita: quā ar=
cas iouis & caliſte filiꝰ pelaſgis in ditionem redactis ex
ſuo nomine arcadiā nūcupauit. Ipſa eſt & ſicyonia a ſi=
cyone rege: a quo & regnū ſicyonioꝝ eſt dictū. Habet
autē arcadia fluuiū magnū erymanthum: a beſton quo
qꝫ lapidem qui ſemel accenſus nūq̃ extinguitur. Can=
didiſſimę etiā merulę ibi naſcuntur. Pannonia ab alpi=
bus apęninis eſt nuncupata quibus ab italia ſecernitur
regio vero fortis & ſolo lęta duobꝰ ſatis acribus fluuiis
drauo ſauoqꝫ vallata. Cōiungitur autem cum norico &
retia habens ab oriente myſiam: ab euro iſtriam: ab afri
co vero alpes apęninos: ab occaſu galliā belgicam: a ſe=
ptētrione danubii fontem vel limitem: qui germaniam
galliāqꝫ ſecernit. Iſtriam iſter amnis vocauit: qui eius
terrā influit. Ipſa eſt danubius. Habet autē iſtria a ſeptē
trione pannoniā. Italia olym a græcis populis occupa=
ta: magna græcia appellata eſt. Deinde a regis nomine
ſaturnia mox & latium dicta: eo ꝙ idē ſaturnus a ioue
ſedibus ſuis pulſus: ibi latuerit: poſtremo ab italo ſicu=
lorum rege ibi regnāte italia nuncupata eſt. Cuius ſitus
longitudine amplius q̃ latitudine a circio in eurū extē
ditur: a meridie tyrrheno mari: ab aquilone adriatico
clauditur: ab occiduo alpium iugis finitur: terra in oī
bus rebus pulcherrima ſoli fertilitate: pabuli vbertate
gratiſſima. Habet lacus benacū: auernū: atqꝫ lucrinum

fluuios eridanũ & tybetim:& tepentes fontibus baias. Gignit gẽmas ſerticen ligurium & coralliũ:boam quoꝙ ſerpentem lincẽ feram & diomedias aues. Italia autẽ & hiſpania iccirco heſperię dictę ꝙ gręci heſpero ſtella nauigẽt:& in italia & in hiſpania duę: q̄ hac ratione diſcernuntur. Aut enim heſperiã ſolam dicis:& ſignificas italiam:aut addis vltimã:& ſignificas hiſpaniã: quia in fine occidentis eſt. Tuſcia pars italię:vmbria vero pars tuſcię. Tuſcia autẽ a frequentia ſacroꝝ & thuris vocata απο του θυειν. Vmbria vero dicitur vt hiſtorię narrãt eo ꝙ tempore aquoſæ cladis imbribus ſupfuerit:& ob hoc vmbria gręce cognominata. Eſt eñi in iugis apẽni montis ſita in parte italię iuxta meridiẽ. Hetruria pars italię dicta ꝙ ei⁹ fines tendebãt vſq; ad ripam tyberis: quaſi ετεροσ οροσ. Nam ateros ſignificat alteros: oros finis vocatur. Romę eni fines antea vnã tantũ tyberis ripã tenebant. Alii hetruriã dictã ab hetruſco principe putant. Idem & tyrrhenia a tyrrheno lydii fratre:q ex forte cũ populi parte de meonia venit ad italiã. Hęc eſt & tuſcia:ſed tuſciã dicere non debemus:quia nuſq̄ legimus. Tuſcia autẽ a frequentia ſacrificii & thuris dicta ẽ. απο του θυειν. Illic & aruſpicia dicuntur eſſe reperta Apulia vbi brunduſium:quã & olim ſecuti diomedem ducem condiderunt. Cãpania habet terras hyeme anni atq; ęſtate vernãtes. Sol ibi mitis:tẽperies grata:aer purus & blandus. Gallia a candore populi nuncupata eſt. Gala enim gręce lac dicitur. Mõtes eñ & rigor cęli ab ea parte ſolis ardorem excludunt:quo fit vt candor corporũ non coloretur. Hanc ab oriente alpium iuga tuentur:ab occaſu oceanus includit:a meridie prerupta pyrenei:a ſeptẽtrione rheni fluenta atq; germania. Cui⁹ initium belgica:finis aquitania eſt:regio gleba vberi ac pabuloſa:& ad vſum animantiũ apta : fluminibus quoq; & fontib⁹ irrigua perfuſa duob⁹ magnis rheno & rhodano fluuiis. Belgis autẽ ciuitas eſt gallię a qua belgica prouincia dicta eſt. Ciſalpina quia citra alpes. Tranſalpina.i.tranſalpes:cõtra ſeptẽtrionẽ. Retia vero ꝙ ſit iuxta rhenũ. Aquitania autẽ ab obliquis aqs ligeri fluminis appellata:quia ex plurima parte terminus eius eſt:eãq; pene in orbe cingit. Hiſpania prius ab ibero amne iberia nuncupata:poſtea ab hiſpalo hiſpania cognominata eſt. Ipſa eſt & vera heſperia ab heſpero ſtella occidentali dicta. Sita eſt autẽ inter africã & galliam:a ſeptẽtrione pyreneis montibus clauſa:a reliquis partibus vndiq; mari concluſa:ſalubritate cęli equalis : omniũ frugum generibus fęcunda. gẽmarũ metallorũq; copiis ditiſſima. Interfluunt eã flumina magna bethys:mine⁹ : iberus & tagus aurũ trahens vt pactolus: habet prouincias ſex:taraconenſem:carthaginenſem:luſitaniam:galetiã: bethicã & trans freta in regione africę tingitanã. Duæ ſunt hiſpanię:citerior quę in ſeptẽtrionali plaga a pyreneo vſq; ad carthaginẽ porrigitur:vlterior quę in meridiem a celtiberis vſq; ad gaditanũ fretum extenditur. Citerior autẽ & vlterior dicta:quaſi citra & vltra: ſed citra quaſi circa terras:& vltra vel ꝙ ſit vltima:vel ꝙ non ſit poſt hanc vlla hoc eſt alia terra.

De libya. Cap̃.V.

LIbya dicta ꝙ inde libs flat:hoc eſt afric⁹. Alii aiunt epaphum iouis filiũ qui memphim in ęgypto cõdidit ex caſſiota vxore procreaſſe filiã libyã:quę poſtea i africa regnũ poſſedit Cuius ex noie terra libya eſt appellata. Africã aũt noiatã quidã inde exiſtimãt:quaſi apricã ꝙ ſit aperta cęlo vel ſole:& ſine horrore frigoris. Alii dicũt africã appellari ab vno ex poſteris abrahę de cethura:qui vocatus eſt afer:de qua ſupra meminimus. Incipit autẽ a finib⁹ ęgypti pergens iuxta meridiẽ per ęthiopiã: vſq; ad atlantẽ montẽ. A ſeptẽtrionali vero parte mediterraneo mari coniuncta clauditur:& in gaditano freto finitur : habẽs prouincias libyã cyrenenſem:pentapolim:tripolim:bizantium: carthaginẽ:numidiã : mauritaniã ſitifenſem: mauritaniã cęſarienſem:mauritaniã tingitanã : & circa ſolis ardorẽ æthiopiã. Libya cyrenenſis in parte africæ prima eſt:a cyrene vrbe metropoli: quę eſt in ei⁹ finib⁹ nũcupata. Huic ab oriente ægypt⁹ eſt: ab occaſu ſyrtes maiores & troglodite:a ſeptẽtrione mare libycũ:a meridie ęthiopię & barbaroꝝ variæ nationes:& ſolitudines inacceſſibiles q̄ etiã baſiliſcos ſerpentes creant. Pentapolis gręca lingua a quinq; vrbibus nuncupata.i.cyrene:beronice:ceutria:apollonia:ptolomais : ex quibus ptolomais & beronice a regibus nominatę ſunt. Eſt aũt pentapolis libyę cyrenenſi adiũcta:& eius finibus deputata. Tripolitanam quoq; prouinciã gręci lingua ſua ſignant de numero triũ magnarũ vrbiũ:ocea:tabarce:leptis magnę:hęc habet ab oriẽte ſyrtes maiores & troglodytas:a ſeptentrione mare adriaticum:ab occaſu bizantium:a meridie getulos et garamantas vſq; ad oceanũ ęthiopicum pertendentes. Bizacena regio ex duobus nobiliſſimis oppidis nomen ſortita eſt:ex quib⁹ vnum adrometus vocatur:alterũ bizantiũ. Hęc ſub tripoli eſt: patens paſſuũ ducenta vel amplius milia. fęcũda oleis: et glebis ita prępinguis vt iacta ibi ſemina icremẽta pene centeſimę frugis renaſcantur. Zeugis vbi carthago magna:ipſa eſt & vera africa inter bizantiũ & numidiã ſita:a ſeptentrione mari ſiculo iuncta: & a meridie vſq; ad getulorum regionẽ porrecta:cuius proxima quæq; frugifera ſunt:vlteriora autẽ beſtiis & ſerpentib⁹ plena atq; onagris magnis in deſerto vagãtibus. Getulia autẽ africæ pars mediterranea eſt. Numidia ab icolis paſſim vagantibus ſic vocata:ꝙ nullam certam haberent ſedẽ Nam lingua eorũ incertę ſedes & vagę numidię dicunt Incipit autẽ a flumine amiſiga & i zeugitanũ limitẽ definit:habens ab ortu ſyrtes minores:a ſeptentrione mare quod intendit ſardiniã:ab occaſu mauritaniã ſitifenſem:a meridie ęthiopum gentes regio campis prępinguis. Vbi autem ſilueſtris eſt:feras educat: vbi iugis ardua:equos & onagros procreat. Eximio etiã marmore pręedicatur:quod numidicũ dicitur. Habet vrbes pręcipuas hyppone:regium & ſucicadam. Mauritania vocata a colore populorum. Græci enim nigrũ mauron

vocant ſicut enim gallia a candore populi: ita maurita=
nia a nigredine nomen ſortita eſt. Cuius prima ꝓuincia
mauritania ſitifenſis eſt: quæ ſitifi habuit oppidū a quo
& vocabulū traxiſſe regio perhibetur. Mauritania vero
cęſarienſis colonię cęſarię ciuitas fuit & nomen pro=
uincię ex ea datum. Vtręq3 igitur ſibi cōiunctę ab oriē
te numidiam habent: a ſeptentrione mare magnum: ab
occaſu flumen maluam: a meridie montem aſtrixim: q
diſcernit iter fęcundā terrā & harenas iacentes: vſq3 ad
oceanum. Mauritania tingitana: a tingi metropolitana
huius prouincię ciuitate vocata eſt. Hęc vltima africę
exurgit a montibus ſeptem: habens ab oriente flumen
maluam: a ſeptentrione fretum gaditanum: ab occiduo
oceanum atlanticum: a meridie gaulalū gentes vſq3 ad
oceanū heſperiū perertantes: regio gignens feras ſimi=
as dracones & ſtrutiones. Olim etiā & elephantis plena
fuit: quos ſola nunc india parturit. Garamantis regio=
nis caput garama oppidum fuit. Eſt autē inter cyrenen=
ſem & ęthiopiam: vbi eſt fōs qui friget calore diei & ca=
let frigore noctis. Ethiopia dicta a calore populorū q
ſolis vicinitas torret. Deniq3 vim ſideris prodit homi=
nū color: eſt enim ibi iugis ęſtus. Nā qcqd eius eſt: ſub
meridiano cardine eſt. Circa occiduū autē mōtuoſa eſt
harenoſa in medio: ad oriētalem vero plagam deſerta:
cuius ſitus ab occiduo atlantis montis ad oriētē vſq3 in
ęgypti fines porrigitur a meridie oceano a ſeptētrione
nilo flumine clauditur: plurimas habens gentes diuer=
ſo vultu & menſtruoſa ſpecie horribiles. Ferarum quo
q3 & ſerpentiū referta eſt multitudine. Illic quippe rhi=
nocerota beſtia: & cameloparꝺ9: baſiliſc9: dracones in
gentes: ex quoꝝ cerebro gēmę extrahūtur. Hiacynth9
quoq3 & chryſopaſſus ibi repeniuntur. Cinnamomum
ibi colligitur. Duę ſunt autē ęthiopię: vna circa ſolis or
tum: altera circa occaſum in mauritania. Extra tres autē
partes orbis: quarta pars tranſoceanū interior eſt in me=
ridie: quę ſolis ardore nobis incognita eſt: in cuius fini=
bus antipodas fabuloſe inhabitare produntur. Proxi=
ma autē hiſpanię mauritania eſt: deinde numidia: inde
regio carthaginenſis: poſtq3 getuliā accipimus: poſtea
æthiopiā: inde loca exuſta ſolis ardorib9. Sciendum ſa
ne q̄ qdam prouincię primum de nomine auctoris ap
pellatę ſunt: poſtea a prouincia gentis nomen eſt factu3
Nā ab italo italia: & rurſus ab italia italus & ſic vtimur
ipſo nomine gentis quomodo fuit ipm nomen aucto=
ris: vnde deriuatum eſt nomen prouincię. Ex quo acci
dit ex vno homine nominari & ciuitatem & regionem
& gentem. Prouincię autē ex cauſa vocabulū acceperūt
Principatus nāq3 gentiū: qui ad alios reges pertinebāt:
cum in ius ſuum romani vincendo redigerent: procul
poſitas regiones: prouincias appellauerunt. Patria autē
vocata q̄ cōmunis ſit omniū qui in ea nati ſunt. Terrā
autē ſignificari vt p̄diximꝰ elementum: terras vero ſin
gulas partes: vt africa: italia. Eadem & loca. Na3 loca &
terrę ſpacia in orbe terraꝝ multas in ſe continent ꝓuin
cias: ſicut in corpore locus eſt pars vna: multa in ſe con=
tinēs membra: ſicut & domus multa in ſe continens cu
bicula: ſic terræ & loca dicunt terraꝝ ſpacia: quoꝝ ptes
ſunt ꝓuincię: ſicut in aſia phrygia: in gallia retia: in hiſ=
pania bethyca. Nā aſia locus eſt. prouincia aſię phrygia:
troia regio phrygię: iliū ciuitas troię. Itē regiones par=
tes ſunt ꝓuinciaꝝ: quas vulgus cōuentus vocat: ſicut in
phrygia troia: ſicut in galitia cantabria aſturia. A recto=
ribus aūt regio nūcupata eſt: cuiꝰ partes territoria ſunt.
Territorium aūt vocatū: quaſi tauritorium tritū bobus
& aratro. Antiqui eñ ſulco ducto & poſſeſſionum &
territoriorum limites deſignabant.

De inſulis. Cap. VI.

INſulę dictę q̄ in ſalo ſint. i. in mari. Ex his
quęq3 notiſſimę & maximę: quas plurimi
veteꝝ ſolerti ſtudio idagauerūt: notāde ſūt.
Britānia oceani iſula iterfuſo mari toto or=
be diuiſa: a vocabulo ſuę gētis cognoiata. Hęc aduerſa
galliarū pte ad ꝓſpectū hiſpanię ſita eſt. Circuitus eius
q̄dragies octies. lxxv. milia: multa & magna flumina ī
ea: fontes calidi: metallorum larga & varia copia: gaga=
tes lapis ibi plurimus & margaritæ. Thanatos inſula
oceani: freto gallico a britannia eſtuaria tenuis ſeparata:
frumentariis campis & gleba vberi. Dicta autem thana
tos: a morte ſerpentium: quos dum ipſa neſciat: aſpor=
tata inde terra quoquo gentium vecta ſit: angues ilico
perimit. Tile vltima inſula oceani inter ſeptentrionalē
& occidentem plagā vltra britanniā a ſole nomen habē
tes: quia in ea ęſtiuum ſolſticium ſol facit: & nullus vl=
tra eam dies eſt. vnde & pigrum & concretum eſt eius
mare. Orchades inſulę oceani vltra britanniā poſitę nu
mero. xxxiii. q̄rū. xx. deſertæ ſunt. xiii. colūtur. Scotia
eadem & hibernia: proxima britānię: inſula ſpacio ter=
rarum anguſtior: ſed ſitu fecūdior. Hęc ab africo in bo
ream porrigitur. Cuius partes priores hiberniam & can
tabricum oceanum intendunt: vnde & hibernia dicta.
Scotia autē q̄ ab ſcotorum gentibus colitur appellata.
Illic nullus anguis: auis rara: apis nulla: adeo vt adue=
ctos inde pulueres ſeu lapillos ſi quis alibi ſparſerit inter
aluearia examina fauos deſerāt. Gades inſula in fine be
thycę prouincię ſita: q̄ dirimit europā ab africa: in qua
herculis colūnę viſuntur: & vnde tyrrheni maris fauci=
bus oceani eſtus immittitur. Eſt autē a continenti terra
centum. xx. paſſibus diuiſa quam tyrii a rubro mari ꝓ=
fecti occupantes: in lingua ſua gades: id eſt ſeptam no=
minauerunt: ꝓ eo q̄ circunſepta ſit mari. Naſcitur in
ea arbor ſimilis palmæ: cuius gūmis infectum vitrum
ceraunium gemmam reddit. Fortunatarum inſulę vo=
cabulo ſuo ſignificant oīa ferre bona: quaſi fęlices &
beate fructuū vbertate. Suapte enim natura ꝓcioſarum
poma ſiluarū parturiunt. Fortuitis vitibus iuga colliū
veſtiuntur. Ad herbarū vicem meſſis & olus vulgo eſt.
Vnde gentilium error et ſeculariū carmina poetaꝝ pro
pter ſoli fecunditatē, eaſdē eſſe paradiſum putauerunt.

Site ſunt autem in oceano contra leuā mauritanię occiduo proxime & inter ſe interiecto mari diſcrete. Gorgodes inſulę oceani obuerſe promontorio: quod vocatur heſperuceras: quas incoluerunt gorgones fœminę: alitę pnicitate: hirſuto & aſpero corpore: & ex his inſulę cognominatę. Diſtant autem a continenti terra bidui nauigatione. Heſperidum inſulę vocatę a ciuitate heſperide quę fuit in finibus mauritanię. Sunt enim vltra gorgodes ſitę ſub atlanteum littus in itimis maris finibus: in quarum hortis fingunt fabulę draconē peruigilem aurea mala ſeruātē. Fertur enim ibi eſſe maris eſtuarium adeo ſinuoſis lateribus tortuoſum vt viſentibus procul lapſos angueos imitetur. Cryſe & argire inſulę in indico oceano ſitę adeo fecundę copia metallorum vt plerię eas auream ſuperficiem & argēteam habere prodiderint. vnde & vocabula ſortitę ſunt. Taprobana inſula indię ſubiacens ad eurum: ex quo oceanus indicus incipit: patēs in lōgitudine octingentiſſeptuaginta quinqꝫ milibus paſſuum: in latitudine ſexcēta vigintiquinqꝫ millia ſtadiorum: ſcinditur amni interfluo tota margaritis repleta & gēmis Pars eius beſtiis & elephantis repleta eſt: partem vero homines tenēt. In hac inſula dicunt in vno anno duas eſſe eſtates & duas hyemes & bis floribꝰ vernare locum. Tilos inſula eſt indię ferens omni tēpore folia. Hucuſqꝫ oceani inſulę. Item inſulę quę ab helleſpōto vſqꝫ ad gades in mari magno cōſtitutę ſunt. Cyprus inſula a ciuitate cypro quæ in ea eſt nomen accepit: ipſa eſt & paphos veneri conſecrata in carpathio mari vicina auſtro famoſa quondam diuitiis & maxime eris. Ibi enim prima huius metalli inuētio & vtilitas fuit. Creta inſula grecię pars eſt ingens cōtra peloponeſum. Hęc primum a tēperie cœli macaroneſon appellata eſt: deinde creta dicta a crete quodā indigena quē aiunt vnum cretarum fuiſſe a quibus iuppiter ibi abſcōditus eſt & enutritus. Eſt autem inſula grecię inter ortum & occaſum longiſſimo tractu porrecta a ſeptētrione grecię eſtibꝰ: ab auſtro ęgyptiis vndis perfuſa. Fuit autem quōdam centum vrbibus nobilis: vnde et hecatompolis dicta eſt. Prima etiā remis & ſagittis claruit: prima litteris iura finxit: eq̄ſtres turmas prima docuit. Studium muſicum ab ideis dactylis i ea cęptū: capris copioſa: ceruis eget: lupos & vulpes: aliaqꝫ ferarum noxia nuſq̄ gignit: ſerpēs ibi nullus: & noctua nulla: & ſi inueniatur ſtatim emoritur. Larga eſt autem vitibus & arboribus. Dictamus herba in creta naſcitur & alimos quę admorſa diurnam famē prohibet. Sphalongos autem venenatos gignit: & lapidem qui ideus dactylus dicitur. Abydos inſula in europa ſuper helleſpōtum poſita: anguſto & periculoſo mari ſeparata. & abydos grece dicta ꝙ ſit introitus helleſponti maris: i quo xerxes pontem ex nauibus fecit & in greciam trāſiit Coos inſula adiacens prouincię atticę in qua hippocrates medicus natus eſt: quę vt Varro teſtis eſt arte lanificii prima in ornamento fœminarum inclaruit. Cyclades inſulę antiquitus græcię fuerūt: quas inde cyclades autumant dictas: ꝙ licet ſpaciis longioribus a delo ꝓiecte in orbem: tamē circa delum ſitę ſunt Nam orbem κυκλον græci loquuntur. Quidam vero non ꝙ i orbem digeſte ſed propter ſcopulos qui circa eādem ſunt dictas putant cyclades. Hę in helleſponto inter egeum & maleum mare conſtitutæ circūdantur etiam pelago myrtoo. Sunt autem omnes numero. liii. tenentes a ſeptētrione in meridiem milia quingenta ab oriente in occaſum milia ducēta metropolis earū rhodus. Delos inſula: in medio cycladū ſita. Et dicta delos fertur: ꝙ poſt diluuium quod ogigi tēporibus notatur: cū orbē multis menſibus cōtinua nox inumbraſſet: ante oīs terras radiis ſolis illuminata eſt: ſortitaqꝫ ex eo nomen: ꝙ prima manifeſtata ſit viſibus humanis. Nam Δελον græci manifeſtum dicūt Ipſa eſt et ortygia: eo ꝙ primū ibi viſę ſunt coturnices aues quas græci ortygias vocāt. In hac inſula latona enixa eſt apollinem et dianam. Delos autē et ciuitas dicitur et inſula. Rhodos cycladū prima ab oriente in qua roſę capitoliū dicitur eſſe inuentū dū ibi ciuitas condereť: ex quo et vrbs et inſula rhodos eſt appellata. In hac vrbē ſolis coloſſus fuit ęreus. lxx. cubitoꝝ altitudine. Fuerūt et alii. c. numero in eadem inſula coloſſi minores. Tenedos vna ex cycladibus ad ſeptētrionē ſita: i qua olim ciuitas a tene quodā cōdita eſt vnde nomen vrbis illius: vel potius inſulę fuit. Nam tenes iſte infamatus ꝙ cū nouerca ſua cōcubuiſſet fugiēs in hanc iſulā: vacuā cultoribꝰ obtinuit. Vnde et tenedos inſula dicta eſt: ſic Cicero. Tenē ipſum cuius ex nomie tenedos noiatur. Carpethos vna ex cycladibus a meridie poſita cōtra ægyptū: a qua carpathiū mare appellatum eſt: vocata ꝓpter celerē fructuū maturitatē. Eſt eni inter ægyptū et rhodū. Ex hac inſula dicunť et carpaſie naues magnæ et ſpacioſę. Cyterea inſula vna ex cycladibus a parte occidua ſita: cuius porphyris antea nomen fuit. Cyterea aūt vocata: ꝙ ibi venus orta ſit. Icaria inſula vna de cycladibus: quæ icareo mari nomē dedit. Hęc inter ſamū et myconiū ꝓcurrētibus ſaxis inhoſpitalis eſt et nullis finibus portuoſa. Diciť aūt icarū cretenſem ibi naufragio interiſſe et de exitu hois impoſitū nomē loco. Naxos iſula a dionyſio dicta: quaſi dionaxō ꝙ fertilitate vitiū vincat cæteras: ē aūt a delo. xviii. milia paſſuum ſeparata: ex qua olim iouis ferť aduerſus titanas fuiſſe ꝓfectus. Melos ex numero cycladū vna oīm inſulaꝝ rotūdiſſima. vnde et nūcupata. Hiſtoria dicit ex iaſone natū fuiſſe filomelū et plutū: ex filomelo pariantū genitū: qui de ſuo noie paron inſulā et oppidū appellauit. prius aūt minoia: deinde paros dicta: de qua Virgilius: niueāqꝫ paron. Gignit eni marmor candidiſſimū: qđ pariū dicūt. Mittit et ſardiū lapidē marmoribꝰ quidē ꝑſtantiorē: et inter gēmas viliſſimū. Chios inſula ſyra lingua appellať. eo ꝙ ibi maſtix gigniť Syri ei maſticem chion vocāt. Samo inſula eſt in mari ęgeo: vbi nata ē iuno: ex qua fuit ſibylla ſamia: et pythagoras ſamiꝰ a quo phyloſophię nomen inuentum eſt. In hac inſula reperta prius fictilia vaſa traduntur: vnde et vaſa ſamia

appellata ſunt. Sicilia a ſicano rege ſicania cognominata eſt: deide a ſiculo itali fratre ſicilia. Prius autem trinacria dicta propter tria acra. i. promontoria: pelorum: pachynum et lilybęum. Trinacria enim grecū eſt: quod latine triquadra dicitur: quaſi in res quadras diuiſa. Hęc ab italia exiguo freto diſcreta: africum mare ꝓſpectans terris frugifera: auro abundans: cauernis tamen & fiſtulis penetrabilis: ventiſq; & ſulphure plena. Vnde & ibi ętnę montis extant incendia: in cuius freto ſcylla eſt & charybdis: quibus nauigia: aut abſorbunt aut colliduntur. Fuit autem quondam patria cyclopū: & poſtea nutrix tyrannorum frugū fertilis ac primum terris omnibus cōmiſſis ſeminibus aratro proſciſſa. Principem vrbium ſyracuſas habet: fontem arethuſam: & alpheum fluuium magnorum generatorem equoꝝ. In ea inſula primum eſt inuenta comoedia. Achatem lapidem ipſa primum ex achate flumine edidit. Parturit & mare eiꝰ coralium: gignit & ſales agrigentinos i igne ſolubiles crepitātes in aquis. Omnis ambitus eius clauditur ſtadiorum trium milium. Saluſtius autem dicit italię coniūctam fuiſſe Siciliam: ſed mediū ſpacium impetu maris diuiſum & per anguſtiā ſciſſum. Tapſum inſula ſtadiis. x. a ſicilia remota iacens & planior: vnde & nuncupata: de qua Virgilius. Tapſumq; iacentē. Eolię inſulæ ſicilię appellatę: ab eolo ippote filio: quem poetę finxerunt regē fuiſſe vētorum: ſed vt Varro dicit: rector fuit iſtarū inſularum: & quia ex earum nebulis & fumo futuros prędicebat flatus ventorū: ab imperitis viſus ē vētos ſua poteſtate retinuiſſe Eędem inſulę & vulcanię vocantur: q; & ipſe ſicut ętna ardeant. Sunt autem nouem habentes propria nomina: quarum primam liparus quidam liparem vocauit: qui eam ante eolum rexit. Altera hiera vocatur: q; ſit collibus eminentiſſimis: reliq̄ vero. i. ſtrōgyle: didyme eriphuſa: pheſtias phoenicuſa: euonymos: ericodes: phoecicodes: quę quoniam nocte ardent: eolię ſiue vulcanię dicuntur. Ex his quædam ab initio non fuerunt: quædam poſtea mari editę vſq; nūc permanent. Stoechades inſulę maſſilienſium. lxx. milium ſpacio a continenti in fronte narbonenſis prouincię qua rhodamus fluuius in mare exit. Dictę autem grępce ſtoechades: quaſi opere in ordinē ſint poſitę. Sardis hercule procreatꝰ: cum magna multitudine a libya profectus ſardiniam occupauit & ex ſuo vocabulo inſulę nomen dedit. Hęc in africo mari facie veſtigii humani in orienteq; in occidēte latior prominet: ferme paribus lateribus quę in meridiem & ſeptētrionem vertūt: ex quo ante cōmercium a nauigātibus gręcorū ichnos appellata eſt. Tetra patet in longitudine milia. cxl. in latitudine. xl. In ea neq; ſerpens gignitur: neq; lupus: ſed ſolifuga tantum animal exiguū hominibus pernicioſū Venenum quoq; ibi non naſcitur niſi herba per ſcriptores plurimos & poetas memorata apiaſtro ſimilis quę hominibus rictus contrahit: & quaſi ridentes interimit Fontes habet ſardinia calidos infirmis medelam prębentes: furibus cecitatem: ſi ſacramento dato oculos aquę eius tetigerint. Corſicę inſulę exordiū icole ligures dederunt appellantes eam ex nomine ducis. Nam quędam corſa noie ligus mulier: cum taurum ex grępge quem prope littora regebat trāſnatare ſolitum: atq; per interuallum corpore aucto remeare videret: cupiēs ſcire incognita ſibi pabula: taurum a cęteris digredientem vſq; ad inſulam nauigio proſecuta eſt: cuiꝰ regreſſu inſulę fertilitatem cognoſcentes ligures ratibus ibi ꝓfecti ſunt eamq; nomine mulieris auctoris & ducis appellauerunt Hęc autem inſula grępce cyrne dicitur: a cyrno herculis filio habitata. de qua Virgilius: cyrneas taxos. Diuiditur autem a ſardinia. xx. miliū: freto cincta liguſtici ęquoris ſinu ad proſpectum italię Eſt aūt multis promontoriis anguloſa gignēs lętiſſima pabula: & lapidem quem cacocitem graeci vocant. Ebiſſus inſula hiſpanię dicta q; a ȝomo non procul ſit: quaſi eboȝos. Nam. lxx. ſtadiis ab ea diſtat. Cuius terram ſerpētes fugiūt. Huic cōtraria eſt colubraria. q̄ referta eſt anguibꝰ. Baleares iſulę hiſpanię duę ſūt: aphroſiades & gymneſide maior & minor. Vnde & eas vulgꝰ maioricā & minoricam nūcupant. In his primū inſulis inuēta eſt funda qua lapides emittūtur: vnde & baleares dictę. βαλλειν enim graece emittere dicitur. vnde et baliſta: quaſi miſſa: et fundibulū. Virgilius. Balearis verbera funde

De promontoriis. Cap. VII.

Commune eſt inſulis vt ꝓmineāt. Inde et loca earū promōtoria dicūtur: ſic Saluſtius de ſardinia. In oriente latior prominet q̄ i occidēte. Sigeum promontorium aſię vbi helleſpōtus apertius dilatatur. Dictum autem ſigeum propter herculis taciturnitatem: quia prohibitus hoſpitio a laomedonte troianorum rege ſimulauit abſceſſum et ide contra troiam cum ſilentio venit: quod dicitur σιγη. Maleum promōtorium grępce quod intrat mare et per milia quinquaginta protenditur vbi vnda ita ſeua eſt: vt proſequi nauigantes videatur. Hoc autem promontorium a maleo rege argiuorum nomen accepit. Pelorum promontorium ſicilię reſpiciens aquilonem: ſecūdum Saluſtium dictum a gubernatore hannibalis illic ſepulto. Pachynum promontorium ſicilię auſtrū ſpectans: ab aeris craſſitudine dictū. Nam παχυσ eſt pinguis et craſſus. Auſtro enim perflatur. Lilybeum ꝓmōtorium ſicilię: ſolis occaſum intendens vocatū ab eiuſdem nominis ciuitate: quę ibi eſt ſita. Borion promontorium numidię: vocatum ita q; aquilonem intendat. Hoc ipponeregium poſtea dictuȝ pro eo q; ſit æquore interruptum. Calpis hiſpanię promontorium.

De montibus cęteriſq; terrę vocabulis. Cap. VIII.

Montes ſūt tumores terrarū altiſſimi dicti q; ſint eminētes Quidā aūt propriis ex cauſis vocati ſunt: ex quibꝰ notādi ſūt qui opinione maximi celebrantur. Mons caucaſus: ab india vſq; ad taurum porrectus pro gentiū et linguarum varietate quoquo verſum vadit: diuerſis nominibꝰ nūcupatꝰ. Vbi aūt ad orientē in excelſiorē conſurgit ſubli-

tnitatem:propter nimium candorē caucaſus nuncupat
Nam orientali lingua caucaſum ſignificat cādidum. i.
niuibus denſiſſimis candicantem. Vnde & eum ſcythę
qui eidem monti iunguntur croacaſinvocauerunt. Ca
ſin eni apud eos cādor ſiue nix dicit. Mōs taurus a ple-
riſq; idem vocatur qui & caucaſus. Liban⁹ mons phoe-
nicum altiſſimus:cuius meminerunt prophetę: dictus
a thure:quia ibi colligitur. Cuius ea pars quæ eſt ſuper
eum ad orientalem plagam reſpiciens: antilibanus ap-
pellatur.i.contra libanum. Ararath mons armenię in
quo archam hyſtorię poſt diluuium reſediſſe teſtantur
Vnde & vſq; hodie ibidem lignorum eius videntur ve-
ſtigia. Acroceraunii mōtes propter altitudinē & fulmi
num iactus vocati ſunt. Gręce enim fulmen ceraunios
dicitur. Sunt autem inter armeniā & hiberiam incipien
tes a portis caſpiis vſq; ad fontē tigridis fluuii. Hiper-
borei mōtes ſcythię dicti ꝙ ſupra.i.vltra eos flat bore-
as. Siphęi montes in capite germanię ſunt a perpetuo
ventorum flatu nominati. Nam. ριφη græce impetus
& ορμη dicitur. . Olympus mōs macedo-
nię:nimium pręcelſus:ita vt ſub illo nubes eſſe dican-
tur. De quo Virgilius. Nubes exceſſit olympus. Dictus
autem olympus quaſi ololāpus.i. quaſi cęlū. Hic mōs
macedoniā diuidit a thracia. Athos mons macedonię
& ipſe altior nubibus: tātoq; ſublimis vt in lemnū vm-
bra ei⁹ pertēdat:quę ab eo.lxxxviii.milib⁹ ſeparat. Par
naſus mōs eſt theſſalię iuxta boetiam: qui gemino ver
tice eſt erectus in coelū. Hic in duo finditur iuga cirrha
& niſa. vnde & nuncupatus:eo ꝙ in ſingulis iugis cole
bantur apollo & liber. Hæc iuga a duobus fratribus ci-
theron & helicon appellantur. Nam helicon dictus ab
helicone fratre citheronis. Item ceraunii ſunt montes
epiri. a crebris dicti fulminibus Grę ce enim fulmen ce
raunos dicitur. Apoeninus mons appellatus. quaſi al-
pes:poenicę quia hannibal veniens ad italiā eaſdem al-
pes aperuit: vnde & Virgilius. Alpes imittit apertas Has
enim hannibal:poſt bella hiſpanię aceto rupit. Iuuena
lis. Et montem rupit aceto. Et inde loca ipſa quę rupit
a poeninę alpes vocantur. Mons ętna ex igne ſulphure
dictus:vnde & gehenna. Conſtat autē hunc ab ea parte
qua eurus & africus flat habere ſpelūcas plenas ſulphu-
ris: & vſq; ad mare deductas:quæ ſpeluncę recipientes
in ſe fluctus ventum creant:qui agitatus ignem gignit
ex ſulphure: vnde fit quod videtur incendium. Pyrthe
neus & ipſe a crebris fulminū ignibus nūcupatus. Grę
ce enim ignis pyro vocatur. Iſte eſt qui inter galliā atq;
hiſpaniam:quaſi de induſtria munimentum interiacet.
Solurius a ſingularitate dicitur:ꝙ oibus hiſpanię mō-
tibus ſolus altior videatur:ſiue ꝙ oriēte ſole ante radi⁹
eius in eo ꝗ ipſe cernatur. Calpes mons in vltimis fini-
bus oceani qui dirimit europam ab africa: quem atlan-
tis finem eſſe dicūt: de quo Lucanus. Heſperiam calpē
ſummumq; impleuit atlātem. Atlas promethei frater
fuit & rex africę. a quo aſtrologię artem primū dicunt
excogitatā. Ideoq; dictus eſt ſuſtinuiſſe cęlum. Ob eru
ditionem igitur eius diſciplinę & ſciētiam coeli nomē
eius in montem africe deriuatum eſt: qui nūc carlas co-
gnominatur qui propter altitudinem ſuam quaſi coeli
machinam : atq; aſtra ſuſtentare videtur. Alpes autem
ꝓprie montes gallię ſunt. De quibus Virgilius. Aereas
alpes Et dicēdo aereas: verbum expreſſit a verbo. Nam
gallorum lingua alpes: montes alti vocantur. Hęc ſunt
enim quę italię murorum exhibent vicem. Colles ſunt
pręeminētiora iuga montium quaſi colla. Iuga autem
montium ex eo appellata ſunt: ꝙ propinquitate ſui iun
gantur. Tumulus eſt mons breuis: quaſi tumens tellus
Itē tumulus: terra congeſta: vbi nulla memoria eſt. Val-
les ſunt humilia loca: quaſi vulſa. Hinc & conualles de
preſſa loca terrarum inter montes. Campus eſt terrarū
planicies Dictus autem cāpus ꝙ breuis ſit pedibus nec
erectus vt montes: ſed patens & ſpacio ſuo porrect⁹ &
iacens: vnde & græce pedion dicitur. Sumpſit aūt no-
men ex græca ętymologia. Cami enim gręce breue di
citur. Solum eſt omne quod ſuſtinet: a ſoliditate dictū
ſcilicet. vnde & de mari Virgilius ait. Subtrahiturq; ſo
lum. Saltus ſunt vaſta & ſilueſtria loca vbi arbores exi-
liūt in altum. Fauces ſunt anguſtorum locorum aditus
inter arduos montes loca anguſta & breuia: dicta a fau-
cium ſimilitudine: quaſi foces. Confrages loca in quæ
vndiq; venti currunt. ac ſeſe frangunt: vt Neuius ait. In
montes vbi venti frangebāt locum. Scabra ſunt loca ſi-
tu aſpera vnde & ſcabies dicit a corporis aſperitate. Lu-
ſtra obſcura latibula ferarum & luporum cubilia ſunt:
vnde et lupanaria luſtra dicuntur per contrarium vide-
licet: quia parum illuſtrantur. Lucus eſt locus denſis ar
boribus ſeptus: ſolo lucem detrahens. Poteſt et a collu
cendo crebris luminibus dici: qua ibi propter religio-
nem gentilium cultumq; fiebant. Deſerta vocata: quia
non ſeruntur. et ideo quaſi deſeritur: vt ſunt loca ſilua-
rum et montium: cōtraria vberrimarum terrarum: quę
ſunt vberrimę glebæ. Deuia ſunt loca ſecreta et abdita
quaſi extra viam. Ipſa ſunt et inuia. Inde et auiaria ſecre
ta loca et a via remota: aut tantum adibilia auibus. Vn-
de eſt illud. Inculta rubent auiaria bacis. Amoena loca
Varro dicta ait: eo ꝙ ſolum amorē pręſtētet ad ſe amā
da alliciant Verius Flaccus ꝙ ſine munere ſint: nec qcq̄
his officia: quaſi a munia hoc eſt ſine fructu : vnde nul-
lus fructus exoluitur. Inde etiam nihil pręſtantes imu-
nes vocant. Aprica loca: quę ſole gaudent : quaſi ανευ
φρικησ. i. ſine frigore: ſiue ꝙ ſint aperto coelo. Opaca
vero loca quaſi operta: celo aprico contraria. Lubricū
dici conſtat locū: ab eo ꝙ ibi qs labitur. et lubricum di-
citur: non quod labitur: ſed in quo labit. Eſtiua ſunt lo-
ca vmbroſa: quibus per ęſtatem vitant pecora ſolis ar-
dorem. Statius. Et vmbroſi patuere æſtiua licęi. Naua-
lia ſunt loca vbi naues fabricantur. Hoc et textrinū vo-
catur. Statio eſt vbi ad tempus ſtant naues. Portus vbi
hyemant Importunū autem in quo nullū eſt refugium
quaſi nullus portus. Portus autem locus eſt ab acceſſu
ventorum remotus: vbi hiberna opponere ſolent. Et

portus dictus a deportandis commerciis. Hũc veteres a baiulandis mercibus baias vocabãt. illa declinatione a baia baias: vt a familia familias. Littus eſt terra quæ & mari vicina. Et dictum littus quia fluctu eliditur: vel ꝙ aqua alluiť. Cicero in topicis. Littus eſt aqua qua fluctus eludit. Circunluuium locus quem aqua circũluit. Alluuium conſũptio riparum ex aquis. Margo ē pars cuiuſlibet loci: vt puta maris: vnde et nomen accepit Maritima quaſi maris intima. Oſtia ab ingreſſu & exitu fluminis dicta in mari. Continens perpetua terra nec vllo mari diſcreta: quem greci pyron vocant.

ℭ De inferioribus terrę. Cap. IX.

SPecus eſt foſſa ſub terra qua pſpici põt. Spelea grece: ſpelũca latine. Spiracula appellata oia loca peſtiferi ſpũs: quē greci paronia appellant: vel acherontea. Etiam Varro ſpiraculum dicit huiuſmodi locum: & ſpiracula ex eo dicũtur loca: qua terra ſpiritum edit. Hiatus præruptio terræ profunda: quaſi hitus. Proprie autem hiatus eſt hominis oris apertio tranſlata a feris: quarum auidioris adapertione monſtratur. Profundum proprie quaſi cuius porro ſit fundus. Abuſiue autem profundum vľ ſurſum vel deorſum dicitur: vt mare ac terra cęlũqȝ profũdum. Baratrum nimię altitudinis nomen eſt: & dictum baratrum quaſi vorago atra ſcilicet a profunditate. Herebus inferorum profunditas atqȝ receſſus. Styx ατο της στυγος. ideſt a triſticia dicta: eo ꝙ triſtes faciat vel ꝙ triſticiam gignat. Cocytus locus inferi: de quo Iob ita loquitur: dulcis fuit glareis cocyti. Cocytus autem nomen accepit gręca interpretatione: a luctu & gemitu. Tartarus vel quia illic omnia turbata ſunt. ατο του ταρατειν. vľ qđ verius eſt. ατο της τρησεως ideſt a tremore frigoris quod eſt algere & rigere. ſ. quia luce ſoleqȝ caret. Nam neqȝ illic vapores ſunt qui ex ſolis luce gignũtur: neqȝ flatus: qui eiuſdem motibus incitantur: ſed perpetuus ſtupor. Tartarizin enim horrere & tremere apud græcos legiť. Illic erit fletus & ſtridor dentiũ. Gehenna eſt locus ignis & ſulphuris quē putãt ita nominatum a valle idolis conſecrata: quæ eſt iuxta murum hieruſalem: repleta olim cadaueribus mortuorum. Ibi enim hebrei filios ſuos immolabant demonibus: & appellabatur locus ipſe gehennon. Futuri ergo ſupplicii locus vbi peccatores cruciandi ſunt huius loci vocabulo deſignatur. Duplicem autem eſſe gehennã & ignis & frigoris in Iob legimus. Inferus appellatur: eo ꝙ infra ſit. Sicut autem ſecundum corpus ſi põderis ſui ordinem teneant inferiora ſunt omnia grauiora: ita ſecundum ſpiritum inferiora ſunt omnia triſtiora: vnde & i gręca lingua origo nominis quo apellatur infernus ex eo ꝙ nichil ſuaue ab eo reſonare perhibetur ſicut autem cor animalis in medio eius eſt: ita & infernus in medio terrę eſſe perhibetur. Vnde & in euangelio legimus: in corde terræ. Philoſophi autem dicunt ꝙ inferi pro eo dicantur: ꝙ animę hinc ibi inferantur.

ℭ Sequitur liber quintuſdecimus.

ℭ De ciuitatibus. Cap. I.

DE conditorib⁹ vrbiũ plerũqȝ diſſenſio inuenitur: adeo vt nec vrbis quidez romę origo diligenter poſſit agnoſci. Nam Saluſti⁹ dicit. Vrbem romã ſicuti ego accepi cõdidere atqȝ habitauere in initio troiani & cum his aborigines. Alii dicunt ab Euandro ſecundum quod Virgilius. Tunc rex euandrus romanę conditor arcis Alii a romulo: vt Ennius: hui⁹ nate auſpiciis illa iclyta roma. Si igitur tantę ciuitatis certa ratio non apparet: non miruȝ ſi in aliarum opinione dubitatur. Vnde nec hiſtoricos nec cõmentatores varia dicentes: iperitię condemnare debemus: quia antiquitas ipſa creauit errorem. Sane q̃ſdam de quibus aut ſanctę ſcripturę aut hiſtorię gentiũ certam originem referũt: paucis admodũ verbis retexere oportet Primus ante diluuium cham ciuitatē enoch ex noie filii ſui i india condidit: quam vrbem ſola multitudine ſuę poſteritatis impleuit. Primus poſt diluuium nemroth gigas babylonē vrbē meſopotamię fundauit: hanc ſemiramis regina aſſiriorũ ampliauit: murumqȝ vrbis bitumine & cocto latere fecit Vocabulum autem ſumpſit a confuſione: eo ꝙ ibi confuſe ſint atqȝ permixte linguę ędificantium turrim. Huius turris altitudo quiqȝ milium centũ ſeptuaginta quattuor paſſuum fuit. Iudei aſſerunt ſem filium Noe quem dicunt melchiſedech primum poſt diluuiũ in ſyria condidiſſe vrbem ſalem: in qua regnum fuit eiuſdē melchiſedech Hanc poſtea tenuerunt iebuſei: ex quibus & ſortita eſt vocabulum iebus: ſicqȝ duobus nominib⁹ copulatis iebus & ſalem: vocata eſt hieruſalem: quæ poſtea a ſalomone hieroſolyma: quaſi hieroſalomonia dicta ē. Hęc & corruptę a poetis ſolyma nuncupata eſt: & poſtea ab helio adriano helia vocitata eſt. In ipſa eſt & ſyon: quæ hebraice ſpeculatio interpretatur: eo ꝙ in ſublimi conſtructa ſit: & de longe venientia contempletur. Hieruſalem autem pacifica in noſtro ſermone transfertur. Oppida autem nobilia: qui vel quæ conſtituerunt. Dionyſius qui & liber pater: cum indiam victor perãbulaſſet: nyſam vrbem ex ſuo nomine iuxta idum fluuium condidit & .l. milibus hominum impleuit. Medus autem egei filius mediam cõſtruxit: vnde & regio ei⁹: medię nomē ſortita eſt. Parſinopolim vrbem caput perſici regni perſeus andie filius cõdidit: famoſiſſimam confertiſſimamqȝ opib⁹: a quo et perſida dicta eſt. Hictesifontem quoqȝ parthi apud parthiam cõdiderunt: in emulationem babylonie vrbis. Suſis oppidum perſide aiũt memnonis fratrem cõſtituiſſe. Dictum autem ſuſis: ꝙ immineat ſuſe fluuio. ibi eſt regia cyri: lapide candido et vario: cum columnis aureis: et lacunaribus gemmiſqȝ diſtincta. continens etiam ſimulacrum cœli. ſtellis micantibus pręſignatum: et cętera humanis mentibus incredibilia. Bactrum oppidum bactriani condiderũt ex proprio amne eũ cognoiantes qui bactr⁹ vocať. Carra ciuitas meſopotamię: tranſ ediſſam condită a parthis:

vbi quondã romanus eſt cęſus exercitus & craſſus dux
captus. Ediſſam vrbẽ meſo potamiæ cõdidit nẽroth fi=
lius chus poſtq̃ de babylone migrauit: in qua & regna
uit: quæ ante iare cognoiata eſt. Iṗe & conſtruxit & ca
lãnæ p̃ poſtea verſo noie a ſeleuco rege dicta eſt ſeleu=
cia Philadelphiã vrbẽ arabiæ: cõdidit raphaim gẽs an
tiquiſſima: quã interfecerũt filij loth. Seleucus vnus ex
pueris alexãdri poſt mortẽ eiuſdem alexãdri occupato
regno orientis vrbẽ in ſyria condidit: eamq; ex ãtiochi
prĩs ſui noie antiochiã nuncupauit: & ſyriæ caput inſti=
tuit. Ipſe quoq; laodaciam & ſeleuciam: iṗe apamiã &
ediſſam vrbes conſtruxit. Damaſcus vrbs ſyriæ cõdita
& nũcupata a damaſco diſpẽſatoris abrahę filio. Hæc
antea in omni ſyria tenuit principatũ. Necdũ eni flore
bant ibi antiochia: laoditia & apamia: quas vrbes poſt
alexandrum conſtructas eſſe cognoſcimus. Hic eſt da=
maſcus quẽ abrahã futurũ ſibi heredẽ dixerat: ãteq̃ eẽt
illi ꝓmiſſus Yſaac. Gazam oppidũ palęſtinę cõdiderũt
cuei in qua habitauerunt cappadoces priſtinis cultori
bus interfectis. Vocata autẽ gaza eo ꝙ ibi cãbyſes rex
perſarũ theſauros ſuos poſuit: cũ bellũ ęgyptijs itulſ=
ſet. Perſarũ eni ligua theſaurũ gaza noiatur. Philiſtim
vrbẽ condiderũt allophili: iṗa eſt aſcalõ: de qua ſupe=
rius memorauimus: nũcupata ex noie cesloim qui fuit
nepos cham: & filius meſraim. Dor vrbs fuit quondam
potẽtiſſima: & verſa vice ſtratonis turris: poſtea a b he=
rode rege iudeæ in honorẽ cęſaris auguſti cęſarea nun
cupata. In qua cornelij domus: chriſti eſt ecclia: & phi=
lippi edicule: & cubiculum quattuor virginũ propheta
rum. Ioppe oppidũ palæſtinæ maritimũ ijdẽ palæſtini
ædificauerunt: vbi ſaxũ oſtenditur: quod vinculorũ an=
dromade adhuc veſtigia retiet: cuius beluæ forma emi
nentior elephantis fuit. Hiericho a iebuſeis cõdita tra
ditur: a q bus & nomẽ traxiſſe perhibetur: hanc ſubuer
tit ieſus: poſt quam inſtruxit aliam ozam de bethel ex
tribu effraim. Sed & hęc eo tẽpore quo hieruſalẽ oppu
gnabatur a romanis ꝓpter perfidiam ciuiũ capta atq;
deſtructa eſt: poſt quã tertia ędificata eſt vrbs q̃ vſq; ho
die permanet. Sichem ſamarie vrbem q̃ latine & gręce
ſichima vocaẽ: ædificauit emor: appellauitq; eam noie
ſichem filij ſui. Iṗa eſt nunc neapolis ciuitas ſamarita=
norum. Bethel vrbem ſamarie condiderũt iebuſei: quę
prius vocabatur luza: ſed poſtq̃ dormiens ibi iacob vi=
dit ſcalam iunitentẽ cælo & dixit: vere hic domus dei ẽ
& porta cæli: hac ex cauſa locus nomen accepit bethel
.i. domus dei. Quãdo aũt ibi ab hieroboã vituli aurei
fabricati ſunt: vocata ẽ bethauen. i. domus idoli: q̃ an=
tea vocabaẽ domus dei. Bethleem iuda Ciuitas dauid
quæ mundi genuit ſaluatorẽ: a iebuſeis condita fertur:
& vocata primũ effrata: quando autẽ ibi iacob pecora
ſua pauit: eidẽ loco bethleẽ nomen quodam vaticinio
futuri impoſuit: quod domus panis interpretaẽ: ꝓpter
eum panem qui ibi de cælo deſcendit. Ebron ciuitas iu
deæ quę quondã vocabatur arbe condita eſt a giganti
bus ante ſeptẽ q̃ ab eis thanis vrbs ægypti conderetur.

Ipſa eſt arbe: a nũero ita vocata ꝙ ibi tres patriarchæ
ſepulti ſunt: & quartus adam. Ipſa eſt & membræ voca
ta ex vno amico abrahę. Samariam a qua omnis regio
quæ circa eam fuit nomẽ accepit: ſennacherib rex aſſy=
riorum conſtruxit: vocauitq; ſamariã. i. cuſtodiam: quia
quando iſrael tranſtulit medos ibi cuſtodes conſtituit.
Hanc obſidione captã ãtiochus ſolo coæquauit. Quã
poſtea herodes a fundamẽtis inſtaurans: in honorem
auguſti auguſtam. i. ſebaſtiam græco ſermone vocauit
ibi ſepulti ſunt heliſeus & abdias prophetę: & quo ma=
ior inter natos mulieꝝ nõ fuit baptiſta ioãnes. Tiberia
dem vero herodes alius in iudęa in noie tyberij cęſaris
condidit. Tyrus vrbs phœnicũ condita a phœnicibus
fuit. Hæc eſt ciuitas ex qua aurũ regi ſalomoni defere=
batur: in qua optima purpura tigitur. Vnde & tyria di=
citur nobilis purpura. Phœnices a rubro profecti mari
ſidonẽ vrbẽ opulentiſſimã condiderũt: quã a piſciũ co=
pia ſidõ appellauerunt. Nam piſcẽ phœnices ſidon vo
cant. Ipſi etiam tyrũ in ſyria: iṗi vticam in africa: ippo=
nem: leptim aliaſq; vrbes in ora maritima condiderũt.
Ipſi thebas in boetia duce cadmo: iṗi poſtremo in vlti
ma orbis tendẽtes vrbẽ in occeano cõdiderũt: eãq; lin=
gua ſua gades noiauerũt. Nam mos erat antiquę phœ=
nicum gẽtis: multis: ſimul mercãdi cauſa a domo profi
ciſci: & cũ incolarũ aios cõmercio rerum his ante inco=
gnitarũ ſibi cõciliaſſent: loca q̃ condendis vrbibus ido=
nea videbantur capere. Ex his profecta & dido i littus
africæ: vrbẽ condidit: & carthadã noiauit quod phœni
cea lingua exprimit: ciuitatẽ nouã mox ſermone verſo
carthago eſt dicta: hãc ſcipio deleuit. Quæ aũt nũc eſt
poſtea a romanis ẽ cõdita. Carthago aũt antea byrſa:
poſtea tyrus dicta eſt: deinde carthago. Mẽphin ciuita
tem ægypti ædificauit epaphus iouis filius: cum in ſecũ
da ægypto regnaret. Hæc eſt vrbs in qua charta naſcit
vbi etiã optimi mathematici fuerũt. Nã hanc vrbẽ ma
gicis artibus deditã priſtini vſq; ad p̃ſens tẽpus veſtigia
erroris oſtendunt. Thanis metropolis ęgypti vbi pha=
rao fuit: & moyſes cuncta ſigna fecit: quę in exodo ſcri=
buntur. Hanc conſtruxiſſe perhibentur titanes. i. gigan
tes & ex ſuo noie nũcupauerũt. Eliopolis vrbs ęgypti
quæ latine interpretatur: ſolis ciuitas: ſicut. lxx. interp̃=
tes arbitrãtur. Edificata eſt aũt a filijs iſrael in qua phu
tifares ſacerdos fuit cuius meminit ezechiel. Vrbẽ ale=
xandriam condidit alexander magnus: cuius & nomẽ
detinet. Hanc enim idem in terminis regionis africæ &
ægypti conſtituit: & caput eſſe regionis ęgypti iuſſit. In
teriacet autem iter ægyptum & mare: quaſi clauſtrum
importuoſa. Hæc eſt vrbs ęgypti: poſtea verſa in alexã
driam. Thebas ægyptias condidit cadmus: quæ inter
ægyptias vrbes numero portarum nobiliores haben=
tur: ad quas commerciã arabes vndiq; ſubuehũt. Hinc
regio ægypti thebaica dicta eſt. Thebe autẽ & boetiæ
ſunt & ægyptiæ: vno tamen auctore ſunt condite. Pto=
lomais & beronice a regibus ęgyptijs noiatę a quibus
& ędificatę fuerũt. Cęſaream cappadocię philippus in

honorem cęſaris ędificauit. Tarſum cilicię danaes pro-
les perſeus ędificauit: de qua ciuitate fuit Paulus apo-
ſtolus. Natus inqt tarſo cilicię. Quidã etiã locus indiæ
tarſus vocatur. Seleuciam inſaurię cõdidit ſeleucus: qui
& antiochiam. Ilus aũt apollinis filius: in phrygia iliũ
condidit. Ammazones epheſum in aſia cõſtruxerũt.
Theſeus vero ſmyrnam cõſtruxit: quæ homero poetæ
patria extitit: & ſmyrna vocata: ꝙ eius cãpos hermus
fluuius ſecat. Dioſcoria colchoꝝ vrbẽ amphitus & cir-
cius aurigę caſtoris & pollucis fabricauerũt: ex eorum
noie eam cognoiantes. Nã caſtor & pollux gręce dio-
ſcori appellãt̃. Nicomedia a nicomedo rege bithyniæ
ędificata eſt. Bithynia condita a phœnice quę primum
mirandina vocabat̃. Conſtãtinopoli vrbẽ thracię: con
ſtãtinus ex noie ſuo inſtituit: ſolam romę meritis & po-
tentia adęquatam. Hanc conditã primũ a pauſania re
ge ſpartanorũ & vocatam bizantiũ: vel quod tantũ pa
teat inter adriaticũ mare & propontidẽ: vel ꝙ ſit rece-
ptaculũ terre: mariſqꝫ copijs. Vñ & eam cõſtantinus ap
tiſſimam condere iudicauit: vt receptaculum ſibi terra
mariqꝫ fieret. Tnde & nunc romani imperij ſedes & to-
tius caput eſt orientis: ſicut & roma occidentis. Epirus
ciuitas thracię cõdita eſt a pyrrho & cognoiata. Athe-
nas in hellade cecrops condidit ex ſuo noie cecropiã
noiauit: Hanc anfixion qui in gręcia tertius poſt cecro-
pem regnauit: minerue ſacrauit: & nomẽ ciuitati athe-
nas dedit. Nam minerua græce athenas dicit̃: vnde &
mineruã gręci inuentricẽ multarũ artiũ aſſerũt: quia &
litterę & artes diuerſoꝝ ſtudiorum & ipſa phia: veluti
templũ athenas habuerunt. Corinthũ in achaia condi
dit corinthus oreſtis filius. Hanc gręci corintheã vocãt
hoc eſt adminiſtrationẽ reipublicę. Thebas boetię cad
mus veniens a phœnicibus condidit: Thebis ægyptijs
prius ab eo conſtructis. Mycenas lacedæmonia condi-
ta a lacedæmone ſemele filio. Sparta a ſparto filio fo-
ronei vocata: qui fuit filius inachi. Ipam aũt eẽ ſpartã:
quam & lacedæmoniam ciuitatem: atqꝫ ide lacedęmo
nios ſpartanos dici. Achaia ab acheo conſtructa. Pe-
lops qui apud argos: regnauit pelopõnenſum vrbẽ cõ
didit Cecrops in inſula rhodo rhodũ ędificauit Carpa
tus coum. Aeos tiphonis filius paphũ. Angeus licurgi
filius ſamum. Dardanus aũt cõdidit dardaniã. Theſſa
lonicam theſſalus gręci filius ędificauit: in qua etiã re-
gnauit. Brunduſiũ cõſtruxerũt gręci. Brunduſiũ autem
dictum gręce ꝙ brũda caput cerui dicat̃: ſic eſt enim vt
& cornua videant̃: & caput & lingua in poſitione ipius
ciuitatis. In italia autem a iano ianiculum: a ſaturno ſa
turnia: atqꝫ latium conditũ eo ꝙ ibi fugiẽs latuiſſet co-
gnominatum. Ab hercule in campania pompeiã qui
victor ex hiſpania pompam boũ duxerat. Eneas autẽ
poſt excidiũ troię: in eandẽ italiã veniens: ab vxoris no
mine lauiniã condidit. Aſcanius vero relicto lauinię no
uercę ſuę regno albã longã ędificauit. Alba autem vo-
cata propter colorem ſuis: longa quia longũ oppidum
eſt: iuxta prolixitatem collis in quo poſitũ eſt. Ex hac
etiam vrbe reges albanorum appellari cœperunt. Ca-
puã capis ſiluius rex albanorũ conſtruxit appellata no
mie cõditoris: licet ſint qui dicãt a capacitate eã capuã
dictã: ꝙ eius terra oẽm vitę fructũ capiat: alij a locis cã
peſtribus in quibus ſita eſt. Eſt aũt caput vrbiũ campa
nię inter tres maximas romam carthaginẽqꝫ numera-
ta ex qua & prouincia italię campania dicta eſt. Romu
lus cum interfecto apud albam amulio: auũ munitorẽ
in regnũ reſtituiſſet: in eũ locũ vbi nunc roma eſt deue-
nit: ibiqꝫ ſedes poſuit: mœnia conſtruxit: vrbẽqꝫ ex no-
mine ſuo romã vocauit. Hãc autẽ antea euander dici-
tur condidiſſe: vt eſt illud. Tũc pater euandrus romanę
conditor arcis. Ancus marcus ex filia numę põpilij na-
tus hic vrbem in exitu tyberis cõdidit: q̃ & peregrinas
merces exciperet & hoſtem moraretur: quã ab ipo ſitu
hoſtiã appellauit. Galli quidã inteſtina diſcordia & aſſi
duis diſſenſionibus ſuorũ permoti ſedes nouas quęrẽ-
tes italiã profecti ſunt: ſedibuſqꝫ proprijs tuſcis expul-
ſis: mediolanũ atqꝫ alias vrbes condiderunt. Vocatum
aũt mediolanũ ab eo ꝙ ibi ſus mediolanea perhibet̃
inuenta. Hiſtorijs placet a meſapo gręco: meſapiæ da
tam originẽ: verſa poſtmodũ in nomẽ calabrię quã in
exordio enotri frater peucecius peuceciã nomiauerat.
Manto tireſie filia poſt interitũ thebanorũ dicit̃ delata
in italiam mantua condidiſſe. Eſt aũt in venetia: q̃ gal
lia ciſalpina dicitur. Et dicta mãtua ꝙ manes tueatur
Partenopia a partenope virgine quadã illic ſepulta ap
pellata: quod oppidum poſtea auguſtus neapolim eẽ
maluit. A promõtorio leucaten: in quo actis apollinis
templũ fuit: bellũ auguſtus cõtra antoniũ geſſit. Quo
victo vrbem in actiaco ſinu condidit: quã a victoria ni-
copolim appellauit. Palantus parthenioꝝ dux parthe
nios conſtituit. Taras neptuni filius fuit: a quo tarentũ
ciuitas & cõdita & appellata ẽ. Cum Cyrus maritimas
vrbes gręcię occuparet: & focẽſes ab eo expugnati om
nibus anguſtijs ꝑmerent̃: iurauerũt vt ꝓfugerent q̃ lõ-
giſſime ab imperio perſarũ vbi nec nomẽ quidẽ eorum
audirent: atqꝫ ita in vltimos galliæ ſinus nauibus ꝓfe-
cti armiſqꝫ ſe aduerſus gallicã feritatẽ tuẽtes: maſſyliã
condiderũt: & ex noie ducis nũcuparũt. Hos Varro tri-
ligues dicit: ꝙ & gręce loquant̃ & latine & gallice. Nar
bonam & arelatũ: & pictauis coloni propij cõdiderunt
Burdegalim appellatũ ferũt: ꝙ burgos gallos primũ
colonos habuerit qbus ãrea cultoribus adipleta eſt.
Terraconã in hiſpania ſcipiones conſtruxerũt: ideo ca
put eſt terraconenſis ꝓuincię. Cęſarauguſta terraconẽ
ſis hiſpanię oppidũ a cęſare auguſto: & ſitum & nomi-
natum: loci amœnitate & delitijs ꝑſtantius ciuitatibus
hiſpanię cunctis atqꝫ illuſtrius florens ſanctoꝝ martyꝝ
ſepulturis. Afri ſub hãnibale maritima hiſpaniæ occu-
pãtes: carthaginem ſpartariam conſtruxerunt: q̃ mox
a romanis capta & colonia facta: nomẽ etiam prouin-
ciæ dedit. Nunc autem a gotthis ſubuerſa atqꝫ in deſo-
lationem redacta eſt. Saguntum gręci ex inſula zacyn
to profecti in hiſpaniam condiderunt: quã afri poſtea

bello impetitã deleuerunt. Emeritã cęſar auguſtus ędificauit: poſtq̃ luſitaniã: & quaſdã oceani iſulas cepit dãs ei nomen ab eo ꝙ illi milites veteranos conſtituiſſet. Nam emeriti dicuntur veterani: ſolutiq; militia. Vlix bona ab vlixe eſt cõdita & nuncupata: quo loco ſicut hiſtoriographi dicunt cęlũ a terra: & maria diſiunguntur a terris. Hiſpalim cęſar iulius condidit: quã ex ſuo noie & romę vrbis vocabulo iuliã romulã nuncupauit. Hiſpalis autẽ a ſitu cognominata eſt: eo ꝙ in ſolo paluſtri ſuffixis ꝓfundo palis locata ſit: ne lubrico atq; inſtabili fundamento caderet. Gades oppidũ a pęnis conditum: qui etiã & carthaginẽ ſpartariam condiderunt. Septem oppidum a mõtib⁹. vii. quia ſimilitudine fratres vocati: gaditano iminent freto. Tingis ciuitatis & lixis ciuitatis anteus auctor ẽ: quẽ hercules fertur lucte certamie ſuperatũ iterfeciſſe. Lix autẽ a lixo flumine mauritanię nũcupata: vbi antea regia fuit: & ſala ꝙ imineat ſale flumini. Cęſaream mauritanię oppidũ iuba rex mauroꝝ in honorẽ cęſaris auguſti condidit: quã ex eius noie cęſaream appellauit: ſicut herodes aliã cęſareã in palęſtina q̃ nunc vrbs eſt clariſſima. Icoſiũ cęſarienſis mauritanię oppidũ hercule illuc tranſeunte: viginti a comitatu eius diſcedentes conſtruxerunt. Hanc ne quis impoſito a ſe noie priuatim gloriaretur: de condentiũ numero vrbi icoſium nomẽ eſt datum. Cyrene regina fuit libyę: q̃ ex ſuo nomine ciuitatem cyrenẽ condidit: ex qua & libyam cyrenenſem vocauit.

¶ De ędificiis publicis. Cap̃. II.

Ciuitas eſt hoim multitudo: ſocietatis vinculo adunata: dicta a ciuibus. i. ab ip̃is incolis vrbis ꝓ eo ꝙ plurimoꝝ cõciſcat & cõtineat vitas. Nã vrbs ip̃a menia ſũt. ciuitas aũt oõ ſaxa ſ; habitatores vocanẽ. Tres autẽ ſunt ſocietates: familiarũ: vrbiũ: gentiũ. Vrbs vocata ab orbe: ꝙ antiq̃ ciuitates in orbe fiebant: vel ab vrbo p̃te aratri quo muri deſignabantur: vnde eſt illud. Optauitq; locũ regno & cõcludere ſulco. Locus enim futurę ciuitatis ſulco deſignabatur. i. aratro. Cato. Qui vrbẽ inquit nouã condidit: tauro & vacca aret: vbi arauerit murum faciat: vbi portãvult eſſe aratrũ ſuſtollat & portet: & portam vocet. Ideo autẽ vrbs aratro circũdabatur diſpari ſexu iuuẽcorum: propter cõmixtionẽ familiarũ: & imaginẽ ſerentis: fructũq; reddentis. Vrbs autẽ aratro condiẽ: aratro vertitur. Vnde Horatius. Imprimeretq; muris hoſtile aratrũ. Oppidũ quidã ab oppoſitione murorũ dixerũt alii ab opibus recondendis: eo ꝙ ſit munitũ: alii ꝙ ſibi in eo cõuentus habitantiũ opem det mutuã contra hoſtem. Nam primũ homines tanq̃ nudi & inermes: nec contra bella hęc p̃ſidia habebant: nec receptacula frigoris & caloris: nec ipſi inter ſe hoies ab hominibus ſatis erant tuti. Tandẽ naturali ſolertia ſpelũcis ſilueſtribuſq; tegumentis tuguria ſibi & caſa virgultis arũdinibuſq; contexuerũt: quo eſſet vita tutior: ne his qui nocere poſſẽt aditus eſſet. Hęc eſt origo oppidorũ q̃ ꝙ opem darent iccirco oppida nominata dixerunt. Oppidum autẽ magnitudine & męnib⁹ diſcrepare a vico & caſtello & pago. Ciuitates autẽ: aut colonię: aut municipia: aut vici: aut caſtella: aut pagi appellantur. Ciuitas ꝓprie dicitur quã nõ aduenę ſed in eodẽ nati ſolo condiderunt. Ideoq; vrbes a propriis ciuib⁹ cõditę ciuitates nõ colonię nũcupantur. Colonia vero eſt q̃ defectu indigenarũ nouis cultoribus adimpleẽ: vnde & colonia a cultu agri eſt dicta. Municipiũ eſt quo manente ſtatu ciuitatis ius aliquod minoris aut maioris officii a principe impetratur. Dictũ autẽ municipiũ a muniis. i. officiis: ꝙ tm̃ munia. i. tributa debita: vel munera reddant. Nã liberales & famoſiſſimę cauſę & q̃ ex pricipe proficiſcũtur ibi nõ aguntẽ. Hęc em̃ ad dignitatẽ ciuitatũ pertinẽt Vici & caſtella & pagi ſũt: q̃ nulla dignitate ciuitatis ornantur: ſed vulgari hoim conuentu incoluntẽ: & propter paruitatẽ ſui: maioribus ciuitatibus attribuuntur. Vic⁹ autẽ dictus a vicinis tm̃ habitationibus: vel ꝙ vias habeat tantũ ſine muris. Eſt autẽ ſine munitione murorũ licet & vici dicantur ip̃e habitationes vrbis. Dict⁹ autẽ vic⁹ eo ꝙ ſit vice ciuitatis: vel ꝙ vias habeat tm̃ ſine muris. Caſtrũ antiqui dicebãt oppidũ loco altiſſimo ſitũ: quaſi caſam altã: cuius pluralis numerus caſtra: diminutiuũ autẽ caſtellũ eſt: ſiue ꝙ caſtrabatur licẽtia inibi habitantium: ne paſſim vaga hoſti pateret. Pagi ſunt apta ędificiis loca inter agros habitantibus. Hęc & conciliabula dicta a conuentu & ſocietate multoꝝ in vnũ. Competa ſunt vbi vſus ẽ cõuentus fieri ruſticorũ: & dicta cõpeta ꝙ loca multa in agris eodẽ competant: & quo cõuenitur a ruſticis. Suburbana ſunt circuniecta ciuitatis ędificia: quaſi ſub vrbe. Męnia ſunt muri ciuitatis: dicti ab eo ꝙ muniant ciuitatem: quaſi munimenta ciuitatis. i. tutamẽta. Muniũ autẽ dictũ quaſi manufactũ: ſic & muri a munitione dicti: quaſi muniri: eo ꝙ muniant & tueantur interiora vrbis. Męnia autẽ duplicẽ habent ſignificationẽ. Nam interdũ męnia abuſiue dici ſolẽt oia ędificia publica ciuitatis. vt diuidim⁹ muros & męnia pandim⁹ vrbis. Proprie autẽ męnia ſunt tm̃ muri. Murus autẽ turribus ꝓpugnaculiſq; ornatur. Turres vocatę ꝙ teretes ſint & longe. Teres em̃ eſt aliquid rotundũ cũ proceritate: vt colũna. Nam & q̃uis quadratę aut latę cõſtruãtur: procul tm̃ videntibus rotũdę exiſtimãtur. ideo quia om̃e cuiuſq; anguli ſimulacrũ per lõgũ aeris ſpaciũ euaneſcit atq; conſumiẽ: et rotũdũ videẽ. Propugnacula p̃ine muroꝝ ſunt dicta: quia ex his propugnatur. Promurale vero: eo ꝙ ſit ꝓ munitiõe muri. Eſt em̃ murus proximus ante murũ. Porta diciẽ: quia põt importari vel exportari aliquid. Proprie autẽ porta aut vrbis aut caſtroꝝ vocaẽ: ſicut ſuperi⁹ dictum eſt. Vicus vt predictũ eſt: ip̃e habitatiões vrbis ſunt: vnde & vicini dicti. Vię ip̃a ſpacia anguſta q̃ inter vicos ſunt. Plateę ꝑpetuę ac latiores ciuitatũ vię ſunt: iuxta ꝓprietatẽ linguę gręcę a latitudine nuncupatę. Platos em̃ gręci latũ dicũt. Quintanę pars plateę quinta eſt: qua carpentum ꝓgredi põt. Cloacę dictę ꝙ his ꝑcolãtur aquę. Has primũ romę feciſſe dicunt tarquiniũ priſcũ: vt quotiens

pluuiarū iundatio exiſteret: per eas aquę extra ciuitatē emitterentur: ne maximis perpetuiſq; tēpeſtatibus planiciem vel fundamenta vrbiū ſtrages aquarū ſubuerterent. Imbuli: vel quia ſubuolumina ſūt: vel quia ſub his ambulant. Sunt enim porticus hincinde platearū. Forꝰ eſt exercendarum litium locus: a fando dictus: ſiue a foroneo rege qui primꝰ grecis leges dedit. Hęc loca & ꝓroſtra vocātur: ideo ꝙ ex bello punico captis nauibus carthaginenſiū roſtra ablata ſunt & in foro romano prefixa vt eſſet huiꝰ inſigne victorię. Curia dicitur eo ꝙ ibi cura per ſenatū de cūctis adminiſtretur. Pretoriū: eo ꝙ ibi pretor ſedeat ad diſcutiēdū. Gymnaſiū generalis eſt exercitiorū locus. Tamen apud athenas locus erat vbi diſcebatur philoſophia & ſapientię exercebatꝰ ſtudium Nā gymnaſiū grece vocatur quod latine exerciciū dicitꝰ hoc eſt meditatio. Sed & balnea & loca curſorū & athletarū gymnaſia ſunt: eo ꝙ illic oms in ſuę artis ſtudia exercētur. Capitoliū romę vocatū: eo ꝙ fuerit romanæ vrbis & religionis caput ſummū. Alii aiunt cū tarquinius priſcus capitolii fundamenta romę aperiret in loco fundamentu caput hois litteris tuſcis notatū inuenit: & proinde capitoliū appellauit. Arces ſunt partes vrbis excelſę atq; munitę. Nā quęcūq; tutiſſima vrbiū ſūt: ab arcēdo hoſtē arces vocātur. Vnde & arcus & arca. Circū romani dictū putant a circuitu equorū: eo ꝙ ibi circū metas equi currant. Theatrū autē a ſpectaculo nominatum απο του θεασθαι ꝙ in eo populus ſtans deſuper atꝙ ſpectās ludos ſcenicos cōtēplaretur. Amphiteatrū vero vocatū ꝙ ex duobus ſit theatris cōpoſitū. Nā amphiteatrū rotundū eſt: theatrum vero ex medio amphiteatri eſt ſemicirculi figurā habens. Labyrinthꝰ eſt ꝑplexis parietibus ędificiū: qualis eſt apud cretā a dedalo factus: vbi fuit minotaurꝰ incluſus: in quo ſi quis introierit ſine glomere lini: exitū inuenire nō valet. Cuiꝰ ędificii talis eſt ſitus: vt aperientibꝰ fores: tonitruū intꝰ terribile audiatꝰ. Deſcenditur centenis vltra gradibus: intꝰ ſimulacra: & monſtrificę effigies: in partes diuerſas trāſitus inumeri per tenebras: & cetera ad terrorē ingrediētium facta: ita vt de tenebris eius ad lucē venire impoſſibile videatꝰ. Quattuor ſunt autē labyrinthi: primus ęgyptius: ſecūdus creticus: tertius in lemno: quartus in italia: oēs ita conſtructi vt diſſoluere eos nec vlla ſęcula quidem poſſunt. Pharū turris eſt maxima: quā greci & latini cōmune ex ipſius rei vſu pharum appellauerunt: eo ꝙ flāmarū iudicio longe videatur a nauigantibus: qualem ptolomeus iuxta alexandriā cōſtruxiſſe octingentis talentis traditur. Vſus eius eſt nocturno nauium curſui ignes oſtendere: ad pronūcianda vada portuſq; & introitus: ne decepti tenebris nauigātes in ſcopulos incidant. Nam alexandria fallacibus vadis inſidioſus acceſſus habet. Hinc igitur in portubus machinas ad pręlucendi miniſteriū fabricatas pharos dicunt. Nam phos lux eſt: oros viſio dicitꝰ. Vnde & lucifer grece phoſphoros appellatur. Cocleę ſunt altę & rotundę turres: & dictę cocleę quaſi cycleę ꝙ in eis tanq̄ per circulū orbēꝙ conſcēdatꝰ: qualis eſt romæ .clxii. pedibus. Thermæ appellatę ꝙ caleant. Greci eīm thermon calorē vocāt. Balneis vero nomen inditū a lauatione meroris. Nam greci balanion dixerunt ꝙ anxietatem animi tollat. Hæc & gymnaſia dicūtur: quia ibi athletę vncto corpore & perfricato manibꝰ exercitantur. Nā gymnaſiū grece latine exercitū dicitꝰ: gymnos vero nudꝰ. Apodyteriū vbi lauantiū veſtimenta ponūtꝰ: ab exuēdo dictū: απο Δυειν eīm grece exuere dicitꝰ. Popina grecꝰ ſermo eſt qui apud nos propina corrupte dicitꝰ. Eſt aūt locus iuxta balnea publica. vbi poſt lauacrū a fame & ſiti reficiuntꝰ. Vnde & propina & ꝓpinare dicitꝰ. Pina eīm grece famē ſignificat: eo ꝙ hic locus famem tollat. Tabernę olim vocabātur ędiculę plebeiorū paruę & ſimplices in vicis: axibꝰ & tabulis clauſæ: vnde & tabernarię ꝙ ſoleant cōſedere Dictę: ſūt tabernę ꝙ ex tabulis ligniſ ꝙ erant cōſtructę q̄ nūc & ſi nō ſpeciē: nomen tamē priſtinū retinent. Macellū dictū ꝙ ibi mactentur pecora q̄ mercantibus venūdantur. Mercatū aūt a cōmercio nominatū: ibi eīm res vendere vel emere ſolitū eſt: ſicut & teloneum dicitꝰ vbi merces nauiū & nautarū emolumēta redduntꝰ. Ibi eīm vectigalis exactor ſedet: preciū rebꝰ impoſiturus et voce a mercatoribus flagitans. Carcer eſt a quo ꝓhibemur exire: & dictus carcer a coercendo. Hinc frōto vt ꝑgręcari potius amenis locis q̄ coerceri carcere viderentur.

De habitaculis. Cap. III.

Habitatio ab habēdo vocata: vt habitare caſas Domꝰ ex greca appellatione vocata. Nam domata greci tecta dicunt. Eſt aūt domꝰ vnius familię habitatio: ſicut vrbs vnius populi: ſicut orbis domiciliū totiꝰ generis humani. Oīne ędificiū antiqui ędē appellauerunt. Alii ędē ab edendo quīdem ſumpſiſſe nomen exiſtimāt: dantes exemplum de planto. Si vocaſſem vos in edē ad prandiū. Hinc & edificium: eo ꝙ fuit prius ad edendū factū. Aula domus eſt regia: ſiue ſpacioſum habitaculū: porticibuſq; quattuor concluſum. Atrium magna edes eſt ſiue amplior & ſpacioſa domꝰ: & dictū eſt atriū eo ꝙ addātur ei tres porticus extrinſecus. Alii atrium quaſi ab igne & ligno atrum dixerunt. Atrum enim fit ex fumo. Palatiū a palante principe arcadū dictū: in cuius honore arcadas palanteū oppidū cōſtruxerūt: & regiā in ipſius noīe cōditā palatium vocauerunt. Thalamum hac ex cauſa vocatū ferunt. Cum enim raptę fuiſſent a romanis ſabinæ: ex qbꝰ cū vna ante alias ſpecie nobilis cū magna oim admiratione raperetꝰ: thalamoni duci eā oraculo reſponſum eſt dari: & q̄m hę nuptię feliciter ceſſerant: inſtitutū eſt vt in oibus nuptiis thalami nomen iteretur. Egyptii quoq; lingua ſua loca ī quibus nubētes ſuccedūt & incubant: thalamū nominat. Cęnaculū dictū a communione veſcendi: vnde cęnobium congregatio. Antiqui enim publice & in cōmune veſcebantur: nec vllius conuiuiū ſingulare erat: ne ī occulto delicias luxuriā gignerēt. Tricliniū eſt cęnaculū: a tribus lectulis diſcubēdū.

dictum. Apud veteres em̄ in loco vbi cōuiuii apparatus exponebatur tres lectuli ſtrati erant: in qbus diſcūbentes epulabātur. Clinon em̄ grece lectulus vel accubitus dicitur: ex quo confectū eſt vt tricliniū diceref. Cella dicta ꝙ nos occultet & celet. Cubiculum vero ꝙ eo cubemus: ibiq̄ dormientes requieſcamus. Cubile autē cubādi locus eſt. Seceſſus: ꝙ ſit locus ſecretus .i. ſine acceſſu. Diuerſoriū dictum eo ꝙ ex diuerſis viis ibi cōueniatur. Hoſpitiū ſermo grecus eſt: vbi quis ad tēpus hoſpitali iure inhabitat: & iterū inde tranſiēs migrat. Inde & metatū: quia mutatur. Vnde & legif. Et caſtra metati ſunt ꝓ mutauerunt. Nō enim illic permanet exercitus: ſed per tranſit. Meniana dicta ſunt ꝙ maneamus. Mœnianus collega craſſi in foro ꝓiecit materias vt eſſent loca in quibus expectantes inſiſterēt ꝗ ex noīe eius meniana appellata ſunt. Hec & ſolaria quia patent ſoli: poſt hec alii lapide: alii materia edificauere porticibus meniana & foribus & domibus adiecerunt. Tabulata olim linguee domus fiebant. Inde nomen permanet tabulatorum. Apogeum eſt conſtructū ſub terris edificiū: quod nos antrū vel ſpeluncā dicim⁹. Solariū: ꝙ ſoli et aure pateat: qualis fuit locus ī quo dauid berſabeæ lauantem aſpexit & adamauit. Cū hieroſolimā antiochus obſideret hircanus pͥceps iudeoꝝ reſerato dauid ſepulchro tria milia auri talento inde abſtraxit: ex quibus .300. antiocho dedit: vt obſidionem relinqueret: atq̄ vt facti inuidiam demeret. Fertur ex reliqua pecunia inſtituiſſe prim⁹ xenodochia quib⁹ aduentum ſuſciperet paupeꝝ & peregrinorū: vnde & vocabulū ſumpſit. Nā ex greco in latinū xenodochiū peregrinorū ſuſceptio nuncupatur. Vbi autē egrotātes de plateis colligūtur: noſocomiū græce dicitur in quo conſumpta languoribus atq̄ inediis miſerorum membra fouentur.

¶De edificiis ſacris. Cap. IIII.

SAcra ſunt loca diuinis cultibus inſtituta: vt pote ea in quibus altaria litantibus de more pontificibus conſecrantur. Sctā iuxta veteres exteriora tēpli ſūt. Sācta aūt ſctōꝝ locus tēpli ſecretior: ad quē nulli erat acceſſus niſi tm̄ ſacerdotibus. Dicta aūt ſancta ſctōꝝ: quia exteriori oraculo ſanctiora ſunt: vel quia ſanctorū cōparatione ſanctiora ſunt ſicut cantica canticorum: quia cantica vniuerſa precellunt. Sanctum autē a ſanguine hoſtie nuncupatū. Nihil enim ſanctū apud veteres dicebaf: niſi quod hoſtie ſanguine eſſet conſecratū aut conſperſum. Item ſanctū qđ extat eſſe ſancitū. Sancire autē eſt confirmare & irrogatione pene ab iniuria defēdere: ſic & leges ſancte & mores ſancti eſſe dicunf. Propitiatoriū: oraculū inter duo cherubin. Et dictum propitiatoriū: quaſi propitiationis oratoriū. Propitiatio enim placatio eſt. Oracula dicta eo ꝙ inde reſponſa reddunf: & oracula ab ore dicta. Penetralia ſecreta ſunt oraculorum: & penetralia dicta ſunt ab eo ꝙ eſt penitus: hoc eſt pene intus. Oratorium orationi tm̄ eſt conſecratū in quo nemo aliud agere debet: niſi ad quod eſt factū: vnde & nomen accepit. Monaſterium vnius monachi habitatio eſt. Mono enim apud grecos ſolus: ſterium ſtatio .i. ſolitarii habitatio. Cenobiū ex greco & latino videtur eſſe compoſitū. Eſt enim habitaculū plurimoꝝ in cōmune viuentiū. Ceno enim grece cōmune dicif. Templi nomē generale: pro locis enim quibuſcūq̄ magnis antiqui templa dicebāt. Et templa dicta quaſi tecta ampla: ſed & locus deſignatus ad orientē: a contēplatione tēplū dicebatur. Cuius partes quattuor erant: antica ad ortum: poſtica ad occaſum: ſiniſtra ad ſeptētrionē: dextra ad meridiē ſpectans. Vnde & quādo templū cōſtruebant: orientē ſpectabant equinoctialē: ita vt linee ab ortu ad occidentē miſſe fierent partes celi: dextra ſiniſtra equales: vt q cōſuleret ac deprecaretur: rectū aſpiceret oriētē. Fana dicta a faunis quibus tēpla error gentiliū conſtruebat: vnde & conſulentes demonū reſponſa audirēt. Delubra veteres dicebant templa fontes habentia: quib⁹ ante ingreſſum diluebantur: & appellari delubra a diluendo. Ipſe nūc ſunt edes cum ſacris fontibus in quib⁹ fideles regenerat purificanf: & bene quodā ꝓſagio delubra ſunt appellata: ſunt enī in ablutionē peccatorū. Fons autē in delubris: locus regeneratoꝝ eſt in quo ſeptē gradus in ſpirit⁹ ſancti myſterio formantur: tres in deſcenſu: & tres in aſcenſu. Septimus vero is eſt qui et quartus .i. ſimilis filio hominis: extinguēs fornacē ignis: ſtabilimentum pedum fundamentum aque: in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Baſilice prius vocabantur regū habitacula: vnde & nomen habent. Nam baſileus rex: & baſilice regie habitationes. Nunc autem ideo diuina tēpla baſilice nominātur: quia ibi regi oium deo cultus & ſacrificia offeruntur. Martyriū locus martyris greca deriuatione: eo ꝙ in memoriam martyris ſit conſtructū: vel ꝙ ſepulchra ſanctorū ibi ſint martyriū. Arā quidā vocatam dixerunt ꝙ ibi incenſe victime ardeāt. Alii aras dicunt a ꝓcationibus .i. quas greci aras vocant: vnde contra imꝓcatio ſatura dicif. Alii volunt ab altitudine aras ſed male. Altare autē ab altitudine conſtat eſſe nominatum: quaſi alta ara. Pulpitū ꝙ in eo lector vel pſalmiſta poſitus in publico cōſpici a populo poſſit: quo liberius audiatur. Tribunal: eo ꝙ inde a ſacerdote tribuanf precepta viuendi. Eſt enim locus in ſublimi conſtitut⁹: vn̄ vniuerſa exaudiri poſſint. Alias tribunal a tribubus denominatum: ꝙ ad illum tribus cōuocetur. Analogiū dictum: ꝙ ſermo inde predicef. Nam logos grece ſermo dicitur: ꝙ & ipſum altius ſitum eſt.

¶De repoſitoriis. Cap. V.

SAcrarium proprie eſt locus templi in quo ſacra reponūtur: ſicut donariū eſt in quo collocanf oblata: ſicut lectiſternia dicūf vbi hoīes ſedere conſueuerunt. Ab inferēdis igif & deportandis ſacris ſacrarium nuncupatur. Donaria vero eo ꝙ ibi dona reponantur: ꝗ in templis offerri conſueuerunt: erariū vocatum: quia prius es ſignatū ibi recōdebatur. Hoc enim olim in vſu erat: auro argētoq̄ nondū ſignato: ex quorū metallis ꝗuis poſtea facta fuiſſet

pecunia:nomen tamen erarii permanſit: ab eo metallo
vnde pecunia initium ſumpſit. Armarium locus eſt vbi
quarũcũq; artium inſtrumenta ponuntur. Armamen-
tarium vero vbi tm̃ tela armorũ. vnde Iuuenalis. Quic-
quid habent telorum armamentaria celi. Dicta autem
vtraq; ab armis:id eſt brachiis. quibus exercent̃. Biblio
theca eſt locus vbi reponuntur libri. Biblio em̃ grece li
ber. theca repoſitoriũ dicitur. Promptuarium dictũ eo
ꝙ inde neceſſaria victui promũtur. i. proferuntur. Cel-
larium dictũ: ꝙ in eo colligantur miniſteria mẽſarum
vel q̃ neceſſaria victui ſuperſunt. Inter promptuarium
autẽ & cellarium hoc intereſt: ꝙ cellarium eſt paucorũ
dierum: promptuarium vero temporis longi. Apothe-
ca autẽ vel horrea a greco verbum ex verbo repoſitoria
vel reconditoria dici poſſunt: eo ꝙ in his homines ela-
boratas fruges reponũt. Vnde & enthicã greco ſermo
ne repoſitam rei copioſam ſubſtantiã appellamus.

¶ De operatiis. Cap. VI.

ERgaſteriũ locus eſt vbi op⁹ aliquod fit. Gre
co em̃ ſermone erga opa: ſterio ſtatio. i. ope
raria ſtatio. Ergaſtula quoq; & ipſa a greco
vocabulo nũcupant̃: vbi deputant̃ noxii ad
aliquod opus faciendũ: vt ſolent gladiatores & exules
qui marmora ſecant. & tamẽ vinculorum cuſtodiis alli
gati ſunt. Gynecium grece dictũ eo ꝙ ibi conuent⁹ foe
minarũ ad opus lanificii exercendum conueniat. Mu-
lier enim grece γυνη nuncupatur. Piſtrinum quaſi pili-
ſtrinum: quia pilo antea tundebant granum. Vnde &
apud veteres nõ molitores ſed piſtores dicti ſunt quaſi
pinſores a pinſendis granis frumenti. Mole enim vſus
nondum erat: ſed granũ pilo pinſebant. vnde & Virgi-
lius. Nunc torrete igni fruges: nunc frãgite ſaxo. Cliba-
nus fornax a cliuo dictus: ab eo ꝙ in erectione ſit colle
ctus. Cliuũ enim aſcenſum dicimus flexuoſum. Furn⁹
per deriuationem a farre dictus: quoniã panis ex eo fa-
ctus ibi coquitur. Torcular dictũ: eo ꝙ ibi vue calcẽtur
atq; extorte exprimantur. Forus eſt locus vbi vua calca
tur: dictus ꝙ ibi feratur vua: vel propter ꝙ vua feriatur
pedib⁹: vnde & calcatoriũ dicitur. Sed hoc nomẽ mul-
ta ſignificat. Prima ſpecies fori loc⁹ eſt in ciuitate ad ex
ercendas nundinas relictus. Secunda vbi magiſtrat⁹ iu-
dicare ſolet. Tertia quã ſupra diximus: quã calcatorium
nominamus. Quarta ſpacia plana in nauibus: de quib⁹
Virgilius. Laxatq; foros. Lacus dict⁹ ꝙ ibi decurrit fru
gum liquor.

¶ De aditibus. Cap. VII.

ADitus ab eũdo dict⁹: ꝑ quẽ igredimur & ad-
mittimur. Veſtibulũ eſt vel adit⁹ dom⁹ pri-
uate: vel ſpaciũ adiacens edibus publicis. Et
veſtibulum dictũ: eo ꝙ eo veſtiuntur fores
aut ꝙ aditũ tecto veſtiat: aut ab ſtando. Porticus dictus
ꝙ tranſitus ſit magis q̃ ibi ſtandũ ſit quaſi porta & por-
tic⁹ eo ꝙ ſit aperta. Ianua a iano quodam appellatur cui
gentiles omnem introitum vel exitum ſacrauerunt: vñ
Lucanus. Ferrea belligeri compeſcant limina iani. Eſt
autẽ ianua primus domus ingreſſus: cetera inter ianuã
oſtia vocantur generaliter. Oſtium aũt eſt per quod ab
aliquo arcemur ingreſſu ab obſtãdo dictũ: ſiue oſtium
quia oſtendit aliquid intus. Alii aiunt oſtium appellari:
quia hoſtem moraẽ. Ibi em̃ aduerſariis nos obiicimus.
Hinc et oſtia tyberina: quia hoſtibus ſunt oppoſita. Fo-
res & value claustra ſunt. Sed fores dicuntur q̃ foras: val
ue q̃ intus reuoluuntur: & duplices cõplicabileſq; ſunt
ſed generaliter vſ⁹ vocabula iſta corrumpit: clauſtra ab
eo ꝙ claudantur dicta. Feneſtre ſunt quibus pars exteri
or anguſta & interior diffuſa eſt: quales in horreis vide-
mus: dicte eo ꝙ lucẽ fenerẽtur. Lux em̃ grece fos dicit̃
vel quia ꝑ eas itus poſitus: homo foras videt. Alii fene-
ſtram putant dictã eo ꝙ domui lucẽ miniſtret: cõpoſi-
tum nomẽ ex greco latinoq; ſermõe. Fos em̃ graece lux
eſt. Cardo eſt locus in quo oſtiũ vertitur & ſemꝑ moue-
tur: dictus ἀπὸ τῆς καρδίας: quod quaſi cor hoiem
totũ: ita ille cune⁹ ianuã regat ac moueat. Vnde & pro-
uerbiale eſt: in cardine rem eſſe. Limina oſtiorum dicta eo
ꝙ tranſuerſa ſint vt limes: & ꝑ ea ſicut i agro aut itroeat̃
aut foris eatur. Poſtes & antes quaſi poſt & ante ſtãtes.
Et antes qa añ ſtant: vel qa antea ad eas accedim⁹ priuſq̃
domũ ingrediamur. Poſtes eo ꝙ poſt oſtium ſtent.

¶ De partibus edificiorum. Cap. VIII.

FVndamentũ dictũ ꝙ fundus ſit dom⁹. Idẽ &
cementũ: a cedendo dictũ: ꝙ craſſo lapide fur
gat. Paries nũcupat⁹: qa ſemꝑ duo ſũt pares
vel a fronte vel a latere. Siue em̃ tetragonũ ſi-
ue hexagonũ ſit: qui ſe conſpiciũt ex pari erunt. Aliter
em̃ ſtructura facta deformis eſt. Parietinas dicim⁹: qua-
ſi parietũ ruinas: ſunt em̃ parietes ſtantes ſine tecto: & ſi
ne habitantib⁹. Angulus ꝙ duos parietes in vnũ coniũ
gat. Culmina dicta ſunt: quia apud antiquos tecta cul-
mo tegebãtur: vt nũc ruſtica. Hinc tecti ſummitas cul-
men dicitur. Camere ſunt volumina introrſum reſpici-
entia: appellate a curuo. Camur em̃ grece curuũ eſt. La-
quearia ſunt: q̃ camerã ſubtegunt & ornant q̃ & lacuna-
ria dicũt̃ ꝙ lacos quoſdã quadratos vel rotũdos ligno
vel gypſo vel coloribus habeãt depictos cũ ſignis iter-
micantibus. Principaliter autẽ lacus dicit̃: vt Lucilius.
Reſultãt edeſq; lacuſq;. Cuius diminutio lacunar facit:
vt Horatius Neq; aureũ mea renidet in domo lacunar.
Inde fit alia diminutio lacunariũ & per antiſticon laqua
riũ facit. Abſida greco ſermone latine interpretat̃ luci
da: eo ꝙ lumine accepto per arcũ reſplendeat. Sed vtrũ
abſidã an abſidẽ dicere debeamus: hoc verbi genus am
biguũ quidã doctorum exiſtimant. Teſtudo eſt camera tẽ
pli obliqua. Nam in modum teſtudinis veteres tẽplorum
tecta faciebant: que ideo ſic fiebant vt celi imaginẽ red-
deret: quod conſtat eſſe conuexũ. Alii teſtudinẽ volunt
eſſe locum in parte atrii aduerſum venientibus. Arcus
edificiorũ dicti ꝙ ſint arta concluſione curuati. Ipſi &
fornices. Pauimenta originẽ apud grecos habẽt elabo
rata arte picturae. Lithoſtrata paruulis cruſtis: ac teſſellis

tinctis in varios colores: vocata autē pauimenta: eo φ pauiantur.i.cędantur. Vnde & pauor: quia cœdit cor. Oſtracus eſt pauimentū teſtaceū: eo φ fractis teſtis calce admixto feriatur. Teſta enim gręci oſtra dicunt. Cōpluuiū dictū: quia aq̄ partes q̄ circa ſunt: conueniūt. Teſelle ſunt e quibus domicilia ſternūtur: a teſſeris nominata.i.quadratis lapillis per diminutionē. Baſes fulturę ſunt colūnarū: q̄ a fundamento conſurgunt & ſuppoſitę fabricę ſuſtinent pondus. Baſes autē nomē petrę eſt fortiſſime ſyro ſermone. Colūnę pro lōgitudine & rotunditate vocate: in quibus totius fabricę pondus erigitur. Antiqua ratio erat colūnarum altitudinis: tertia pars latitudinum. Genera rotundarū quattuor: doricæ: ionicę: tuſcanicę: corintheę: menſura groſſitudinis & altitudinis inter ſe diſtantes. Quintū genus eſt earū quę vocantur atticę: quaternis angulis: aut amplius paribus laterum interuallis. Capitoria dicta φ ſint colūnarum capita: ſicut ſuper collū caput. Epyſtilia ſunt q̄ ſup capitella colūnarum ponūtur: & eſt gręcum.i.ſupermiſſa. Tegulę φ tegant ędes: & imbrices φ accipiant imbres. Lateres a laterculi φ lati formenſ circunactis vndiq; quattuor tabulis. Canalis dicta ab eo φ caua ſit in modū canę. Sane canalē melius gñe fœminino q̄ maſculino ꝓferimus. Fiſtulę aquarū ſunt dictę: φ aq̄s fundāt & emittant. Nā ſtola gręce mittere eſt. Forme earū pro magnitudine aquę & capacitatis modo fiunt.

¶ De munitionibus. Cap̄.IX.

MVnitū vel munimentū dictū quia manu eſt factū. Coors vocata: vel φ coartet cūcta q̄ interi⁹ ſunt.i.cōcludat: vł φ coarceat obiectu ſuo extraneos & adire ꝓhibeat. Vallū eſt qd̄ mole terrę erigitur: vt cuſtodia pretendatur. Dictū aūt vallum a vallis. Nam valli fuſtes ſunt quibus vallū munitur. Et valli dicti φ figantur & euellantur. Interualla ſpacia ſunt inter capita vallorū.i. ſtipitum quibus vallū fit: vnde & cętera quoq; ſpacia dicuntur a ſtipitibus ſcilicet. Agger ē cuiuſlibet rei aceruatio vnde foſſę aut valles poſſunt repleri. Agger proprie dicitur terra aggeſta quę vallo facto propius ponitur: ſed abuſiue & muros & munimenta oīa aggerem dicim⁹. Macerie ſunt parietes longi: quibus vineę aliquę clauduntur. Longum eñ gręci macron dicunt. Formatum ſiue formatiū in africa vel hiſpania parietes de terra appellāt: quoniā in forma circūdatis duabus vtrinq; tabulis inferuntur magis q̄ inſtruuntur. Eiuſmodi durant incorrupti ventis ignibuſq;: omni cemento fortiores. Sepes munimēta ſatorum ſunt vñ & appellatę. Caulas munimēta ouiū vel ſepimēta ouiliū. Eſt eñ gręcū nomē c detracta. Nā gręci aulas vocāt aialium receptacula.

¶ De tentoriis. Cap̄.X.

TAbernacula tentoria ſunt militū quibus in itinere ſolis ardores tempeſtateſq; imbriū frigoriſq; iniurias vitant. Dicta aūt tabernacula φ cortinę diſtentę funib⁹ tabulis interſtaptib⁹ appēderenſ quę tētoria ſuſtinerent. Tētoriū vocatum eo φ tendatur funibus atq; palis: vnde & hodie ꝓtendere dicuntur. Papiliones vocantur a ſimilitudine paruuli animalis volantis: quod maxime abundat florētibus maluis. Hę ſunt auiculę q̄ lumine accenſo conueniunt: & circa volitantes ab igne proxime interire coguntur.

¶ De ſepulchris. Cap̄.XI.

SEpulchrū a ſepulto dictū. Prius aūt quiſq; in domo ſua ſepeliebatur. Poſtea vetitū eſt legibus fetore ipſo corporea viuētiū contacta inficerētur. Monumētū ideo nūcupaſ eo φ mentē moneat ad defūcti memoriā. Cū eñ non videris monumētū obliuiſceris mortuū: hoc eſt illud qd̄ ſcriptum eſt. Excidi tanq̄ mortuus a corde. Cum autem videris monet mentē & ad memoriā te reducit: vt mortuum recorderis. Monumenta itaq; & memoriæ: pro mentis admonitione dictæ. Tumulus dictus quaſi tumens tellus. Sarcophagus gręcū nomen ē eo φ ibi corpora aſſumantur. σαρξ enim gręce caro. φαγειν comedere diciſ. Mauſolea ſunt ſepulchra ſeu monumenta regū a mauſoleo rege ęgyptioꝝ dicta. Nam eo defūcto vxor eius mirę magnitudinis & pulchritudinis extruxit ſepulchrum: intantū vt vſq; hodie omia monumenta ꝓcioſa ex nomine eius mauſolea nuncupantur. Pyramides eſt gen⁹ ſepulchroꝝ quadratū & faſtigiatū vltra omnē celſitudinē: q̄ fieri manu poſſit: vnde & mēſuram vmbrarum egreſſę nullā habere vmbrā dicūtur. Tali autē ędificio ſurgunt: vt a lato incipiāt & in anguſto finianſ: ſicut ignis. Pyr eñ diciſ ignis: has ęgipt⁹ habet. Apud maiores eñ potētes aut ſub montibus aut in montib⁹ ſepeliebantur. Inde tractū eſt vt ſup cadauera aut pyramides fierēt: aut ingētes colūnæ collocarētur.

¶ De ędificiis ruſticis. Cap̄.XII.

CAſa eſt agreſte habitaculū palis atq; virgultis arundinib⁹q; cōtextū quib⁹ poſſint hoies tueri a vi frigoris vel caloris iiuria. Tuguriū caſula ē quā faciūt ſibi cuſtodes vinearū ad tegimē ſui: q̄ſi teguriū ſiue ꝓpter ardorē ſolis & radios declinādos: ſiue vt inde vel hoies vel beſtiolas q̄ iſidiari ſolent natis frugib⁹ abigāt. Hāc ruſtici capānā vocant: φ vnū tm̄ capiat. Teſcua quidā putant eſſe tuguria: quidā loca ꝓrupta & aſpera. Magalia ędificia numidarū agreſtium: oblonga in curuis lateribus tecta: quaſi nauiū carinę ſint: ſiue rotunda i modum furnorum. Et magalia dicta quaſi magaria: quia magar punici nouā villam dicunt: vna littera cōmutata l pro r magaria teguria.

¶ De agris. Cap̄.XIII.

AGer latine appellari dicitur eo φ in eo agāt aliqd. Alii agrū ex gręco noiari manifeſti⁹ credūt: vnde & villa gręce coragros dicitur. Villa a vallo.i.aggere terrę nūcupata qd̄ ꝓ limite cōſtitui ſolz. Poſſeſſiões ſūt agri late patētes publici priuatiq; quos initio nō mancipatione: ſed quiſq; vt potuit occupauit atq; poſſedit: vnde & nuncupati. Fundus dictus φ eo fundatur vel ſtabiliatur patrimoniū


Fundus autē et vrbanū ędificiū & ruſticū itelligēdū eſt Prędiū dictū ꝙ ex oibꝰ patrifamilias maxime ꝓuidet .i.apparet:quaſi ꝓuidiū: vel ꝙ antiq agros quos bello ceperāt vt ꝑde noie habebāt. Ois autē ager vt varro docet quadrifariꝰ diuidit. Aut eni aruꝰ ē ager.i.ſationalis: aut cōſitꝰ.i.aptꝰ arboribus aut paſcuꝰ q herbis tm̄ & aialibus vacat:aut florēꝰ:qđ ſunt orti apibꝰ congruentes et floribꝰ: qđ etiā Virgiliꝰ in quattuor libris georgicorū ſecutꝰ eſt. Rura veteres icultos agros dicebāt.i.ſiluas & paſcua:agrū vero q colebat. Nā rus eſt quo mel:quo lac quo pecꝰ haberi pōt:vn̄ & ruſticꝰ noiatur. Hęc agreſtiū prima & ocioſa fęlicitas. Seges ager ē in quo ſerit:vn̄ & Virgiliꝰ. Illa ſeges demū votis reſpōdit auari agricolę. Cōpaſcuus ager dictꝰ:qa diuiſoribꝰ agrorū relictꝰ ē:ad paſcēdū cōiter vicinis. Alluuiꝰ ager ē quē paulatim fluuius in agrū reddit. Arcifiniꝰ ager dictꝰ ē:qa certis linearū mēſuris nō cōtinet:ſ; arcent fines eiꝰ obiectu fluminū mōtiū:arborꝝ:vn̄ & i his agris nihil ſubſeciuorꝝ interuenit. Noualis ager ē primū ꝓſciſſus:ſiue qa alternis ānis vacat nouādarū ſibi viriū cā. Noualia em̄ ſemel cū fructu erūt:& ſemel vacua. Squalidꝰ ager q̄ſi excolidus ꝙ iā a cultura exierit:ſicut excōſul ꝙ a cōſulatu diſceſſerit. Vliginoſus ager ē ſemp vuidꝰ. Nā vuidus dicit qui aliqn̄ ſiccat. Vligo em̄ humor terrę ē naturalis ab ea nūq̄ recedēs. Subſeciua ſunt proprie q̄ ſutor de materia ꝑcidēs q̄ſi ſupuacua abiicit. Inde & ſubſeciui agri quos i ꝑtica diuiſos recuſāt q̄ſi ſteriles vł paluſtres. Itē ſubſeciua q̄ i diuiſura agri nō efficiūt centuriā.i.iugera.cc. Area dicit tabularū eq̄litas. Dicta aūt area a planicie atqꝫ ęqualitate:vn̄ & ara. Alii areā vocatā dicūt ꝙ pro triturādis frugibꝰ eradat:vel ꝙ nō trituret i ea niſi arida. Pratū eſt cuiꝰ fęni copia armēta tuet:cui veteres romani nomen i diderūt:ab eo ꝙ ꝓtinꝰ ſit patū:nec magnū laborē culturę deſideret. Prata aūt ſunt q̄ ſecari pn̄t. Paludes dictę a pale paſtorali dea ꝙ paleas.i.pabula nutriant iumentorum.

De finibus agrorum. Cap.XIIII.


Fines dicti eo ꝙ agri funiculis ſint diuiſi. Mēſurarū em̄ linee i terrarū partitiōe tēdūt vt diſmēſionis ęqualitas teneat. Limites appellati antiquo verbo trāſuerſi. Nā trāſuerſa oia ātiq lima dicebāt:a quo & limia oſtiorꝝ ꝑ q̄ foras & itroit:& limites q ꝑ eos i agros foras eat. Hic & limꝰ vocabulū accipit cigulū quo ſerui publici cigebant obliq̄ purpura. Termini dicti ꝙ terrę mēſuras diſtiguūt atqꝫ declarāt. His em̄ teſtimonia finiū itelligūt:& agrorꝝ cōtētio & certamē aufert. Limites maximi in agris duo ſūt:cardo & decumanꝰ. Cardo q a ſeptētrione directꝰ a cardine cęli ē. Nā ſine dubio cęlū vertit i ſeptētrionali orbe. Decumanꝰ ē q ab oriēte in occidentē ꝑ trāſuerſū dirigit:q ꝑ eo ꝙ formā.x.faciat decumanꝰ ē appellatꝰ. Ager em̄ bis diuiſus figurā denarii numeri efficit. Arca ab arcendo vocata. Fines em̄ agri cuſtodit eoſqꝫ adire prohibet. Trifiniū dictū eo ꝙ triū poſſeſſionū fines aſtrigit. Hic & quadrifinium ꝙ quattuor. Reliqui limites anguſtiores & inter ſe diſtant imparibus interuallis & nominibꝰ deſignatis.

De menſuris agrorꝝ. Cap.XV.


Menſura eſt quicquid pōdere capacitate:longitudine:altitudine:latitudine:animoqꝫ finitur. Maiores itaqꝫ orbē in partibꝰ: partes in ꝓuinciis:ꝓuincias in regionibꝰ:regiones in locis:loca i territoriis:territoria i agris:agros i cēturiis:centurias in iugeribus:iugera in climatibꝰ:deinde climata in actus:ꝑticas:paſſus: gradus: cubitos: pedes: palmos:vncias:& digitos diuiſerunt. Tanta em̄ fuit eorum ſolertia. Digitus eſt pars minima agreſtiū mēſurarum. Inde vncia habens digitos tres. Palmus autē quattuor digitos habet:pes ſexdecim digitos:paſſus pedes quinqꝫ:ꝑtica paſſus duos.i.pedes.x. Pertica autē a portando dicta:quaſi portica. Oēs autē precedentes menſurę in corpore ſunt:vt palmus:pes:paſſus: & reliqua: ſola pertica portatur. Eſt em̄ decem pedum inſtar calami in ezechiele templum menſurantis ita.



Actus minimus eſt latitudine pedum.iiii. longitudine.c.xl.ita




Climata quoqꝫ vndiqꝫ verſum habent pedes.lx.ita




Actus quadratus vndiqꝫ finitur pedibus c.xx.ita.

Hunc bethyci arapennē dicūt:ab arādo ſcilicet.




Actus duplicatꝰ iugerū facit & ab eo ꝙ ē iūctū iugeri nomē accepit.

Iugerū autē cōſtat longitudine pedum.cc.xl.latitudine.c.xx.ita



Actum prouincię bethycę ruſtici agrum vocant. Porcā.i.bethyci.xxx. pedū latitudine.& lxxx.lōgitudine diffiniunt ita.



❡Sed porca eſt quę in arando extat: quod defoſſum ē lyra. At galli candetũ appellant in areis vrbanis ſpaciũ c. pedum: quaſi centecum. In agreſtibus autem pedum cl. quadratorũ iuſtum candetum vocant. Porro ſtadialis ager habʒ paſſ⁹ cxxv. i. pedes, ccccccxxv. cui⁹ mẽſura octies cõputata miliariũ facit: q cõſtat. v. milia pedibus Centuria autem ager eſt ducentorũ iugerũ qui apud antiquos a centum iugeribus vocabať: ſed poſtea duplicata eſt menſura: nomẽq; priſtinum retinuit. In numero enim cẽturię multiplicatę ſunt: nomẽ tñ nõ ꝑdiderunt

❡De itineribus. Cap. xvi.

MEnſuras viatũ nos miliaria dicimus: græci ſtadia galli leuuas: ęgyptii ſignes: pſę paſãgas. Sũt aũt ꝓprio queq; ſpacio. Miliarium mille paſſib⁹ terminať & dictũ miliariũ quaſi mille adium: habens pedes quinq; milia. Leuua finiť paſſibus mille quingentis. Stadium octaua pars miliarii eſt: cõſtans paſſib⁹. cxxv. Hoc primũ herculẽ ſtatuiſſe dicunt: eũq; eo ſpacio determinaſſe quod ipſe ſub vno ſpiritu confeciſſet: ac proinde ſtadiũ appellaſſet: qm̃ in fine reſpiraſſet: ſimul et ſtetiſſet. Via eſt qua põt ire vehiculum: & via dicta a vehiculorum incurſu. Nam duos actus capit ꝓpter euntiũ & venientiũ vehiculoꝝ occurſum. Oĩs aũt via aut publica eſt: aut priuata. Publica eſt quę in ſolo publico eſt quę inter actus populo patent. Hæc aut ad mare: aut ad oppida pertinet. Priuata ē que vicino municipio data eſt. Strata dicta quaſi vulgi pedibus trita. Lucretius. Strataq; iã vulgi peidbus detrita viarum. Ipſa eſt & dilapidata. i. lapidibus ſtrata. Primi autem pœni dicunť lapidibus vias ſtrauiſſe: poſtea romani eas per oẽm ꝑpene orbẽ diſpoſuerũt: ꝓpter rectitudinẽ itinerũ: & ne plebs eſſet ocioſa. Agger eſt media ſtratę eminẽtia coaceruatis lapidib⁹ ſtrata: ab aggere. i. coaceruatiõe dicta: quã hiſtorici viã miliarẽ dicũt: vt qualis ſæpe vię deprępẽſus in aggere ſerpens. Iter velit⁹ eſt via qua iri ab hoĩe quaqua verſũ põt. Iter aũt & itiner diuerſam habẽt ſignificationem. Iter eni eſt locus trãſitu facilis: vnde & appellam⁹ aditũ. Itiner aũt eſt itus longę vię & ipſe labor ambulãdi: vt quo velis ꝑuenias. Semita itineris dimidiũ eſt: a ſemi itu dicta: Semita aũt hoĩʒ eſt: callis ferarũ & pecudum. Callis eſt iter pecudũ inter mõtes anguſtũ & tritũ: a callo pedũ vocatũ ſiue callo pecudũ perduratum. Tramites ſũt trãſuerſa in agris itinera ſiue recta via dicti ꝙ trãſmittant. Diuortia ſũt flexus viarum: hoc eſt vię in diuerſa tendẽtes: eadẽ diuerticula ſunt: hoc eſt diuerſę ac diuiſę vię ſiue ſemitę trãſuerſę: quæ ſunt alterę vię. Biuiũ quia duplex eſt via. Cõpeta quia plures in ea competunt vię: quaſi triuię: quatriuię. Ambitus inter vicinoꝝ ędificia locus duoꝝ pedũ & ſemipedis: ad circũeundi facultatem relictus: & ab ambulando dictus. Orbita veſtigium carri ab orbe rotę dicta Porro actus quo pecus agi ſolet. Cliuoſum iter flexuoſum. Veſtigia ſunt pedum ſigna primis plãtis expreſſa vocata ꝙ bis vię pręcurrentium inſigenť: ideſt cognoſcantur.

❡Incipit liber ſextuſdecimus.

❡De puluenibus & glebis terrę. Cap. I.

PVluis dict⁹ ꝙ vi & venti pellať. Tollitur eni eius flatu nec reſiſtit nec ſtare nouit ſicut ait propheta. Tanq̃ puluis quẽ proiicit ventus a facie terrę. Limus vocatus ꝙ lenis ſit. Cœnum eſt vorago luti. Cinis ex incendio dicitur. Ab eo ei fit fauilla ꝙ per ignẽ effecta ſit. Nã fos ignis eſt. Gleba: ꝙ ſit globus. Pulueris enim collectione cõpingiť & in vno glomere adunatur. Terra autem ligata gleba eſt: ſoluta puluis. Labina eo ꝙ ambulantibus lapſum inferat: dicta ꝑ deriuationem a labe. Lutum vocatum quidam per antiphraſin putant: ꝙ non ſit mundum. Nam omne lotum mundum eſt. Volutabra appellata: ꝙ ibi apri volutentur. Vligo ſordes limi vel aquę ſunt. Sabulũ leuiſſimũ terrę genus. Argylla ab argis vocata apud quos primũ ex ea vaſa cõfecta ſunt. Creta ab inſula creta vbi melior eſt. Creta cymolia: candida eſt: a cymea italię inſula dicta: quarum altera veſtimentorum præcioſos colores emollit: & confricato ſulphurę: quodam nitore exhilarat: altera gemmis nitorem pręſtat. Creta argentarea: & ipſa candida appellata: eo ꝙ nitorem argento reddat. Terra ſamia a ſamo inſula dicta: glutinoſa: & cãdida & linguæ lenis: medicamentis & vaſculis neceſſaria. Puluis puteolanus in puteolanis italię colligitur collibus: opponiturq; ad ſuſtinenda maria: fluctuſq; frangẽdos Nam merſus aquis protinus lapis fit: vndiſq; quotidie fortior effectus in ſaxum mutatur: ſicut agrylla igne in lapidem vertitur. Sulphur vocatum quia igne accenditur. Vr enim ignis eſt. Nam vis eius in aquis feruentib⁹ ſentitur: nec alia res facilius accẽditur. Naſcitur in inſulis ęoliis: inter ſiciliam & italiã: quas ardere dicũt. Inuenitur & in aliis locis effoſſũ. Huius gña quattuor. Vnuʒ quod foditur tranſlucetq; & viret: quo ſolo ex omnib⁹ medici vtuntur. Alterum quod appellant glebam: vſibus tantũ fullonum familiare. Terciũ liquor eſt. vſ⁹ ei⁹ ad lanas ſuffiendas: quoniam candorem molliciemq; pręſtat. Quartum ad lychina cõficienda maxime aptũ. Sulphuris tanta vis eſt vt morbos comitiales depręhẽdat nitore ſuo impoſitus ignibus ardeſcens in calice vini: prunaq; ſubdita circũferẽs exardeſcentibus repcuſſo pallorem dirum velut defunctorum effundit.

❡De glebis ex aqua Cap. II.

BItumen in iudeę lacu aſphaltide emergit: cuius gleba ſupernatãtes nautę ſcaphis appropinquãteſ colligũt. In ſyria aũt limus eſt paſſim a terra exęſtuãs. Spiſſatura aũt vtraq; & dẽſitate coeunt. et vtraq; gręci ſpiſſa aſphalton appellant. Natura eius ardens: et igniũ cognata: et neq; aqua neq; ferro rũpitur: niſi ſolis mulieribus inquinamẽtis: vtilis ad cõpages nauiũ. Alumẽ vocatum a lumine ꝙ lumẽ colorib⁹ pręſtat tĩgẽdis. Eſt aũt ſalſugo terrę: efficiturq; hyeme ex aqua et limo: et ęſtiuis ſolib⁹ maturať. Hui⁹ ſpecies duę ſunt: liq̃dũ et ſpiſſum. Sal quidã dictũ putant ꝙ in

igne exiliat. Fugit enim ignē dum ſit igneus: ſed naturā ſequitur: quia ignis & aqua ſemp inter ſe inimica ſunt. Alii ſal a ſalo & ſole vocatū exiſtimant. Nam aquis maris ſpōte gignitur ſpuma in extremis littoribus vel ſcopulis derelicta & ſole decocta. Sunt & lacus & flumina & putei e quib⁹ haurit̄: dehinc in ſalinis inde geſtus ſole ſiccatur: ſed & flumina denſant̄ in ſale: amne reliquo ſub gelu fluēte. Alibi quoq; detractis harenis colligit̄: creſcēs cū lunę noctibus: nam in cyrenea hāmoniacus ſub harenis inuenit̄. Sunt & mōtes natiui ſalis in qbus ferro cęditur: vt lapis renaſcēs maius tantę alicubi duricię: vt muros domoſq; maſſis ſalis faciāt: ſicut i arabia In natura quoq; ſalis differētiæ ſunt. Nam alibi ſuauis alibi ſalſiſſimus: cōmune ſal in igne crepitat. Tragaſeū: nec crepitat in igne nec exilit. Agrigentinum ſicilię flāmis patiens: in aqua exilit: in igne fluit contra naturam Sunt & colorū differētię. Mēphiticus rufus eſt. In parte quadā ſicilię vbi ętna mons eſt purpureus. Item i eadem ſicilia in pachyno adeo ſplēdidus & lucidus vt imagines reddat. In cappadocia crocinus effodit̄. Salis natura neceſſaria eſt ad oēm eſcam. Pulmētis ei ſaporem dat: excitat auiditatē: & appetitū in omnibus cibis facit. ex eo quippe omnis victus delectatio & ſumma ilaritas. Hic & ſal⁹ nomē accepiſſe putat̄. Nihil enim vtilius ſale & ſole. Denicq; comea videmus corpora nauticorū: quin etiā pecudes. armēta & iumēta ſale maxime puocātur ad paſtū: multū largiores lacte multoq; gratiores caſei dote. Corpora etiā ſal aſtringit ſiccat & alligat. Defuncta etiā a putreſcēdi labe vindicat vt durēt. Nitrum a loco ſumpſit vocabulū Naſcit̄ enī in oppido vel regione ęgypti nitria. ex quo & medicine fiūt: & ſordes corporum veſtiūq; lauāt̄. Huius natura nō multū a ſale diſtat: habet eni virtutes ſalis: & ſimiliter oritur caneſcētibus littorib⁹ ſiccitate. Aphronitrū gręce: latine ſpuma nitri eſt: de quo quidā ait Ruſticus es neſcis quid gręco noie dicar: ſpuma vocor nitri. Gręcus es & aphronitrū Colligit̄ aūt in aſia in ſpelūcis diſtillās: dehinc ſiccat̄ ſole. Optimū putat̄ ſi minime fuerit pōderoſum: & maxime ſriabile: colore pene purpureo. Chalcanthū dictū: quia chalcidis eſt timū. i. flos: vnde & apud latinos æris flos appellat̄. Fit autē nunc in multis regionib⁹ olim in hiſpania de puteis vel ſtagnis: id gen⁹ aq̄ habētib⁹ quā decoq̄bant: & in piſcinas ligneas fundebāt appēdentes ſup eas reſtes lapillis extētas qbus limus i ſimilitudine viteis acinis adherebat: ſicq; eiectū ſiccabat̄ dieb⁹. xxx. Fit aūt nūc alibi in ſpelūcis: qđ liq̄de collectū dehic diffuſū in quoſdā botros ſolidat̄ fit & in ſcrobib⁹ cauatis quarū e laterib⁹ decidētes a guttę coaleſcūt fit & ſalis modo ex flagrātiſſimo ſole. Adeo aūt cōſtrictæ virtutis ē: vt in leonum & vrſorum ora ſparſum tantam vim habeat ad ſtringendum vt non valeat mordere.

¶ De lapidibus vulgaribus. Cap. III.

LApis a terra tāq̄ dēſior etiā vulgo diſcernit̄ Lapis aūt dictus q̄ ledat pedē. Lapis mollis eſt & ſparſus. Saxa herent et a montibus excidūtur. Petra grecū eſt Silex eſt lapis dur⁹: eo q̄ exiliat ignis ab eo dictus. Scopulus a ſaxo eminēti quaſi a ſpeculādo dictus: ſiue a tegimento nauiū σκεπάζειν Spelea gręce ſpelūca latine. Eſt aūt rupis cauata. Crepido ē extremitas ſaxi abrupti: vnde & crepido vocata q̄ ſit abrupti ſaxi altitudo: ſicut hęret pede pes dēſuſq; vnde et vocat̄. Cauta aſpera ſaxa i mari: dictę a cauendo quaſi cautę. Murices petrę in littore: ſimiles muricis viuis acutiſſimę et nauibus pernicioſę Icon ſaxū eſt quod humane vocis ſonū captans etiā verba loquētium imitatur. Icon aūt græce latine imago vocat̄: eo q̄ ad vocē reſpondēs alieni efficitur imago ſermōis: licet hoc quidem et locorū natura eueniat: ac plærumq; conuallium Calculus eſt lapillus terrę admixtus: rotundus atq; duriſſimus et omni puritate leniſſimus. Dictus aūt calcul⁹ q̄ ſine moleſtia breuitate ſui calcetur: cui contrarius eſt ſcrupus: lapillus minutus et aſper: qui ſi inciderit in calciamentū nocet: et moleſtia eſt animo: vnde et moleſtiam animi ſcrupulum dicimus: hinc et ſcrupea ſaxa. i. aſpera. Cos nomen accepit q̄ ferrū ad icidēdum acuat Cos enim gręco ſermone inciſio noiat̄. Ex his alie aq̄rię ſunt: alię oleo indigēt in acuēdo: ſed oleū lenē: aquę aciē acerrimā reddūt. Pumex vocat̄ eo q̄ ſpumę dēſitate cōcretus fiat: et eſt aridus: candore paruus: tantāq; naturā refrigerandi habens. vt in vaſe miſſus muſta deferuere deſinant. Rudos artifices appellant lapides contuſos et calci admixtos: quos in pauimentis faciēdis ſuperfundunt: vnde et rudera dicunt̄. Gypſum cognatū calci eſt: & eſt gręcū nomē: plura eius genera. Oim autem optimum lapis ſpecularis. Eſt enim ſignis ędificiorum et coronis gratiſſimus. Calx viua dicta: quia dum ſit tactu frigida: intus occultum continet ignem. Vnde et perfuſa aqua ſtatim latens ignis erūpit. Natura eius mirū aliquid facit. Poſtq̄ enim arſerit aquis īcenditur quib⁹ ſolet ignis extingui: oleo extinguitur: quo ſolet ignis accendi. Vſus eius ſtructuris fabricæ neceſſarius. Nam lapis lapidi non poteſt adhærere forti⁹: niſi calce coniunctus. Calcis e lapide albo et duro melior ſtructurę: ex molle vtilis tectoriis. Arena ab ariditate dicta nō ab adhęrendo in fabricis vt quidam volunt. Huius probatio: ſi manu impreſſa ſtridat: aut ſi in veſtem candidā ſparſa nihil ſordis relinquat.

¶ De lapidibus inſignioribus Cap. IIII.

MAgnes lapis indic⁹ ab inuentore vocat⁹. Fuit autem in india primum repert⁹ clauis crepidarum baculiq; cuſpidi hęrens cum armēta idem magnes paſceret: poſtea et paſſim inuentus. Eſt autem colore ferrugineus: ſed probatur: cum ferro adiunctus eius fecerit raptum. Nam adeo apprehendit ferrum vt catenam faciat annulorum: vnde et cum vulgus ferrum viuum appellat. Liquorem quoq; vitri vt ferrum trahere creditur. Cuius tanta vis eſt vt refert beatiſſimus auguſtinus q̄ quidam eundem magnetem lapidem tenuerit ſub vaſe argenteo: ferrūq; ſuper argentum poſuerit: deinde ſubter mouente

manu cũ lapide ferrũ curſim deſuper mouebatur. Vn=
de factũ eſt vt in tẽplo quodã ſimulacrũ ex ferro pende
re in aere videretur. Eſt quippe et alius in ęthiopia ma =
gnes qui ferrũ nõ ambit: ſed reſpuit. Oĩs aũt magnes
tanto melior eſt: quanto magis cęruleus eſt. Gagates la
pis primũ inuentus eſt in ſicilia gagatis fluminis fluore
reiect⁹: vnde & noĩatus: licet in britãnia ſit plurim⁹. Eſt
autẽ niger planus: leuis: & ardẽs ignis admot⁹. Fictilia
ex eo ſcripta nõ delent̃ icẽſus ſerpẽtes fugat: demonia=
cos ꝑdit: virginitatẽ dep̃hendit mirũ ꝙ accẽdit̃ aqua:
oleo reſtinguit̃. Abeſton arcadie lapis ferrei coloris ab
igne nomẽ ſortitus eo ꝙ accẽſus ſemel nũq̃ extinguit̃
De quo lapide mechanicũ aliqd hũana ars molita eſt:
ꝙ gentiles capti ſacrilegio mirarentur Deniq; in tẽplo
quodã fuiſſe veneris fanũ dicũt: ibiq; candelabrũ & in
eo lucernã ſub diuo ſic ardentẽ vt eã nulla tẽpeſtas nul=
lus imber extingueret. Pyrites perſicus lapis fuluus: ae=
ris ſimilans qualitatem: ita eſt dictus qm̃ plurim⁹ illi ſit
ignis: ſiquidẽ facile ſcĩtillas emittit: hic tenẽtis manum
ſi vehementius premat̃ adurit: ꝓpter quod ab igne no=
men accepit. Eſt alius pyrites vulgaris quẽ viuũ lapidẽ
appellant: qui ferro vel lapide pcuſſus ſcintillas emittit:
quæ excipiunt̃ ſulphure vel aliis fungis vel foliis: & di=
cto celerius prębet ignẽ. Hũc vulgus focarẽ petram vo
cat. Selenites latine lunaris interp̃tat̃: eo ꝙ interiorẽ ei⁹
candorẽ cũ luna creſcere atq; deficere aiũt: gignit̃ i per=
ſida. Dionyſius lapis fuſcus & rubẽtibus notis ſparſus.
Vocat̃ aũt ita: quia ſi aquę mixtus cõterat̃ vinũ fragrat:
& ꝙ in illo mirũ eſt ebrietati reſiſtit. Tracius niger & ſo
norus naſcit̃ in flumine: cuius nomẽ eſt pontus in equi
tia Phrygius lapis ex loco traxit vocabulũ. Naſcit̃ eni
in phrygia: colore pallidus: mediocriter grauis. Eſt au=
tem gleba pumicoſa. Vritur ante a vino perfuſus: flatuſ=
q; follibus donec rubeſcat: ac rurſus dulci vino intingi
tur: ternis vicibus tingẽdis veſtibus tantũ vtilis. Syrius
lapis a ſyria vbi reperit̃ appellatus: hic integer fluctuari
tradit̃: cõminut⁹ mergi. Arabicus ſimilis eſt ebori ſine
vlla macula. Hic defricat⁹ ad cutẽ ſuccũ dimittit croco
ſimilem. Iudaicus lapis albus eſt: atq; i ſcemate grãdia
ſcripturis ſubinuicẽ modulatus: quas gręci grãmas ap
pellant. Samius a ſamo inſula vbi reperit̃ vocatus: & eſt
grauis & cãdidus: poliendi aurũ vtilis. Mẽphitis voca=
tus a loco ęgypti. & eſt gẽmantis naturę. Hic tritus atq;
in his quę vrẽda ſunt & ſecanda ex aceto illinitus ita ob
ſtupeſcere facit corpus vt non ſentiat cruciatum. Sarco
phagus lapis dictus eo ꝙ corpora defunctorꝝ condita
in eo infra .xl. dies abſumunt̃. σαρξ eni gręce caro di=
citur. φατειν comedere. Naſcit̃ autẽ in troade: fiſſiliq;
vena ſcindit̃. Sunt & eiuſdẽ generis in oriente ſaxa: quę
etiam viuẽtibus alligata erodũt corpora: mitiores autẽ
ſeruãdis corporibus nec abſumẽdis. Hęmatites appel=
latus eo ꝙ cote reſolutus ĩ colorẽ veniat ſanguinis. Eſt
autem admodum liuidus. Eſt & ferrugineus. Naſcitur
in vltima ęgypto: babylonia & hiſpania. Androdaman
tus colore niger: põdere & duricia inſignis: vnde & no
men traxit: pręcipuus reperitur in africa. Trahere autem
in ſe argentum vel es dicit̃: quia attritus vt hæmatites i
colorem redigitur ſanguinis. Iſciſtos inuenit̃ in vltima
hiſpania: croco ſimilis cũ leui fulgore: facile fricabilis:
Amãthon appellatus a veteribus: eo ꝙ ſi ex ipſo veſtis
fuerit contacta contra ignẽ reſiſtat: & igni impoſita nõ
ardeat: ſed ſplendore accepto niteſcat: & eſt ſciſſi alumi
nis ſimilis: veneficiis reſiſtẽs oĩbus: ſpecialiter magorꝝ
Batrachites lapis ſimilis eſt teſtę lamioſę ſciſſibilis Gal
lactites colore cinereus: guſtu ſuauis: ſed ideo vocat⁹ ꝙ
quiddam de ſe lacteũ attritus dimittat. Obſius lapis ni=
ger eſt tranſlucidus: & vitri habens ſimilitudinẽ: & po=
nitur in ſpeculis parietũ ꝓpter imaginum vmbras red=
dendas. Gẽmas multi ex eo faciunt. Naſcitur in india
et in ſamo italię. Mitridas lapis euphratis ſole repcuſ=
ſus colorib⁹ micat variis. Ethites lapides reperiuntur i
nidis aquilarum. aiunt binos inueniri: marem & foemi
nam: nec ſine his parere aquilas. Horum maſculus du=
rus ſimilis gallę ſubrutilis foemine⁹ vero puſill⁹ ac mol
lis. Alligati partus celeritatem faciunt: etiam aliquibus
vuluę excidunt niſi cito parturiẽtibus auferantur. Fin=
gites cappadocię lapis: duricia marmoris. cãdidus atq;
tranſlucens: ex quo quondã templũ cõſtructũ eſt a quo
dam rege foribus aureis: qb⁹ clauſis claritas intus diu=
turna erat. Emites lapis ebori ſimilis in quo darium cõ
ditum fertur parioq; ſimilis candore & duricia: minus
tãtum põderoſus: qui purus vocatur. Oſtracites vocat⁹
ꝙ ſimilitudinem teſtę habeat: vſus eius pro punice.
Melanites lapis dictus eo ꝙ melleum & dulcem ſuccũ
emittat. Hiſmiris lapis aſper & indomitus: et omnia at
terens: ex quo lapide gemmę teruntur. Chryſites colo=
re ſimilis ocreę inuenitur in ægypto Amites ſimilis ni
tro: ſed durior: gignitur in ęgypto et arabia: naſcitut in
ęthiopia veluti viridis: ſed lacteus cũ reſoluitur: remor=
dẽs vehemẽter. Coran⁹ albus eſt duriorq; pario. Molo
tius veluti viridis et grandis: inuenitur in ægypto. Tuſ
culanus a loco italię dictus: diſſiliri igne traditur. Saui =
nus lapis fuſcus: addito oleo etiam lucere fertur. Eſt et
quidam viridis lapis vehementer igni reſiſtens. Siſini⁹
mollis et candidus: ſed calefactus oleo nigreſcit atq; du
reſcit Lapides quoq; medicinalium mortariorꝝ et pig
mentorum vſibus apti: edeſius pręcipuus: et inde cola
ticus. Thebaicus quoq; et baſanites lapides nihil ex ſe=
ſe remittentes. Specularis lapis vocatus eſt ꝙ vitri mo=
re tranſluceat: repertus primum in hiſpania citeriore:
et circa ſegobricam vrbem. Inuenitur enim ſub terra &
effoſſus exciditur atq; finditut in quaſlibet tenues cru=
ſtas.

De marmoribus. Cap. V.

POſt lapidũ gñavenie m⁹. ad marmora. Nã i
ter lapides et marmora differẽtia eſt. Nam
marmora dicunt̃ eximii lapides qui macu
lis et colorib⁹ cõmẽdãtur. Marmor ſermo
græcus eſt: a viriditate vocatus: et q̃uis poſtea et alii co
lores iueniant̃: nomẽ tñ priſtinũ a viriditate retinuerũt

Marmorum colores & genera inumerabilia ſunt. Non tamen oia e rupibus excidunt̃: ſed multa ſub terra ſparta ſunt & pręcioſiſſimi generis: ſicut lacedęmoniũ viride cunctiſq; ilarius: repertũ prius apud lacedęmones: vnde & vocabulũ traxit. Ophites ſerpentiũ maculis ſimile eſt: vnde & vocabulum ſumpſit. Duo eius genera: molle cãdidũ: nigrum durũ. Auguſteum & tiberium ĩ ęgypto auguſti & tiberii primũ principatu reperta ſũt. Differentia coꝝ eſt ab ophite: cũ illud vt pręduximꝰ ſerpẽtium maculis ſit ſimile: hæc maculas diuerſo modo colligũt. Nam auguſteũ vndatim eſt criſpũ in vertices: tiberiũ ſparſa nõ cõuoluta canicie. Purpurites ex ęgypto eſt rubẽs candidis interuenientibus punctis. Nois eiꝰ cauſa ꝙ rubeat vt purpura. Baſanites ferrei coloris ſine duricię: vnde & nomẽ ei datũ eſt: inuẽtus in ægypto & ęthiopia. Alabaſtrites lapis cãdidus: intertinctus variis coloribus: ex quo euãgelici illius vnguẽti vaſculũ fuit. Cauant eni hũc ad vaſa vnguẽtaria: qm̃ optime ſeruare incorrupta dicit̃. Naſcit̃ circa thebas ęgyptias & damaſcum ſyrię: cęteris cãdidior: ꝓbatiſſimus vero in india Parius cãdoris eximii: lychnites cognomẽto: hic apud paron inſulã naſcit̃: vnde & parius nũcupatus. Magnitudo eius qua lãces craterasq; nõ excedat. Vnguẽtis & ipſe aptus. Corallitịcus in aſia repertus mẽſura nõ vltra cubitos binos: cãdore ꝓximo eboris: ad quandã ſimilitudinẽ e diuerſo niger. Alabãdicus terrę ſuę noie nũcupatus purpurę aſpectui ſimilis. Iſte in oriẽte igne liquatur: atq; ad vſum vitri fundit̃. Thebaicus intertinctꝰ aureis guttis inuenit̃ in parte ęgyptia: ſcriptꝰ coticulis ad terẽda collyria quadã vtilitate naturali cõueniẽs. Sienites circa ſienẽ vl̃ thebas naſcit̃: trabes ex eo feciſſe reges perhibent̃. Marmora autẽ quę in officinis ſunt: rupibꝰ gignunt̃: ex qbꝰ iſte ſienites. diuerſi coloris maculis diſtinctus eſt: cuius primũ vſum inſulę cyclades dederũt. Leſbius liuidior eſt paulo huic: ſed & ipſe diuerſi coloris maculas habẽs. Coritheus ammoniacę guttę ſimilis cũ varietate diuerſorũ colorũ corintho primum repertus: ex eo columnæ ingentes liminaq; fiunt ac trabes Charyſteum: viride optimũ nomen ab aſpectu habens eo ꝙ gratũ ſit his qui gẽmas ſculpunt: eius enim viriditas reficit oculos. Numidicũ marmor numidia mittit ad cutem ſuccum dimittit: croco ſimilẽ. vnde & nomẽ accepit: non cruſtis: ſed in maſſa: & liminũ vſum aptum Luculleum marmor naſcitur in chio inſula cui lucullꝰ conſul nomen dedit: qui delectatus illo primum romã inuexit: ſolũq; pene hoc marmor ab amatore nomẽ accepit. Eſt & limenſis: tephria appellatus: colore cineris cuius lapidis alligatio cõtra ſerpentes laudatur. Ebur a barro. i. elephanto dictũ. Horatius. Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris.

De gemmis Cap. VI.

POſt marmorũ genera gẽmę ſequũt̃: q̄ multũ auro decorẽ tribuũt venuſtate colorꝭ. Primordia earũ a rupe caucaſi. Fabulę ferũt ꝓmetheũ primũ fragmenta ſaxi eiuſdem incluſiſſe ferro ac digito circũdaſſe: hiſq; initium cœpiſſe anulum atq; gẽmam. Genera gẽmaꝝ inumerabilia eẽ traduntur: e quibus nos ea tantũ quę principalia ſunt ſiue notiſſima annotabimus. Gẽmę vocatę ꝙ iſtar gummi tranſluceãt Precioſi lapides ideo dicti ſunt: quia carevalẽt: ſiue vt a vilibus diſcerni poſſint: ſeu ꝙ rari ſint. Omne enim quod rarũ eſt: magnum & pręcioſum vocatur: ſicut & in ſamuelis volumĩe legitur. Et ſermo domini pręcioſus erat in iſrael: hoc eſt rarus.

De viridioribus gemmis. Cap. VII.

OMniũ gẽmarũ virentiũ ſmaragdꝰ pricipatũ habet. Cui veteres terciã poſt margaritas & vniones tribuũt dignitatẽ. Smaragdus a nimia viriditate dicitur. Omne enim ſatis viride ſmaragdũ dicitur. Nullis eni gẽmis vel herbis maior q̄ huic auſteritas eſt. Nam herbas virẽtes frondeſq; exuperat: inficiens circa ſe viriditate repercuſſum aerẽ. Sculpentibus quoq; gẽmas nulla gratior oculorum refectio eſt. Cuius corpus ſi extẽtum fuerit ſicut ſpeculũ ita imagines reddit. Quippe nero cęſar gladiatorũ pugnas in ſmaragdo ſpectabat Genera eiꝰ. xii. ſed nobiliores ſcythici: qui in ſcythica gente reperiunt̃. Secundum locum tenent bactriani. Colligunt̃ enim in cõmiſſuris ſaxorũ flante aquilone. Tunc enim tellure deoperta intermicant. quia his vẽtis harenę maxime mouent̃. Tercium egyptii habẽt. Reliqui in metallis ęrariis inueniũtur: ſed vicioſi. Nam aut ęre aut plũbo aut lapillamẽtis: vel ſalis ſimiles notas habẽt. Smaragdi autem mero & viridi proficiunt oleo q̄uis natura imbuant̃. Calcoſmaragdꝰ dicta ꝙ viridis ſit: & turbida aereis venis. Hęc in ægypto vel cypro inſula naſcitur. Praſius pro viridante colore dictus: ſed vilis. Cuius alterum genus ſanguineis punctis abhorret. Tercium diſtinctum virgulis tribus cãdidis. Berillus in india gignitur: gẽtis ſuę lingua nomen habens: viriditate ſimilis ſmaragdo: ſed cũ pallore. Politur autẽ ab indis in ſexangulas formas: vt hebetudo coloris repercuſſiõe anguloꝝ excitet̃. Alter ꝓlitus nõ habet fulgorem. Genera eius nouẽ. Criſoberillus dictus eo ꝙ pallida eius viriditas in aureũ colorem reſplendeat: & hunc india mittit Criſopaſſus indicus eſt colore porri ſuccum referens: aureis interuenientibus guttis: vnde & nomen accepit: quẽ quidam berillorum generis iudicauerũt Iaſpis de graeco in latinum viridis gẽma interpretat̃. Ias quippe viride: pinnaſin gẽma dicitur. Eſt aũt ſmaragdo ſubſimilis & craſſi coloris Species eius decẽ & ſeptẽ. Volũt aũt quidã iaſpidẽ gẽmã & gratię & tutelæ eſſe geſtantibus quod credere nõ fidei ſed ſuperſtitionis eſt. Topazion: ex virẽti genere eſt omniq; colore reſplendens: inuẽta primũ in arabię inſula in qua troglodytę pręedones fame: & tẽpeſtate feſſi: cum herbaꝝ radices effoderent eruerunt. Quę iſula poſtea quęſita nebulis cooperta tandem a nauigantibus inuẽta eſt. Sed ob hoc locus & gemma nomen ex cauſa accepit. Nam topazin trogloditarum lingua ſignificationem habet querendi Eſt autẽ ampliſſima gẽmaꝝ: eadẽ

ſola nobilium limā ſentit. Genera eiꝰ duo. Callaica co
lore viridis ſed pallens & nimis craſſa: nihil iocundius:
aurum decens: vnde & appellata. Naſcitur in india vel
germania in rupibus gelidis oculis modo extuberans
Molochites ſpiſſius virens: & craſſior q̄ ſmaragdus: a
colore malue nomē accepit: i reddēdis laudata ſignis
naſcitur i arabia. Eliotropia viridi colore & nubilo ſtel
lis puniceis ſuperſparſa cū ſanguineis venis. Cauſa no-
minis de effectu lapidis eſt. Nam deiecta in labris ęneis
radios ſolis mutatur ſanguineo repercuſſu. Extra aquā
autem ſpeculi modo ſolem excipit: deprehēditq; defe-
ctus eius ſubeūtem lunam oſtendens magorū impudē
tie. Manifeſtiſſimū in hoc quoq; exēplum eſt: ꝙ admi
xta herba eliotropio quibuſdā additia precātationibus
gerentem conſpici negant. Gignitur in cypro & africa:
ſed melior in æthiopia. Sagda gemma praſini coloris
apud chaldęos. Cuius tanta vis eſt vt permeantes naues
e profundo petat: & carinis ita tenaciter adhereat: vt ni-
ſi abraſa parte ligni vix ſeparetur. Myrrhites dicta ē ꝙ
in eo myrrhę color eſt. Compreſſus autem vſq; ad odo
rem nardi ſpirat ſuauitatē aromatis. Reperit̃ in arabia
vel ęgypto: myrrhę coloris & odoris: vnde & nomē ac
cepit. Melecros: bicolor ex vna parte viridis: ex altera
melli ſimilis. Coaſpis: a flumine perſarū dicta eſt ex viri
ditate fulgoris aurei.

¶ De rubris gemmis. Cap. VIII.

Coralliꝰ gignit̃ i mari rubro forma ramoſꝰ
colore viridis: & maxime rubēs. Bace eius
vł vię candidę ſub aqua & molles: detractę
cōfeſti durant̃ & rubeſcūt tactuq; ꝓtinꝰ lapi
deſcūt. Itaq; occupari euelliq; retibus ſolet aut acri fer
ramēto pręcidi: qua de cauſa corallius vocitatur. Quā-
tum autem apud nos margaritū indicū pręcioſū eſt: tē
tum apud indos corallium. Hunc magi fulminibꝰ re-
ſiſtere affirmant: ſi creditur. Sardius dicta: eo ꝙ primū
reperta ſit a ſardis hec rubrum habet colorem: marmo
ribus pręſtās: ſed inter gēmas viliſſima. Genera eiꝰ qn-
q;. Onyx appellata ꝙ habeat in ſe permixtum candorē
in ſimilitudinem vnguis humanę Græci enim vnguē
onycē dicunt. Hanc india vel arabia gignit: diſtant autē
inuicem. Nam indica igniculos habet albis cingentibꝰ
zonis: arabica autem nigra eſt cum candidis zonis. Ge
nera eius quinq; Sardonix ex duum nominū ſocietate
vocata eſt. Eſt enim ex onycis candore & ſardo. Cōſtat
autem tribus coloribus. ſubterius nigro medio candi-
do: ſuperius minio. Hęc ſola i ſignādo nihil cerę auel-
lit. Reperitur autem apud indos & arabes detecta torrē
tibus. Genera eius quinq;. Hęmatites rubore ſanguine
us ac propterea hęmatites vocatus. Hęma quippe ſan-
guis eſt. Gignitur in æthiopia quidem: ſed principalis
in arabia & in africa inuenit̃. De qua promittunt magi
quidam ad coarguendas barbarorū inſidias. Succinus
quem appellāt gręci electron fului cereiq; coloris. fert̃
arboris ſuccus eſſe: & ob id ſuccinū appellari Electrum
autem vocari fabuloſa argumentatio dedit. Nāq; phae
tonte fulminis ictu interempto: ſorores eius luctu mu-
tatas in arbores populoa lachrymis electrum omnibus
ānis fundere iuxta eridanum amnē: & electrum appel-
latum: quoniā ſol vocitatus ſit electron plurimi poetę
dixerunt. Cōſtat autem non eſſe ſuccum populi ſed pi-
nęę arboris. Nā accenſus tede nidore fragrat. Naſcitur
autem in inſulis oceani ſeptētrionalis: ſicut gūmi: dē
ſaturq; vt cryſtallum rigore vel tēpore. Ex ea fiunt deco
ris gratia ągreſtium fœminarū monilia. Vocati autem
a quibuſdam harpaga eo ꝙ attritu digitorum accepta
caloris anima folia paleaſq; & veſtium fimbrias rapiat:
ſicut magnes ferrum Quocūq; autem modo libeat tin
gitur. Nam aucuſe radice cōchylioq; inficitur. Liguriꝰ
vocatus: ꝙ fiat ex vrina lyncis beſtię tempore indurata
Eſt autem ſicut & ſuccinum fulua: attrahēs ſpiritu folia
propinquantia.

¶ De purpureis. Cap. ix.

Inter purpureas gēmas pricipatū amethiſtꝰ
idicus tenet. Amethiſtus purpureꝰ eſt: ꝑmi-
xto violaceo colore: & quaſi roſę nitor & le
niter quaſdā flāmulas fundens. Alterq; eiꝰ ge
nus deſcendit a hyacynthis. Cauſam nominis eius aſſe
rūt: quaſi ſit quidā in purpura illius nō ex toto igneum
ſed vini colorē habens. Eſt autem ſculpturis facilis. Ge
nera eius quinq;. Saphirus cęruleus eſt cū purpura: ha-
bens pulueres aureos ſparſos: optimus apud medos:
nuſq̄ tamē perlucidus. Hyacynthus ex nominis ſui flo
re vocatur. Hic in ęthiopia inuenitur: cęruleum colorē
habens optimus qui nec rarus eſt: nec dēſitate obtuſus
ſed ex vtroq; tēperamento lucens purpuraq; refulgens
hic autem nō rutilat ęqualiter: ſed cum facie cęli muta-
tur. Sereno enim perſpicuus eſt atq; gratus: nubilo co-
ram oculis euaneſcit atq; marceſcit. in os miſſꝰ frigidꝰ
eſt: in ſculpturis duriſſimus: nec tamen inuictus. Nam
adamante ſcribitur et ſignatur. Hiacynthizōta indicus
eſt: hiacynthū prope referēs. Quidam autē eorum cry-
ſtallis ſimiles capillamētis intercurrentibus obſcurant̃
ex quo etiam viro nomen illorū eſt Amethiſtizontas ap
pellat̃: quia eius extremꝰ igniculus in amethiſti violam
exit. Cęlydonia ex hirūdinū vocata colore: & duorum
eſt generū: quarum vna ex altera parte purpurea: & alia
purpurea nigris interuenientibus maculis. Cyanea ſcy
thię gemma: cęruleo coruſcans nitore purpura īterdū
& pūctualis intermicantibus auratis puluiſculis varias
Roditis roſea eſt & eo nomen accepit.

¶ De candidis. Cap. X.

Margarita prima cādidarū gēmarū: quā ide
margaritā aiunt vocatā: ꝙ in cōculis mari-
nis hoc genus lapidū inueniatur. Ineſt eni
in carne cochleæ calculus natus: ſicut in car
ne oſtreę præcioſiſſima margarita reperiri dicatur: vel
ſicut in cerebro piſcis lapillus. Gignitur autem de cę-
leſti rore: quem certo anni tempore conculę hauriunt.
Ex quibus margaritis quędā vniones vocant̃. aptū no-
mē habētes: ꝙ tm̄ vnus nūq̄ duo vel plures ſil' repiant̃.

Meliores autem candidę margaritę: q̃ quę flaueſcũt. Il
las enim aut iuuentus: aut matutini roris cõceptio red=
dit cãdidas: has ſenectus: vel veſpertinus aer gignit ob
ſcuras Pedorus ſecũda poſt margaritam candidarũ gẽ
marum: de qua queritur in quo colore nũerari debeat
totiens iactati per alienas pulchritudines nois adeo vt
decoris prerogatiuavocabulo facta ſit. Aſterites gẽma
candida eſt inclusum lucẽ continens: veluti ſtellam in=
tus ambulantẽ: redditq; ſolis cãdidantes radios: vnde
& nomẽ accepit. Galactites lactea eſt quæ attrita reddit
ſuccum albũ: ad lacteũ ſaporem fœminis nutrientibus
illigata fœcundatvbera: Infantũ quoq; collo ſuſpenſa
ſaliuam facere fertur: i ore autẽ liqueſcere & memoriã
adimere. Mittũt eam nilus & achelous amnes Sũt qui
ſmaragdũ albis venis circũligatũ glactitenvocãt. Gala
tias grandinis et cãdorem prefert & figuram. duricia
quoq; inuicta vt adamas: etiã in igne poſita manet ſuũ
frigus. Solis gẽma candida eſt: traxitq; nomẽ q: ad ſo=
lis ſpeciẽ in orbẽ fulgẽtes ſpargit radios. Selenites trãſ
lucet candido melleoq; fulgore cõtinẽs lunę imaginẽ
quam iuxta curſum aſtri ipſius perhibent in dies ſingu
los minui atq; augeri: naſcitᷣ in perſida. Cymedia inue
nitur in cerebro piſcis eiuſdem nois: candida & oblon
ga. Preſagire his ferunt magi ſigna tranquillitatis vł tẽ
peſtatis. Beloculus albicans pupillam cingit nigram e
medio aureo fulgore lucẽtem: & propter ſpeciem aſſy=
riorum regi belo dicatam: vnde & appellata. Epimelas
dicitur: cum in candida gẽma ſuperne enigricat color:
vnde & nomẽ habet. Exebenus ſpecioſa & cãdida qua
aurifices aurum poliunt.

De nigris Cap. xi

Achates repta primũ in ſicilia iuxta flumen
eiuſdẽ nois: poſtea plurimis i terris. Eſt au
tẽ nigra habens i medio circulos nigros et
albos iunctos & variatos ſimilis hematiti.
Magi ſuffitu earum ſi creditᷣ tẽpeſtates auertunt: flumi
na ſiſtunt. Abſictos nigra & ponderoſa diſtincta venis
rubentibus. Hec excalefacta igni ſeptem diebus calorẽ
tenet Egyptilla nigra eſt radice cerulea facie: ex egypto
vbi iuenitur vocata. Medea nigra eſt: a medea illa fabu
loſa inuẽta. Habet venas aerii coloris: ſudorem reddit
croci: ſaporem vini. Veiẽtana italica gẽma eſt a veienti=
bus reperta: nigra facie: albis intermicãtibus notis. Ba=
riptos nigra eſt cum ſanguineis & albis notis. Merame
las nigra vena: quẽlibet colorẽ ſecans per mediũ. Vene
ris crinis nigerrimi nitoris: cõtinẽs in ſe ſpeciẽ rufi cri
nis. Tricun⁹ ex africa nigra ẽ: ſed tres ſuccos reddit: ab
radice nigrũ: e medio ſanguineũ: e ſummo octeę. Dio
nyſia nigris mixtis rubẽtibus notis: ex aqua trita: vinũ
fragrat: & odore ſuo ebrietati reſiſtere putatᷣ Pyrites ni
gra quidem ſed attritu digitos adurit.

De variis. Cap. XII

Pangtus varius ex oib⁹ pene colorib⁹ cõſtãs
vnde & nominatur Olea barbari nominis ex
fuluo & nigro viridiq; & candido eſt. Mi=
tridax ſole percuſſa: coloribus micat variis gignitur in
perſida Droſelitus: varius nois cauſa: quia ſi ad ignem
applicetur: velut ſudorẽ mittit. Oppallus diſtinct⁹ di=
uerſarum colore gẽmarum. Eſt enim i eo carbũculi te
nuior ignis: amethiſti fulgẽs purpura: ſmaragdi nitẽs
viriditas & cuncta pariter ſub quadã varietate lucẽtia.
Nomẽ habet ex patria: ſola enim eũ parturit india. Põ
ticę a ponto dicũtur. genere diuerſo: nunc ſanguineis:
nunc auratis guttis micãtes: alię habẽtes ſtellas: alię lõ
gis colorũ ductibus lineatę Hexocõthalithus in parua
magnitudine multicolor: vnde & hoc nomen ſibi ado
ptauit. Tam diuerſis enim notis ſparſus eſt: vt ſexagin
ta gẽmarum colores in paruo eius orbiculo dep̃hẽdã=
tur: naſcitur autem in libya apud troglodytas. Murina
apud parthos gignitur: ſed precipua in germania: hu=
morem ſub terra putant calore denſatũ. vnde & nomẽ
ſumpſit. Varietas eius in purpuram candorẽq; & ignẽ
cum quibuſdã colorũ repercuſſionibus quales in cęle=
ſti arcu ſpectantur. Cuius contraria cauſa cryſtallum fa
cit: gelu concreto vehementiore.

De cryſtallis. Cap. XIII

Cryſtallus reſplẽdẽs & aquoſus colore traditᷣ
q: nix ſit glacie durata per ãnos: vñ & nomẽ
ci greci dederũt Gignitur aũt in aſia & cypro
maxime in ſeptẽtrionũ alpibus: vbi nec ęſta
te ſol feruentiſſimus inuenitur. Ideoq; ipſa diuturna &
annoſa duricia reddit hanc ſpeciem quę cryſtallus dici
tur. Hic oppoſit⁹ radiis ſolis adeo rapit flãmam: vt ari
di fungis vel foliis ignem prębeat. Vſus ei⁹ etiã ad po=
cula deſtinatur. Nihil aũt aliud q̃ frigidum pati poteſt.
Adamas indicus lapis paruus et indecorus ferrugineũ
habens colorẽ et ſplẽdorem cryſtalli. Nũq̃ autem vltra
magnitudine nuclei auellanæ repertus. Hic nulli cedit
materię: nec ferro quidẽ nec igni: nec vnq̃ incaleſcit: vn
de et nomẽ gręca interpretatione indomita vis accepit
Sed dum ſit inuictus ferri igniſq; contẽptor: hircino rũ
pitur ſanguine recẽti et calido maceratur: ſicq; multis
ictib⁹ ferri perfringitᷣ Cuius fragmenti ſculptores pro
gẽmis inſigniendis perforãdiſq; vtuntur. Hic aũt diſſi
det cũ magnete lapide: intãtum vt iuxta poſit⁹ ferrum
nõ patiatᷣ abſtrahi magneti: aut ſi admotus magnes cõ
prehenderit: rapiat atq; auferat. Fertur quoq; in electri
ſimilitudine venena dep̃hendere: metus vanos expelle
re: maleficis reſiſtere artib⁹ Genera ei⁹ ſex. Galatias grã
dinuꝫ et candorẽ et figuram adamãtinę duricię habet
Etiam in ignẽ poſitus manet ſuũ frigus Ceauniorum
duo genera ſũt. Vnũ quod germania mittit cryſtallini
ſimile ſplẽdet tamẽ ceruleo: et ſi ſub diuo poſitũ fuerit
fulgorem rapit ſidereũ. Ceraumiũ alterum hiſpania in
luſitanis littoribus gignit cui color pyropo rubenti et
qualitas vt ignis. Hæc aduerſus vim fulgurũ opitulari
fertur: ſi credimus. Dicta aũt ceraunia: quoniã alibi nõ
inuenitur q̃ in loco fulminis ictui proximo. Græce ei
fulmen ceraunos dicitᷣ Iris apud arabiam i mari rubro
naſcitur coloris cryſtallini: ſexangulata dixta ex arugu

mẽto iris. Nã ſub tecto pcuſſa ſole ſpecies & colores ar
cus cęleſtis in pximos parietes imitat̃. Aſtrion ex india
eſt cryſtallo ppinqua: i cui⁹ centro ſtella lucet fulgore lu
nę plenę. Sumpſit aũt nomẽ q̧ aſtris oppoſita: fulgorẽ
rapit ac egerit. Electria quaſi electoria. In vẽtriculis eni
gallinatiis iuenit̃: cryſtallina ſpecie: magnitudine fabę.
Hac in certaminib⁹ inuictos fieri magi volunt: ſi credi-
mus. Enidros ab aqua vocata. Exundat eñ aqua ita vt
clauſam in ea putes fontaneã ſcaturiginẽ. Oim ardentiũ
gẽmarũ principatũ carbunculus habet. Carbuncul⁹ aũt
dictus q̧ ſit ignit⁹ vt carbo cuius fulgor nec nocte vicit̃
Lucet eñ i tenebris adeo vt flãmas ad oculos vibret. Ge
nera ei⁹ duodeci: ſʒ p̃ſtãtiores q videtur fulgure & velut
ignẽ effundere. Carbũcul⁹ aũt grece anthrax dicit̃. Gi-
gnit̃ i libya apud troglodytas. Anthracites vocat⁹ q̧ ſit
& ipſe coloris ignei vt carbũculus: ſed cãdida vena p̃ci
ctus: cui⁹ ppriũ eſt: q̧ iactat⁹ i ignẽ: velut iter mortuos
extinguit̃: at cõtra aquis pfuſus exardeſcit. Sandaſirus
naſcit̃ i indis loco eiuſdẽ nois. Species ei⁹ q̧ veluti itra
lucido igne int⁹ fulgẽte aureę guttę. Cõſtat inter oĩs
quãtus numerus ſtillarũ accedit: tãto & preciũ accede-
re. Lychnis ex eodẽ genere ardentiũ eſt: appellata a lucer
narũ flagrantia: gignit̃ i multis locis: ſʒ pbatiſſima apđ
idos. Quidã eã remiſſiorẽ carbũculũ eſſe dixerũt. Hui⁹
duplex facies: vna quę purpura radiat: altera q̃ cocci ru-
bore a ſole excalefacta: aut digitoꝝ attritu paleas & car-
tharum fila ad ſe rapere dicit̃. Sculpturis reſiſtit: ac ſi qñ
ſculpta fuerit: dũ ſigna iprimit: quaſi quodã aiali mor-
ſu partẽ cęrę retẽtat. Genera eius quattuor. Carcedonia
hoc eſt quod & lychnis facere dicit̃: q̃ q̃ multo vilior p̃-
dictis: naſcit̃ apud naſamonas: imbre vt ferũt diuino: in
uenit̃ ad repcuſſum lunę plenę. Oia aũt genera ſua ſcul-
pturę reſiſtunt. Alabãdina dicta ab alabãda aſie regiõe:
cui⁹ color ad calcedoniũ vadit: ſed rar⁹. Dracõtides ex
cerebro dracõis eruit̃ q̃ niſi viuẽti abſciſa fuerit nõ igne
ſcit. Vnde & eã magi dormiẽtib⁹ draconib⁹ ãputãt. Au
daces eñ viri: explorãt draconũ ſpecus & ſpargunt ibi
gramina medicata ad icitãdũ draconũ ſoporẽ. atq̧ ita
ſomno ſopitis capita deſecãt & gẽmas detrahunt. Sunt
autẽ cãdore trãſlucido. Vſu earũ orientis reges p̃cipue
gloriãt̃. Chryſopaſſus ęthiopic⁹ eſt: quẽ lapidẽ lux oc-
lat: pdit obſcuritas. Nocte eñ igne⁹ ẽ: die aure⁹. Phlo-
gites ex perſida ẽ oſtentãs intra ſe quaſi flãmas ęſtuãtes
q̃ nõ exeãt. Syrtites vocata: qm̃ in littore ſyrtiũ iuẽta pri
mũ eſt in parte lucanię. Color ei⁹ croce⁹ int⁹ ſtellas cõti
nens elãguidas: & ſub nubilo renitẽtes. Ermiſcion iter
gratiſſimas gẽmas aſpicit̃ & ex igneo colore radiãs au-
ro: portans ſecũ in extremitatib⁹ candidam lucem.

De aureis. Cap. XIIII.

SVnt quędã gẽmarũ gña ſpecie metallorũ vel
lapidũ cognominata. Chryſopis aurũ tm̃ vi-
detur eſſe. Chryſolit⁹ auro ſimilis eſt: cũ ma-
rini coloris ſimilitudine: hunc æthiopia gi-
gnit. Cryſolectr⁹ ſimilis ẽ auro: ſʒ i colorẽ electri vergẽs
matutino tantũ aſpectu iocũd⁹: rapaciſſim⁹ ignũ: & ſi
iuxta fuerit celerrime ardeſcẽs. Chryſolanſis ex auro &
igne vocata. Aurea ẽ eñ die & nocte ignea: hanc ęthio-
pia gignit. Ammochryſus harenis auro intermixt⁹ nũc
brachteарũ nũc pulueris habet quadrulas: gignit̃ in p-
ſida. Leochryſus: colore aureo interueniẽte cãdida vena
Melectriſis dicta: q̧ veluti per aurũ ſincerũ: ſic hęc gẽ-
ma trãſluceat. Chryſocolla gignitur in india: vbi formi
ce eruũt aurũ. Eſt autẽ auro ſimilis & habet naturã ma-
gnetis: niſi q̧ augere aurũ tradit̃. vnde & nuncupat̃. Ar
girites ſimilis argẽto: habẽs ſtigmata aurea. Androdo
ma argenti nitorẽ habet: & pene adamas quadrata ſemp
teſſeris. Magi putant nomen impoſitũ ab eo q̧ animo
rum impetus vel iracũdias domare & refrenare dicat̃: ſi
credim⁹. Gignitur in mari rubro. Calcitis aerii coloris
eſt. Calcofanus nigra eſt: ſed lapidi illiſa ęris tinnitũ red
dit. Balanites duo ſunt genera: ſubuiridis & corintheę
ęris ſimilitudinẽ mediã ſecãte flãmea vena. Sederitis a
contemplatione ferri nihil diſſonat. In maleficiis quo-
quo modo ſi inferat̃ diſcordias excitat. Ideus dactylus
ex inſula creta eſt ferrei coloris: cauſa nois eius: qa polli
cem humanũ exprimit. Ethiopicus ferrei coloris eſt: q
dũ teritur nigrũ ſuccũ emittit. Zimilia nici⁹ in euphra-
tis alueo legit̃ pconiſio marmori ſimilis medio colore
glauco: veluti oculi pupilla internitens. Arabica ex pa-
tria dicta: aſpectu eburnea eſt. Efeſtitis ſpeculi naturam
habet in reddendis imaginib⁹ q̃ q̃ rutilet: experimentũ
eius: ſi feruẽti aquę addita ſtati refrigeret: aut ſi ſoli op-
poſita aridã materiã accendat: naſcitur in corico. Oſtra
cites lapidoſus colore teſtaceo durior. Altera achati ſi-
milis niſi q̧ achates politura pingueſcit: duriori tãta in
eſt vis: vt alię gẽmę ſculpãtur fragmẽtis eius. Gloſſa pe
tra ſimilis eſt linguę humanę: vnde & nomen ſumpſit.
Fertur autẽ deficiente luna e cęlo cadere: cui nõ modicã
magi tribuũt poteſtatẽ. Nã ex eo lunares motus excita
ri putant. Sunt & q̃dam gẽmarũ genera cognominata
ab aialibus. Echites vipereas maculas exprimit. Carci-
ne marini cãcri coloris eſt. Scorpiter ſcorpionẽ & colo
re & effigie refert. Mirmicites formicæ raptãtis effigiẽ
imitatur. Taopauoni eſt ſimilis. Hieracites accipitris co
loris. Ethites aquilę. Egoptalmus caprino oculo ſimi-
lis. Licoptalmus quattuor colorũ ex rutilo ſanguineũ
in medio nigrũ: candidus cingit vt luporũ oculus. Me-
conites papauer exprimit. Sunt & q̃dam gẽmę quibus
gentiles in ſuperſtitionibus quibuſdã vtunt̃. Liperia ſuf
tita omẽs beſtias euocare tradunt. Anancitide in necro
mantia dęmonũ imagines euocare dicuntur. Sinociti-
de vmbras inferorũ euocatas tenere pagani aiunt. Celo
nites oculus eſt indicę teſtudinis: varius & purpureus.
Per hunc magi impoſitũ linguę futura prænũciari fin
gunt. Bronia a capite teſtudinum e tonitruis cadi puta
tur & reſtinguere fulminis ictus. Hienia lapis in oculis
hienę beſtię inuenitur. Qui ſi ſub lingua hominis ſub
ditus fuerit: futura eũ p̃cinere dicunt. Sed & corallitus
tempeſtati & grandini reſiſtere fertur. Põtica eſt gẽma
q̃dam liuore perlucida: habens ſtellas rubeas: interdum

& aureas. Dicunt per eã iterrogare dęmones: & effuga-
re. In quibuſdã gẽmarum generib⁹ veras a falſis diſcer
nere magna difficultas eſt: quippe cum inuentum ſit ex
vero genere alterius in alia falſa tranſducere: vt ſardoni
ces q̃ ternis glutinantur gẽmis ita vt deprehẽdi nõ poſ
ſint. Fingunt enim eas ex diuerſo genere nigro cãdido
miniiq; colore. Nã & p lapide pcioſiſſimo ſmaragdo
quidã vitrũ arte inficiunt: & fallit oculos ſubdole q̃dã
falſa viriditas: quoaduſq; non eſt qui probet ſimulatũ
& arguat: ſic & alia alio atq; alio modo. Neq; ei eſt ſine
fraude vlla vita mortalium. Omnes autẽ non tranſluci-
das gemmas cœcas appellari eo q densitate ſua obſcu
rentur.

De vitro. Cap. XV.

VItrum dictũ q viſui perſpicuitate tranſluce
at. In aliis enim metallis quicquid intrinſe
cus cõtinetur abſcõditur: i vitro vero qlibet
liquor vel ſpecies qualis eſt interi⁹: talis exte
ri⁹ declarat & quodãmodo clauſus patet. Cuius origo
hęc fuit. In parte ſyrię q̃ fenicis vocatur finitima iudeę
circa radicem montis carmeli palus eſt ex qua naſcitur
belus: amnis quinq; miliũ paſſuum ſpacio in mare flu
ens iuxta ptolomaidẽ: cuius harenę de torrente fluctu
ſordibus eluuntur. Hic fama eſt pulſa naue mercatorũ
nitri: cum ſparſim per littus epulas pararent nec eſſent
pro attollẽdis vaſis lapides: glebas nitri ex naue ſubdi-
derunt: quibus accenſis permixta harena littoris tranſlu
centes noui liquoris fluxiſſe riuos & hanc fuiſſe origi-
nem vitri. Mox vt eſt ingenioſa ſolertia non fuit cõten
ta ſolo nitro ſed & aliis mixturis hãc artem ſtuduit. Le
uibus enĩ aridiſq; lignis concoquitur adiecto cupro ac
nitro cõtinuiſq; fornacibus vt ęs liquatur maſſeq; fiũt.
Poſtea ex maſſis rurſus funditur i officinis: & aliud fla-
tu figuratur: aliud torno teritur: aliud argenti modo cę
latur. Tingitur etiam multis modis ita vt hiacynthoa ſa
phiroſq; & virides imitetur & onyces: vel aliarũ gẽma-
rum colores: neq; eſt alia ſpeculis aptior materia vel pi-
cturę accõmodatior. Maximus tamen honor in candi-
do vitro proximoq; in chryſtalli ſimilitudine. Vñ & ad
potandũ argenti metalla & auri repulit. Vitrũ olim fie-
bat & in italia: & per gallias & hiſpaniam harena alba &
moliſſima pilla molaq; terebatur. dehinc miſcebat tri-
bus partibus nitri pondere vel mẽſura: ac liq̃ta in alias
fornaces tranſfundebatur. Quę maſſa vocabatur admo
nitrum: atq; hęc recocta fiebat vitrum purũ & candidũ.
In genere vitri & obſianus lapis annumeratur. Eſt autẽ
virens interdum & niger aliquãdo & tranſlucidus: craſ-
ſiore viſu: & in ſpeculis parietum pro imagine vmbras
reddente: gemmas multi ex eo faciunt. Hunc lapidem
& in india & in italia & ad oceanũ in hiſpania naſci tra-
dunt. Fertur autẽ ſub tiberio cęſare quendã artificẽ ex
cogitaſſe vitri temperamentũ vt flexibile eſſet & ducti-
le. Qui dum admiſſ⁹ fuiſſet ad cęſarem: porrexit phia
lam cęſari. Quã ille indignatus in pauimentũ proiecit.
Artifex autẽ ſuſtulit phialam de pauimento: q̃ compli-
cauerat ſe tanq̃ vas ęneũ. Deinde malleum de ſinu pro-
tulit & phialam correxit. Hoc facto cęſar dixit artifici.
Nunquid alius ſcit hanc conditurã vitrorũ? Poſtq̃ ille
iurans negauit alterũ hoc ſcire: iuſſit eũ cęſar decollari
ne dum hoc cognitum fieret: aurũ pro luto haberetur
& omniũ metallorum precia abſtraherentur. Et reuera
qa ſi vaſa vitrea non frangerentur melius eſſent q̃ aurũ
& argentum.

De metallis. Cap. XVI.

MEtallũ dictũ graece απο του μετ αλλον
q natura eius ea ſit vt vbi vna vena apparue
rit: ibi ſpes ſit alteri⁹ ingrẽdi. Septẽ aũt ſũt
gñã metallorũ: aurũ: argentum: ęs: electrũ:
ſtannũ: plumbum: & quod domat omnia ferrum.

De auro. Cap. XVII.

AVrum ab aura dictũ. i. a ſplẽdore. q repcuſ-
ſo aere plus fulgeat. vnde & Virgili⁹. Diſco
lorvñ auri p ramos aura refulſit hoc eſt ſplẽ
dor auri. Naturale enĩ eſt vt metallorũ ſplen
dor plus fulgeat luce alia repercuſſus. Hic & aurarii di-
cti quorũ fulgor ſplendidos reddit. Obryzũ aurum di-
ctum: q obradiet ſplendore. Eſt enĩ coloris optimi: qđ
hebręi opham gręci cirrũ vocant. Brachtea dicitur te-
nuiſſima lamina. απο του βραχειν: qđ eſt ηχειν. i.
a crepitando. lamina. Pecunia
prius de pecudibus: & proprietatẽ habebat & nomen.
De corio enĩ pecudum nũmi incidebant & ſignabãtur.
Poſtea a ſaturno ęreus nummus inuentus eſt. Ipſe enĩ
ſignari nũmos & iſcribi conſtituit. Propterea & ęrariũ
ſaturno a gentilibus conſecratũ eſt. Alii vt ſuperius pe-
cuniam a pecudibus appellauerunt: ſicut a iuuando iu-
menta dicta ſunt. Omẽ enim patrimoniũ apud antiquos
peculiũ dicebatur a pecudibus: in quibus eorũ conſta-
bat vniuerſa ſubſtantia. Vnde et pecuarius vocabatur
q erat diues: modo vero pecunioſus. Antiquiſſimi nõ-
dum auro argentoq; inuento: ęre vtebantur. Nã prius
ęrea pecunia in vſu fuit: poſt argẽtea: deinde aurea ſub-
ſecuta: ſed ab ea qua cępit & nomẽ retinuit. Vnde & ęra
rium dictũ: quia prius tantũ in vſu fuit: & ipm ſolũ recõ
debatur: auro argentoq; nondũ ſignato: ex quorũ me-
tallis q̃uis poſtea facta fuiſſet pecunia: nomen tñ ęrarii
permanſit ab eo metallo vnde initiũ ſumpſit. Theſau-
rũ iuxta gręcã pprietatẽ απο τησ τεσεοσ: a poſitio
ne: hoc eſt a repoſito noiatur. Nã theſis poſitio dicitur
& eſt nomẽ ex graeco latinoq; ſermone cõpoſitũ. Nam
theſis gręci repoſitũ dicunt. Latini autẽ quod iunctum
ſonat repoſitum aurũ. Auraria nomen habet ab auro.
Tributa vero eo q antea per tribus ſingulas exigebant
ſicut nunc per ſingula territoria. Sic autẽ i tres partes di
uiſum fuiſſe romanũ populũ conſtat: vt qui preerant in
ſingulis partibus tribuni dicerentur. Vnde etiã ſumpt⁹
quos dabant populi tributa noiatur. Vectigalia ſunt
tributa a vehendo dicta. Stipendiũ a ſtipe pendenda no
minatũ. Antiqui enim appendere pecuniam ſoliti erant
magis q̃ annumerare. Moneta appellata eſt quia monet

ne qua fraus in metallo vel põdere fiat. Numiſma eſt ſolidus aureus vel argente⁹ ſiue ęreus: qui ideo numiſma dicitur: quia nominibus principum effigiebuſq; ſignabatur. Prius nũmus argirus nũcupabatur: quia q̃pluri mũ ex argẽto percutiebatur. Nũmi autẽ a numa romanorũ rege vocati ſunt qui eos primũ apud latinos imaginibus notauit: et titulo nois ſui preſcripſit. Folles dicuntur a ſacculo quo cõdũtur: a cõtinẽte id quod continetur appellatum. In numiſmate tria quęruntur. metallũ: figura: & pondus. Si ex his aliquid defuerit: numiſma non erit. Tria ſunt autẽ genera argẽti & auri & ęris: ſignatũ: factũ: infectũ. Signatum eſt quod in nũmis eſt. factũ eſt quod in vaſis & ſignis. infectũ quod in maſſis eſt: quod & graue dicitur: id eſt maſſa. In noticiã aũt formarũ metalla ita venerunt. Dũ enim quacũq; cauſa ardẽtes ſiluę excoquerẽt terram ex calefactis venis fudit riuos cuiuſcũq; ſtructurę: ſiue igitur ęs illud fuerat: ſiue aurũ cũ in loca terrę depreſſiora decurreret: ſumpſit figuram in quã illud vel profluens riuus vel excipiens lacuna formauerat. Quarũ rerũ ſplendore capti hoies cũ ligatas attollerent maſſas viderũt in ea terrę figurata veſtigia in quę excogitauerunt liquefactas ad omnẽ formam poſſe deduci.

De argento. Cap: XVIII.

ARgentũ nõ longe a græca appellatione diſtat. Hoc eñ illi argirũ vocant. Sed mirũ in modũ illud dũ cãdidũ ſit: ĩpreſſũ corpori lineas nigras reddit. Argentũ viuũ dictũ q; excidat materias ĩ quib⁹ iniicitur. hoc & liquidũ q̃a percurrit. Inueniť ſpecialiter ĩ metallis ſiue ĩ argẽtariis fornacibus guttarũ concretione tectis inhęrens: ſæpe etiã in ſtercore vetuſtiſſimo cloacarũ vel puteorũ limo. Fit etiã & ex minio impoſito cõculę ferreę patena teſtea ſuperpoſita: cũ circũlito vaſculo circundantur carbones: ſicq; argentũ viuũ ex minio ſtillat: ſine hoc neq; argentũ: neq; ęs inaurari põt. Tantę autẽ virtutis eſt: vt ſi ſup ſextariũ argenti viui centenariũ ſaxũ ſuperponas: oneri ſtatim reſiliat. Sin vero auri ſcrupulum: leuitatẽ eius raptim ſinu recipit: ex quo intelligitur nõ pondus ſed naturã eſſe cui cedit. Seruatur autẽ melius in vitreis vaſis: nã cęteras materias perforat. Potui autẽ datũ: interficit ponderis cauſa. Argenti purgamenta litargyros: quam nos ſpumã argenti appellamus. Fit autem ex argento & plumbo mixta.

De ęre. Cap. XIX.

AEs a ſplendore æris vocatũ ſicut aurũ & argentũ. Apud antiquos autẽ prior ęris q̃ ferri cognitus vſus. ęre quippe primi pſcindebãt terrã: ęre certamia belli gerebãt: eratq; ĩ precio magis ęs: aurũ vero & argẽtũ propter inutilitatẽ reiiciebantur. Nunc verſa vice iacet ęs: aurũ ſummo ceſſit honore: ſic voluenda ętas cõmutat tempora rerũ: & quod fuit in precio: fit deniq; nullo honore. Vſus æris poſtea tranſiit in ſimulacris: in vaſis: in ędificiorũ ſtructuris: maxime & ad perpetuitatẽ monumentorũ: etiã publicę in eis conſtitutiones ſcriptæ ſunt. Cypriũ ęs in cypro inſula prius repertũ: vnde & vocatũ: factum ex lapide eroſo: quẽ cathmiã vocãt: & eſt ductile: huic ſi addatur plumbum colore purpureo fit. Auricalcũ dictum q; & ſplendorẽ auri & duriciã ęris poſſideat. Eſt autem nomen compoſitũ ex lingua latina & gręca. Es eñ ſermone gręcorũ calco vocatur. Fit aũt ex ęre & igne multo ac medicaminibus perducitur ad aureũ colorem. Corintheũ eſt omniũ cõmixtio metallorũ: quod caſus primũ miſcuit corintho cũ caperetur incenſa. Nam dum hanc ciuitatẽ hãnibal cepiſſet omes ſtatuas ęneas & aureas & argenteas in vnum rogũ cõgeſſit: & eas icendit. Ita ex hac cõmixtione fabri ſuſtulerunt & fecerunt paropſides. Sic corinthea nata ſunt ex omnibus in vnum: nec hoc nec illud. Vnde & vſq; in hodiernũ diem: ſiue ex ipſo: ſiue ex imitatione eius tęs corintheũ vel corinthea vaſa dicuntur. Huius tria genera. vnum cãdidũ. ad argenti nitorem accedens: alterũ in quo ipſius auri fulua natura eſt: tertiũ in quo ęqualis cunctorũ temperies. Coronariũ ex ductili ęre tenuatur in laminas: taurorum q; felle tinctũ ſpeciem auri in coronis hiſtrionũ præbet Vnde & appellatũ. Pyropum igneus color vocauit. Nã q; ĩ ſingulas vncias ęris additis auri ſcrupulis ſenis pręntenui brachtea igneſcit: flãmaſq; imitatur: vnde & pyropum dicitur. Regulare ęs dicitur: quod ab aliis ductile appellatur: quale omne cyprium eſt. Ductile autẽ diciť eo q; malleo producatur: ſicut contra fuſile qđ tãtũ funditur. Nam & caldareũ quod tñ funditur. Nã malleis fragile eſt. Siquidẽ oẽ ęs diligentius purgatis igne vitiis excoctiſq; regulare efficitur. Campanũ quoq; inter omnia genera ęris vocatur a campania prouincia: q̃ eſt in italię partibus: vtenſilibus & vaſis omnibus probatiſſimũ. Es oẽ frigore magno melius funditur. ęs rubiginẽ celerius trahit: niſi oleo perungatur: ſeruari aũt id optime etiã in liquida pice tradunt. Inter oia metalla ęs vocaliſſimũ eſt: & maximę poteſtatis: ideo & ęnea limina. vnde & Virg. In foribus cardo ſtridebat ęneis. Origo ęris catmia & calciteus. Purgamẽta ęris catmia & origo & ęris flos. Catmia gignitur in metallorũ ęris atq; argenti fornacibus inſidente nitore. Nãq; vt ipe lapis ex quo fit ęs catmia vocatur: ſic rurſus in fornacib⁹ exiſtit: & nominis ſui originẽ recipit. ęris flos fit ſeu gignitur cõflationibus reſoluto atq; reliquato ęre perfuſa frigida aqua. Repentina eñ denſatione tanq̃ de ſucco reparatur flos. Eruginẽ ęs quoq; creat. Nam laminæ ęreę ſuper vas aceti aſperrimi ſarmentis ſuperpoſitę atq; ita diſtillantibus quod ex eo cecidit in ipſum acetum teritur & cribratur.

De ferro. Cap. XX.

FErrum dictũ q; farra id eſt ſemina frugũ terrę cõdat. Idẽ & calybs: a calybe flumie vbi ferrũ optima acie temperatur. Vnde et abuſiue dicitur calybs ipſa materies vt vulnificuſq; calybs Ferri vſus poſt alia metalla repertus eſt: cuius poſtea verſa in opprobriũ ſpecies. Nã vnde prius tellus tracta

batur:inde modo cruor effunditur. Nullū autē corpus tam denſis inter ſe coherentibꝰ & implicitis elementis q̄ ferrum: vnde ineſt illi duricia cū frigore. Ferri aūt metallum pene vbiqꝫ reperitur: ſed ex omnibus generibus palma ſerico ferro datur. Seres eni hoc cū veſtibus ſuis pellibuſqꝫ mittunt. Secunda parthico: neqꝫ alia genera ferri ex mera acie tēperantur. Ceteris em̄ admiſceẗ mollior complexus. Differētia ferri plurima: iuxta terrę genus. Nam aliud molle: plumboqꝫ vicinū: rotarū & clauorū vſibus aptū. Aliud fragile & ęroſum culturę terrę cōueniens. Aliud ſola breuitate placet: clauiſqꝫ calligaris Aliud rubiginem celerius ſentit. Stricturę vocātur hę omnes ꝙ non ī aliis metallis a ſtringendo apte vocabulo impoſito. Aquarū vero ſumma differentia eſt: quibus ferrū candens immergitur quo vtilior fiat: ſicut birbilis in hiſpania & thiras ſonacomus in italia: in acuendo ferro oleo delectatior fit acies: vnde & tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt: ne aqua in fragilitatem durentur. A ferro ſanguis humanus ſeſe vlciſcitur. Contactū nanqꝫ celeriꝰ rubiginem trahit. Cū ferro magnes lapis cōcordiā habet. Sola em̄ hęc materia vim ab hoc lapide accipit: retinetqꝫ longo tempore. Ex eodē lapide architectus quidā alexandriæ templū concamerauerat: vt in eo ſimulacrū ferro in aere pēdere videretur. Ferrū accenſum igni niſi duretur ictibus corrūpitur. Rubens non eſt habile ad tundendū: neqꝫ anteq̄ albeſcere incipiat. Aceto vel alumine illitū ferrū fit ęris ſimile. Purgamēta ferri rubigo & ſcoria. Rubigo eſt viciū rodēs ferrum vel ſegetes: quaſi rudigo mutata vna littera: hęc & erugo ab erodendo Nam erugo viciū eſt ferri ab erodēdo dicta: non ab ęramento. Scoria vero purgamēta & ſordes ſunt q̄ igne excoquūtur. Et dicta ſcoria: quia de ferro excutitur. Rubigine autē caret ferrum ſi ceruſa & gypſo & liquida pice perungitur. Item rubigo ferramētum non viciat: ſi eadē medulla ceruina vel ceruſa mixta roſaceo vngatur.

Ꝗ De plumbo. Cap. XXI.

PLumbum dictū: ꝙ ex eo primū pilis factis maris altitudo tētata eſt. Huiꝰ vero gn̄a ſunt nigrū & candidū: ſed meliꝰ candidū: quod priꝰ in inſulis atlantici maris iuētū eſt. Siquidē & i luſitania & i gallicia gigniẗ ſumpta terra harenoſa & coloris nigri & ponderis grauis interueniūt & minuti calculi maxime de torrentibus ſiccatis: lauant eas harenas: & quod ſubſidit coquūt in fornacibus. Inueniūtur & in aurariis metallis aqua miſſa calculi nigri & graues: & dum aurū colligitur cū eo remanent. poſtea ſeparati conflantur: & in plumbū album reſoluuntur. Inde & eadem grauitas plūbi q̄ auri. Nigrum plūbum circa cantabriam abundat: cuius origo duplex eſt. Aut em̄ ſolum ex ſua vena prodit: aut cum argento naſcitur: mixtiſqꝫ venis conflatur. Huius primus in fornacibꝰ liquor ſtānū eſt: ſecundus argentū quod remanet ſuperaddita vena rurſuſqꝫ conflata fit nigrum plumbum. India neqꝫ plumbum neqꝫ ęs habet gēmis tm̄ et margaritis hec permutat. Nigro plumbo fiſtulis laminiſqꝫ vtimur. Laborioſius in hiſpania & gallia eruitur plumbū Nam in britannia ſummo terrę corio.

Ꝗ De ſtanno. Cap. XXII.

STanni ętimologia ἀπὸ χωρίζων. ideſt ſeparans dicitur & ſecernens. Mixta eni & adulterata iter ſe per ignē metalla diſſociat & ab auro & argento ęs plūbūqꝫ ſecernit: alia quoqꝫ metalla ab igne defendit: & cum ſit natura ęris ferriqꝫ duriſſima: ſi abſqꝫ ſtanno fuerit vriẗ & cremaẗ. Stannū illitum ęreis vaſis taporē facit gratiorē & cōpeſcit virꝰ eruginis. Specula etiā ex eo temperātur. Ceruſa quoqꝫ ex eo ſicut ex plumbo conficitur.

Ꝗ De electro. Cap. XXIII.

ELectrū vocatū ꝙ ad radiū ſolis clariꝰ auro argentoqꝫ reluceat. Sol em̄ a poetis electrū vocaẗ. Defecatiꝰ eſt em̄ hoc metallū oibꝰ metallis. Huius tria genera. Vnū quod ex pini arboribꝰ fluit quod ſuccinū diciẗ Alterū metallū quod naturaliter iuenitur: et in precio habetur Tertium ꝙ fit de tribus partibꝰ auri & argēti vna. Quas partes etiā ſi naturale ſoluas iuenies. Vnde & nichil intereſt: natū ſit an factū: vtrūqꝫ eni eiuſdē naturę eſt. Electrū quod eſt naturale eiuſmodi naturæ eſt: vt in cōuiuio & ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat et venenū prodat. Nā ſi ei infundas venenū ſtridorem edit & colores varios in modum arcus cęleſtis emittit.

Ꝗ De ponderibus. Cap. XXIIII.

POnderū ac mēſurarū iuuat cognoſcere modū. Nā oia corporalia ſicut ſcriptū eſt a ſummis vſqꝫ ad ima in mēſura & numero & pōdere diſpoſita ſunt atqꝫ formata. Cūctis corporeis rebus pondꝰ natura dedit: iuſſ quodqꝫ regit oia pōdꝰ. Primꝰ moyſes i heremo filiis iſrael pōdera & mēſura dedit. Primus ſidon argiuus ponderum rationē in grecia conſtituit: & licet alii antiquiores extiterint: ſed iſte hac arte experientior fuit. Pondus dictū eo ꝙ i ſtatera librarum pendeat: hinc & penſum. Abuſiue autem pondus: libra vna eſt. Vnde etiā dipondium dictum eſt quaſi duo pondera: quod nomen adhuc in vſu retineẗ Trutina eſt gemina ponderum lances æquali examine pendens facta propter talenta & centenaria appendenda ſicut momētana ꝑ parua modicaqꝫ pecunia. Et hęc moneta vocata. Eadem & ſtatera nomen ex numero habens ꝙ duabus lancibꝰ et vno i medio ſtilo librata ęqualiter ſtet. Examen eſt filū mediū: quo trutinę ſtatera regitur: et lances ęquantur. Vnde & in lanceis amentū dicitur. Campana regione italię nomen accepit vbi primum eius vſus repertus eſt. Hæc duas lances nō habet ſed virga eſt ſignata libris et vnciis et vago pōdere mēſurata. Vnicuiqꝫ autē ponderi certus eſt modus nominibus propriis deſignatus. Calcus minima pars ponderis quarta pars oboli eſt: cōſtans lentis geminis granis Appellatur autē calcus: ꝙ ſit paruulus ſicut et lapis calculus: qui adeo minimus eſt: vt ſine moleſtia ſui calceẗ:

Siliqua viceſima quarta pars ſolidi eſt:ab arboris ſemi-
ne vocabulũ tenẽs.Cerates oboli pars media eſt habẽs
ſili quã vnã ſemis.Hunc latinitas ſemi obolũ vocat.Ce
rates autẽ grȩce latine ſiliqua cornuũ interpretaꝛ. Obo
lus:ſiliquis tribus appenditur:habẽs cerates duos : cal-
cos quattuor.Fiebat enim olim ex ȩre ad inſtar ſagittȩ:
vnde & nomen a grȩcis accepit:hoc eſt ſagitta. Scrupu
lus ſex ſiliquarũ pondere conſtat.Hic apud grȩcos grã
ma vocatur.Scrupulus autẽ dictꝰ per diminutionem a
lapillo breui qui ſcrupus vocatur.Drachma octaua pars
vncię eſt:& denarii pondus argenti tribus cõſtans ſcru-
pulis.i.xviii.ſiliquis.Denarius autẽ dictus:quia pro de
cem nũmis imputatur.Solidus nũcupaꝛ:quia nihil illi
deeſſe videtur.Solidũ eñ antiqui integrũ dicebant et
totum.Ipſe quoqꝫ numiſma vocatur:pro eo ꝙ noĩbus
principum effigiebuſqꝫ ſignetur.Ab initio vero vnum
numiſma vnus argenteus erat.Hoc enim ab aſſiriis cȩ-
pit.Dicunt eñ iudei ꝙ abraham in terram chanaan pri
mus hanc aduexerit formam.Solidus apud latinos alio
nomine ſextula dicitur:ꝙ de his ſex vncia compleatur
Hunc vt diximꝰ vulgus aureũ ſolidũ vocat:cuius tertiã
partẽ ideo dixerũt tremiſſam:eo ꝙ ſolidũ faciat termiſ
ſus.Sextula bis aſſumpta duellam facit:ter poſita ſtate-
rem reddit.Stater autẽ medietas vnciæ eſt:appendẽs au
reos tres:vnde & vocaꝛ ſtater ꝙ tribus ſolidis ſtet. Hic
& ſemiuncia quia ſemis habet de vncia. Hic & ſemiſſis
quia ponderis ſemis eſt:quaſi ſemi aſſis.Quadrantẽ he
brȩi ſimiliter quadrantẽ vocant:& vocatur quadrãs:ꝙ
vncię quartã partẽ appendat.Sicel ꝗ latino ſermone ſi-
clus corrupte appellatur:hebrȩum nomen eſt : habens
apud eos vncię pondus. Apud latinos autẽ & græcos
quarta pars vncię eſt:& ſtateris medietas:drachmas ap
pendens duas.Vnde cũ in litteris diuinis legitur ſiclus
vncia eſt.cum vero in gentilium:quarta pars vncię eſt.
Vncia dicta ꝙ vniuerſitatem minorum ponderum ſua
vnitate vinciat.i.complectatur.Conſtat autẽ drachmis
viii.id eſt ſcrupulis.xxiiii.Quod proinde legitimũ põ
dus habetur:quia numerus ſcrupulorũ eius horas diei
noctiſqꝫ metitur:vel quia libram efficit duodecies com
putatus.Libra.xii.vnciis perficitur:& inde habetur per
fecti ponderis genus:quia tot conſtat vnciis:quot men
ſibus annus. Dicta aũt libra ꝙ ſit libera & cuncta intra
ſe pondera p̃dicta concludat.Mna in ponderibus cen-
tum drachmis appenditur:& eſt nomen grȩcũ. Talen-
tum autẽ ſummũ eſſe pondus perhibetur in grȩcis.Nã
nihil eſt calco minus nihil talento maius.Cuius varium
apud diuerſas gentes pondus habetur.Apud romanos
enim talentũ eſt ſeptuaginta duarum librarũ:ſicut Plau
tus oſtẽdit qui ait duo talẽta eſſe.c.xliiii.libras.Eſt autẽ
triplex.i.minus:medium : ſummuꝫ.minus.l.medium
lxxii.librarum.ſummũ.c.xx.conſtat. Centenarium nu
meri nomẽ eſt eo ꝙ centum librarũ põderis ſit.Quod
pondus propter perfectionem centenarii numeri inſti-
tuerunt romani.

¶De menſuris. Cap.XXV.

MEnſura eſt res aliq̃ modo ſuo vel tẽpore cir
cũſcripta.Hęc autẽ corporis eſt aut tẽporis
Corporis eſt vt hominũ:lignoꝝ & colũna-
rũ longitudo vel breuitas.Sed & ſolẽ iſtũ p
priã ſui orbis habere mẽſurã quod geometrici pſcruta
ri audent.Temporis vt mẽſura horarũ & dierũ & anno
rum.Vnde & metiri pedes horarũ dicimus hoc eſt mẽ
ſurare.Proprie autẽ menſura vocata:ꝙ ea fruges metiũ
tur atqꝫ frumentũ.i.humida & ſicca & modios:arrabo
nes.vrnas:& amphoras.Mẽſurarũ pars minima cochle
ar quod eſt dimidia pars drachmę:appendens ſiliquas
ix.Qui triplicatus cõculã facit. Concula drachma vna
& dimidia adimpletur.Cyathi pondus.x.drachmis ap-
penditur qui etiã a quibuſdã cauſatus dicitur. Oxifalus
fit:ſi quinqꝫ drachmę adduntur ad.x.Acitabulus quar-
ta pars eminę eſt.xii.drachmas appendẽs. Cotula emi-
na eſt habens cyathos.vi.quę iccirco cotula vocaꝛ:quia
græco ſermone cotę iciſio dicaꝛ:& emina ſextarii i duo
ęqua inciditur & cotulam facit.Emina autẽ appendit li
brã vnã:quę geminata ſextariũ facit.Sextarius duarum
librarũ eſt qui bis aſſumptus bilibris nominatur:aſſum
ptus quater fit grȩco nomine chęnix.Quinquies com-
plicatus:quinarem:ſiue gomor facit.Adiice ſextũ con-
gium reddit:Nã congius.vi.metitur ſextariis a quo &
ſextarii nomen dederunt. Congiũ autẽ a congiendo.i.
per augmentũ creſcendo vocatur.Vnde poſtea pecunia
beneficii gratia dari cȩpta congiariũ appellatũ eſt.Vnuſ
quiſqꝫ enim ſui temporis imperator fauorẽ populi ca-
ptans adiiciebat vt largior videretur in donis. Congia
rium autẽ ſpecialiter menſura eſt liquidorũ: cuius & rẽ
ſimul & nomẽ a romanis impoſitũ inuenimus. Metre
ta eſt menſura liquidorũ.Hæc a menſura accepit nomẽ
Metron enim menſurã dicunt grȩci : & inde appellata
metreta:licet & vrna & amphora:& reliqua huiuſmodi
nomina menſurarum ſint:tamen iſta hoc nomen a de-
narii numeri perfectione accepit.Metrũ ad omnẽ men
ſuram pertinet.Metron enim grece:latine menſura di-
citur.Nam & cyathum menſura eſt:& amphora menſu
ra eſt:et quicquid plus minus ve capit menſura eſt. Sed
ideo hoc nomen ſpecialiter ſibi aſſumpſit:ꝙ ſit menſu
ra perfecti numeri.i.denarii. Modiꝰ dictus ab eo ꝙ ſit
ſuo modo perfectus.Eſt autẽ menſura librarum.xliiii.
id eſt ſextarioꝝ.xxii.Cuius numeri cauſa inde tracta eſt
eo ꝙ in principio deus.xxii.opera fecerit. Nam prima
die ſeptem opera fecit:id eſt materiam iformẽ: ãgelos:
lucem:cȩlos ſuperiores:terram:aquam atqꝫ aerem. Se-
cunda die firmamẽtum ſolum.Tertia die quattuor ma
ria:ſemina:ſationes atqꝫ plantaria. Quarta die tria:ſolẽ
& lunam & ſtellas.Quinta die tria:piſces & reptilia aq̃-
rum:& volatilia. Sexta die quattuor:beſtias:pecudes:
reptilia terræ:et hominem.Et facta ſunt omnia.xii.ge-
nera in diebus ſex.Et.xxii.generationes ſunt ab adam
vſqꝫ ad iacob:ex cuius ſemine naſcitur oĩs gẽs iſrael
Et.xx.libri veteris teſtamenti vſqꝫ ad heſter.et.xxii.lit-
terarum elementa ſunt quibus conſtat diuinę legis do-

ctrina. His igitur exemplis modius. xxii. ſextariorū a moyſe ſcdm ſacrę legis menſuram effectus eſt. Et q̃uis diuerſę gētes huic menſurae pōdus vel adiiciant ignoranter vel detrahant apud hebręos conſtitutione diuina tali ratione ſeruatur. Modius enim a modo dictus. Hinc & modica. i. moderata. Modicis enim modiꝰ nomen impoſuit. Nam modica pro paruis abuſiue non ꝓprie dicimus. Satum genꝰ eſt menſurę iuxta morē prouincię paleſtinae: vnum & dimidium modiū capiens. Cuius nomen ex hebraeo ſermone tractum eſt. Satum enim apud eos nominatur ſumptio ſiue leuatio: eo ꝙ qui metitur eandē menſurā ſumat ac leuet. Eſt & aliud ſatum menſura ſextariorum. xxii. capax quaſi modius Batus vocatur hebraica lingua ab olearia mola q̃ bath apud eos vel bata nominat̃: capiens quinquaginta ſextaria: quae menſura vna molę vice proteritur. Amphora vocata ꝙ hinc & inde leuetur. Hęc gręce a figura ſui dicta dicitur: ꝙ eius anſę geminatę: videātur aures imitari. Recipit autē vini vel aquę pedem quadratū: frumenti vero modios italicos. Cadus gręca amphora eſt continens vrnas tres. Vrna menſura eſt: quē quidam quartarium dicunt. Proprie autē vrna vas eſt quod pro condendis defunctorū cineribus adhiberi ſolet: de quo poeta. Cęlo tegitur: qui non habet vrnā. Medimna eſt mēſura quinq; modiorū. Medimna autē latina lingua vocatur: id eſt dimidia eo ꝙ quinq; modiis metiatur qui eſt dimidius numerus a perfecto denario. Artabo menſura eſt apud ęgyptios ſextariorum. lxxii. compoſita ex numero propter. lxxii. gentes vel linguas: quae orbem impleuerunt. Gomor. xv. modiorum onus appendit. Corus. xxx. modiis impletur. Hic ex hebraico ſermōe deſcendit: qui vocatur cora a ſimilitudine collis. Coria enim hebraice c ·les appellantur. Coaceruati enim modii. xxx. inſtar collis videntur: & onus cameli efficiunt.

De ſignis. Cap. XXVI.

Ponderis ſigna plęriſq; ignota ſunt & inde errorē legentibus faciūt. Quapropter formas eorum & caracteres ita vt a veteribus ſignata ſunt ſubiiciamus.

Z Littera ſignificat dimidium obolum.

— Virgula ęqualiter iacens & porrecta ſimpliciter ſignificat obolum.

= Geminata virgula duo oboli ſunt.

T Latinum ſignificat obolos tres.

F Latinum ſignificat obolos quattuor.

E Latinū demonſtrat obolos. v. Oboli vero ſex propterea caracterem non habent eo ꝙ in vna drachma ſex veniāt: quod eſt pondus denarii argentei.

H Lr̃a ſignificat ſiliq̃s. viii. id eſt tremiſſem.

N Latinum ſignĩficat numiſma gręcum: id eſt ſolidum.

IB Iota adiuncta beta ſignificat dimidium ſolidum.

< Virgulae duę ex vno āgulo a leua ī dextrā ſe diuidentes: ſignificant drachmam quā etiam olcem appellant.

NΓ N latinum adiuncto gamma gręco ſignificat ſemiunciam.

ΓO Gammę aūt gręcę littere o latinū in fine adiunctū ſignificat vnciam.

Λ Lauda gręcum: per medium ſui ī latinuꝫ adiunctū ſignificat libram.

KU kappa gręcum circa finem cornuū adiuncto v gręco ſignificat cyathum.

KO Si vero o latinū habuerit adiunctū: eminam demōſtrat quā gręci cotylem vocāt.

ΞE Xi gręcum ſi acceperit iunctum e latinuꝫ ſignificat ſextarium.

ΞO Si o latinū adiunctū habuerit: indicat acitabulū: quod gręci oxiphalon vocant.

N / ω μ gręcuꝫ ſuperpoſito n latino ſignificat mna.

AΛ A latinum in fine habens lauda graecum ſignificat talentum.

A' Alpha gręcum in dextro brachio ſuperiori o littera coniuncta chęnix eſt.

Incipit liber decimuſſeptimus.

De auctoribus rerum ruſticarum. Cap. I.

Rerum ruſticarū ſcribendi ſolertiā apud gręcos primꝰ Heſiodꝰ Boetiꝰ humanis ſtudiis cōtulit. Deide Democritꝰ magnus quoq; carthaginēſis in. xxviii. voluminibꝰ ſtudiū agriculatiōis cōſcripſit. Apud romanos autē de agricultura primꝰ Cato inſtituit: quā deinde marcus terentius expoliuit: mox Virgiliꝰ laude carminū extulit. Nec minus ſtudium habuerunt poſtmodum Cornelius celſus & Iulius acticus. ęmilianus ſiue columella inſignis arator: qui totū corpus eiuſdem diſciplinę complexus eſt Primum ad aratrum boues iunxiſſe ferūt quēdam priuatum hominem & fulminatū nomine homogytum.

Quidam autem oſiirim dicũt eſſe artis huius iñetorē
qui dã triptolemõ. Et hic queſtio eſt quõ prima ceres
ferro in græcia vertere terrã inſtituit: ſed ferro qualicũ
q; non ſpecialiter vomere aut aratro. Stercorandi agri
rõnē primꝰ iduxit quidã noīe ſtercutꝰ in italia t cuiꝰ ara
apico dedicata eſt romę. Hic plura iſtrumēta agricul=
turę repperit: primuſq; agros firmauit. Fundē qdã ſa
turnũ putauerũt vt maiorē illi nobilitatē facerent hoc
noīe: quo ſplēdide ſonaret & dignitatē tituli cõpararet

De cultura agrorum. Cap. II.

CVltura eſt qua frumēta vł vina magno labo
re q̃runᷣ: ab icolēdo vocata Diuitię aũt anti
quoꝝ i his duobꝰ erant: bñ paſcere & bene
arare Cultura agri cinis: aratio: itermiſſio: i
cenſio ſtipularꝫ: ſtercoratio: occatio: runcatio. Cinis eſt
incendiũ per quod ager inutilē humorē exſudat. Ara=
tio dicta: quia de ęre prius terrę culturam exercebãt: an
teq̃ ferri fuiſſet vſus repertus. Duplex eſt añt aratio: ver
nalis & autũnalis. Intermiſſio eſt: qua alternis annis va
cuus ager vires recipit. Stercoratio eſt lætaminis aſper
ſio. Stercus autem vocatum vel quia ſternitur in agris:
vel extergi oporteat quicquid ſordidũ i ciuitate redũ=
dat: ſiue quod veri us eſt ad ſtercen qui & ſtercutꝰ dictꝰ.
Idem & fimus eſt: qui per agros iacitur. Et dictus fimꝰ
ꝙ fiat imus. i. ſtercus: qui vulgo letamen vocatur eo ꝙ
ſuo nutrimento læta faciat germina. reddatq; pinguia
arua & fęcũda. Occatio eſt cum ruſtici ſatione facta bo
bus dimiſſis grãdes glebas cędũt: & ligonibꝰ frangũt
& dicta occatio: quaſi obcęcatio: ꝙ operiat ſemina Oc
care igitur eſt operire terrã ſemina: vites & arbores Rũ
catio eſt a terra herbas euellere, Nam rus terra eſt Sulcꝰ
a ſole vocatꝰ: ꝙ proſciſſus ſolem capiat. Veractũ diciᷣ:
quaſi vere actũ. i. verno aratum. Proſciſſio ē aratio pri=
ma cum adhuc durus ē ager. Satio dicta eſt: quaſi ſemi
nis actio: vel quaſi ſatorum actio: ſerere autē vocatũ qa
hoc ſereno cęlo faciendum eſt. non per imbres. Hinc ē
et illud virgilianũ. Nudus ara: ſere nudus. Meſſis a me=
tendo. ideſt a recidendo dicta. Seges autem de ſemine
dicta ꝙ iacimus ſiue a ſectione.

De frumentis. Cap. III.

PRima ceres cœpit vti frugibꝰ i gręcia & ha
bere ſegetes trãſlatis aliũde ſeminibꝰ Huiꝰ
memiuit Ouidiꝰ dicēs Pria ceres vnco gle
bã dimouit aratro. Prima dedit fruges: ali
mētaq; initia terris. Frumenta ſunt proprie quę ariſtas
habent: fruges aũt reliqua. Frumenta autem vel fruges
a frumendo hoc eſt a veſcendo dicta. Nam frumē dici
tur ſumma pars gulę Primitię proprie ſunt quę de fru
gibus: pręcerpũtur. Triticum vel a tritura dictũ: ꝙ pu
riſſimum horreo condatur: vel quia granũ eius cõmo=
litur & teritur Far diciᷣ eo ꝙ initio frangereᷣ. Apud an
tiquos enim mollarũ vſus nondũ erat: ſed frumentum
in pila miſſum frangebant: & hoc erat genus molendi
Adoreum tritici genus: quod idem vulgo ſemen diciᷣ
Edor quõdam appellatũ ab edendo: quia primo eo vſi
ſunt hoies: ſiue quia in ſacrificio ipſius generis panis
ad aras offerebatur. Vnde adorea ſacrificia dicunᷣ. Sili
go genus tritici: a ſelecto dictum Nam in pane ſpecies
eius pręcipua eſt. Trimenſe triticũ ideo nuncupatum:
quia ſatũ poſt tres menſes colligitur. Nam vbi propter
aquam aliãve cauſam matura ſatio omiſſa eſt: pręſidiũ
ab hoc petitur. Alica gręcũ nomen eſt Alicaſtrũ ſimile
eſt alicę põdere & bonitate pręcipua Ordeũ dictum ꝙ
prę cęteris generibus frumēti aridũ ante fiat: vel ꝙ ſpi
ca eius ordines habeat. Horũ tria genera. Primũ hexa
ticum vocaᷣ: eo ꝙ ſpica eius ſex ordines habeat: quod
quidam canterinũ appellant: qm̃ aīalia meliꝰ q̃ triticum
paſcit: & hoies ſalubrius q̃ malũ triticũ. Alterꝫ diſticũ:
eo ꝙ duos ordines habeat: hoc plæriq; calaticũ vocãt
Tercium trimenſe. quia dũ cogit neceſſitas verno ſemi
natur & celeriter colligiᷣ. Scandula a diuiſione vocata
Duplex enim eſt: ſcandiᷣ. i. diuidiᷣ. Centenũ appellatũ
eo ꝙ in plęriſq; locis iactis ſeminis ciꝰ incrementũ fru
gibus centeſimũ renaſcaᷣ Hinc & miliũ a multitudine
fructus vocatũ. Panitium dictũ: ꝙ in multis regiõibꝰ
ex eo panis vice hoies ſuſtētēᷣ: quaſi panis victũ. Piſtũ
a paſto. Siſamũ gręcũ nomē eſt. Farrago a farre dicta
eſt enim herba ordeacea adhuc viridis: nec dum granis
ad maturitatē turgentibꝰ Spicã de maturis frugibꝰ abu
ſiue dicimꝰ Nã ꝓprie ſpica eſt: cũ per culmi folliculũ. i.
extremum tumorē ariſtę: adhuc tenues in modum ſpi
culi eminent. Ariſta appellata. ꝙ prius ipſa areſcat. Cul
mus & ipſe calamus ſpicę qui a radicibꝰ naſcitur. Et di
ctus culmus quaſi calamus. Folliculus eſt theca frumē
ti: in qua granum ſeruatur interius. Hæc ſuper ſpicam
vallo iſtructa: munimen prætendit. ne auium minorũ
morſibus ſpica ſuis fructibus exuatur: aut veſtigiis pro
teratur. Stipulę ſunt folia ſeu vaginę quibꝰ culmus am=
bitur atq; fulcitur: ne pondere frugis curuetur: quę am
biunt culmũ. Et dicta ſtipula quaſi vſta & quaſi vſtipu=
la: ſtipula dicta ab vſto collecta enim meſſe vritur pro=
pter culturam agri. Item ſtipula: vel quia pars eius vriᷣ
pars interdum pro palea præciditur. Palea a quibuſdã
vocari dicitur: ꝙ pala ventiletur. vt frumenta purgen=
tur. Gentiles autem paleam a quadam pale frugum in=
uentrice vocauerunt: quam cererem eſſe volunt: de qua
Virgilius. Te quoq; magna pales: & te memoranda ca
nemus. Item alii a pabulo nuncupatam dicunt paleam
ꝙ ea primum ſola in paſcēdis animalibus prębebatur
Cuius natura ex cõtrario tanto eſt frigida: vt obruptas
niues fluere non ſinat: adeo calida: vt matureſcere po=
ma compellat.

De leguminibus. Cap. IIII.

LEgumina a legēdo dicta: q̃ſi electa Veteres
eni meliora quęq; legebãt: ſiue ꝙ manu le
ganᷣ: nec ſectionē requirãt. Leguminũ plu
rima genera: ex quibus faba: lens: piſa: faſe
lum: cicer: lupinum: gratiora in vſu hoim videntur. Fa=
ba græca ętymologia a veſcendo vocabulum ſumpſit
q̃ſi faga, Fage eni gręce comedere dī. Primũ. n. hoies

hoc legumine vſi ſunt. Huius ſpecies duę quarũ altera
cõmunis: altera ægyptia Faba freſa dicta eo ꝙ eã hoies
frendãt. i. frangãt: & molẽdo cõminuant. Lens vocata:
ꝙ humida & lẽta eſt: vel ꝙ adhęreat humi. Faſelũ autẽ
& cicer gręca noia ſunt: ſed faſelũ vile genꝰ leguminis:
quia oĩe abũdans vile eſt: hoc aũt ſemẽ abũdans inue=
nitur. Lupinum gręcũ & ipſũ nomen eſt: de quo Virg.
Triſteſq; lupini: quia vultũ guſtãtis amaritudine cõtri
ſtãt: vnde & illud pręamaritudine nec vermis nec vllũ
animal comedit. Medica: vicia: erbũ pabulorꝫ optima
ſunt. Medica dicta quia a medis trãſlata eſt in gręciã: tẽ
pore quo eã xerxes rex perſarũ inuaſit. Hęc ſemel ſerit̃
& decẽ annis ꝑmanet ita vt quater vel ſexies poſſit ꝑ an
num recidi. Vicia ꝙ vix ad triplicẽ ꝑueniat fructũ cum
alia legumina ꝑuentum habeãt fertilẽ: vnde & Virg. Vt
tenuis fœtꝰ vicię. Piſa ꝙ ea penſabat̃ aliqd auri minu
tũ. Nam pis aurũ dicit̃. Erbũ a græco trahit vocabulũ.
Hoc enim illi orabum dicunt: quod dum ſit quibuſdã
pecoribus infeſtum tauros tamen pingues efficit.

¶ De vitibus. Cap. V.

VItis plãtationem primus noe iſtituit rudi ad
huc ſęculo. Apud gręcos aũt iuentorẽ vitis
liberũ patrẽ appellari. Vñ & eũ gẽtiles poſt
mortẽ deũ voluerũt. Vitis dicta: ꝙ vim ha=
beat citius radicãdi. Alii putant vites dictas: ꝙ inuicẽ ſe
vittis innectãt: viciniſq; arboribus reptãdo religentur.
Eſt enim earum natura flexibilis: qa quaſi brachiis qui
buſdã quicqd cõprehẽderint ſtringũt. Labruſca eſt vi=
tis agreſtis: quę in terrę marginibꝰ naſcitur. Vnde & la
bruſca dicta a labris & extremitatibꝰ terrę. Codex dictꝰ
quaſi caudex. ſic enim veteres & clodũ ꝓ claudo dice=
bant. Sarmentũ a ſerẽdo. Malleolꝰ eſt nouellus palmes
innatus prioris anni flagello cognoiatuſq; ob ſimilitu
dinẽ rei: ꝙ in ea parte quã decidit̃ ex veteri ſarmẽto pro
minẽs vtrũq; mallei ſpeciẽ prębeat. Spadones ſunt ſur
culi fruge carentes: ex ipſa appellatiõe ꝙ ſint inhabiles
fructu & ſterilitate affecti. Sagittã ruſtici vocãt nouiſſi=
mã partẽ ſurculi: ſiue qa lõgius receſſit a matre ex qua
ꝓſiliit ſeu qa acuminis tenuitate teli ſpeciẽ ꝓfert. Sũmi
tates viciũ & fruticũ flagella nuncupant̃ eo ꝙ flatu agi=
tent̃ Palmes vitis materia mollis q per nouella brachia
emiſſus fructũ affert. Nã ideo ruſtici partẽ vitis palmi=
tẽ dicunt. Palmes enĩ deriuatũ nomẽ eſt: quod nomen
ϖαρεγωγον dicit̃ ꝙ a palma deriuet̃ Palma enim ha
bet nomẽ ϖρωτοτυϖον qđ dicit̃ principale ab eo ꝙ
ex ſe deriuatiuũ faciat. Pãpinus ẽ foliũ cuius ſubſidio
vitis a frigore vel ardore defendit̃: atq; aduerſum oẽm
iniuriã munit̃. Qui ideo alicubi intercíſus eſt: vt & ſolẽ
ad maturitatẽ fructus amittat & vmbram faciat. Et di=
ctus pãpinus ꝙ de palmite pẽdeat. Caprioli dicti ꝙ ca
piant arbores. ſunt enĩ cincinni ſiue vncinoli: qbꝰ ſe in
nectere vites & ſuſpẽdere ſolẽt arboribus quo ãminicu
lo freti palmites vẽtos ac turbines cõtinere queãt: & ſi
ne lapſu periculorꝫ fructꝰ ſuos ſuſtineãt: ac ſeſe vaga ꝓ=
ceritate diffundant. Corymbi ſunt annuli qui proxima

quęq; ligãt & cõprehẽdunt ne longius laxati palmites
vẽtorũ flatibus diſſipent̃. Vuę dictę ꝙ intrinſecꝰ hũo
re ſint plenę: ſucciq; & pinguedinis. Nã humidũ ẽ qđ
exterius hũorẽ habet. Vuidũ qđ interius. Acinꝰ botrus
eſt. Racemus eſt botriõis pars: & botrio gręcũ eſt. Sub
urbanę vuę quędã dicũt: qa fructus earũ ad eſcã veluti
pomũ in vrbibꝰ vendit̃. Cõmendat enĩ eas & ſpecies &
ſaporis iocũditas: ex qbus ſunt: ꝓcoque: duracinę: pur
purę: dactyli: rhodię: libyę: ceraunię: ſtephanitę: tripe
dianę: vnciarie: cidonitę. Pręcoquę vocatę ꝙ cito ma
tureſcãt: & añ oẽs ſole coquãt. Has gręci lagos dicũt ꝙ
currãt ad maturitatẽ velociter vt lepus. Durabiles autẽ
per totã hyemẽ venicule & numeſianę Purpurę a co
lore dicunt̃. Dactyli a lõgitudine Rhodię & libycę a re
gionibus nũcupatę ſunt. Ceraunię vero ꝙ rubeãt velu
ti ignis. Stephanitę a rotũditate. Vnciarię a magnitudi
ne. Genera aũt vuarũ q̃ vino deſeruiũt plurima. Ex qui
bus aminea dicta: quaſi ſine minio. i. ſine rubore. Albũ
enĩ vinũ reddit: quę cũ ſit vnius nois nõ vnã ſpeciẽ red
dit. Aminęę duę geminę ab eo dictę ꝙ duplices vuas
mittunt. Aminea lagana: qa plꝰ oĩbꝰ laneſcit lanugine.
Rubiliana dicta: qa eius materia rubet. Fecinia minuti
acini & dure cutis vuas habet: nobilitate amineã ſequi=
tur: fœcũditate præcedit Quã ꝓinde feciniã vocant: ꝙ
plus q̃ cæterę feces afferat. Apianæ vinũ dulce faciunt:
quas niſi cito legas: pluuiis et vẽtis et maxime apibꝰ in=
feſtant̃: quarũ deꝑdatione apianę cognoiatę ſunt. Bala
nitę: a magnitudine nomẽ ſumpſerũt. Balanin enĩ græ
ce grãde vocat̃. Biturica: a regione nomẽ ſortita eſt: tur
bines et pluuias et calores fortiſſime ſuſtinẽs: nec i ma=
cra terra deficiẽs: huiꝰ meriti et baſilica eſt Argitis græ
cula vitis: generis albi fertilis. vaſtã materiã et breuẽ et
latũ foliũ mittẽs. Cuius fructũ niſi primo tẽpore colli=
gas: aut ad terrã decidit: aut humore putreſcit Inerticu
la nigra eſt quã gręci amaraciõ vocãt. boni vini et leuis
a quo etiã nomẽ traxit: ꝙ iners intẽtãdis neruis habeat̃
q̃uis guſtu nõ ſit hebes. Mareoticę a regiõe ægypti ma
reotis dictę: vnde prius venerũt: ſunt enim et albę et ni
gręę. Elbolę: quas quidã varias appellãt: neq; purpurę:
neq; nigrę ab elbo colore ita dictę: ſubalbi tñ muſti El
bũ eſt enĩ nigrũ cãdidũq; colore. Nã elbũ nec albũ nec
nigrũ eſt. Tertius locus vitiũ quo ſola fęcũditate com
mẽdant̃ abũdãtia copioſa: multũq; vini fluẽs. Viticio=
nia vuas grãdes magis q̃ miſtas hꝫ: nomẽ autem inde
hoc ſumẽs ꝙ multũ vini fluat. Syriaca vel qa de ſyria al
lata vel quia nigra eſt. Multa aũt genera vinũ ſunt: quę
tñ mutatiõe loci et qualitatẽ et nomẽ amittũt. Vitibus
inter cętera magis iſta cõueniũt: oblaqueatio: putatio:
propaginatio: foſſio. Oblaqueare eſt circa codicẽ terrã
aperire et velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare ap
pellant. Putare eſt virgam ex vite ſuperuacuam reſeca=
re: cuius flagellis luxuriant. Putare enim dicitur purga
re. ideſt amputare. Traducere tranſducere. Propagina
re vero flagellum vitis terrę ſubmerſum ſternere et qua
ſi porro pangere. Hinc propagines ac ꝓpagare et ꝓtẽ=

dere dicunť. Fodere vero eſt foueā facere: quaſi fouere.

¶ De arboribus. Cap. VI.

ARborū nomē ſiue herbarū: ab aruis inflexū
credit: eo ꝙ terris fixis radicibꝰ adhęrent.
Vtraqꝫ aūt ideo ſibi pene ſimilia ſunt: qa ex
vno alteꝝ gignitur. Nam dum ſemētem in
terram ieceris: herba prius oritur: dehic cōſota ſurgit
in arborem: & infra paruū tēpus: quam herbamvideras
arbuſtam ſuſpicis. Arbuſta arbor nouella & tenera in q̄
inſertio fieri poteſt. Et dicta arbuſta: quaſi arboris ha-
ſta. Alii arbuſtum locum in qua arbores ſuntvolunt ac-
cipere: ſicut ſalictum: ſic & virecta vbi virgulę nouellę
& virentes ſunt. Arbor autē & fructifera & ſterilis: arbos
autem non niſi fructifera. Genere autem fœminino ar-
bores dicimus: poma vero neutro. Frutex breuis eſt ap
pellatus: ꝙ terram fronde tegat: cuius plurale nomē fru
tecta: arbor alta eſt. Silua vero ſpiſſum nemus & breue.
Silua dicta quaſi xilua: ꝙ ibi ligna cędanť. Nam gręci
xilon lignum dicunt. Multa enim latina noia: græcam
plęrūqꝫ ętymologiam recipiunt. Nemus a numinibus
nuncupatū: quia pagani ibi idola conſtituebant. Sunt ei
nemora arbores maiores vmbroſe frondibus. Lucus ē
denſitas arborum ſolo lucem detrahēs: tropo antiphra
ſin: eo ꝙ non luceat: ſiue a luce: ꝙ i eo lucebant funalia
vel cerei: propter nemorū tenebras. Saltus eſt denſitas
arborū alta vocata hoc nomine: eo ꝙ exiliat in altum &
i ſublime cōſurgat. Auiaria ſecreta nemora: dicta ꝙ ea
aues frequētant. Recidiua arborum ſunt: quę aliis ſectis
repullulant. Alii recidiua a cędendo dicūt: quia poſt ca
ſum naſcunť. Alii recidēdo & repullulādo dixerūt. Er-
go recidiuū vbi mors aut caſus. Inſitio dicit cū fiſſo trū
co ſurculus fæcundę arboris ſterili inſerit: aut oculorū
impoſitio cū iciſo corticę libro alienę arboria germē
imittitur. Plātę ſunt raptæ de arboribus. Plātaria vero
quæ ex ſeminibus nata ſunt cū radicibus: & a terra pro-
pria trāſferunť. Ceſpites frutices ſunt quaſi cuſpides vel
quaſi circa pedes. Frondes dicti ꝙ ferātvirgulta velvm
bras: ſunt aūt cauſa vmbrarū. Oculi nodi ſunt ex qbus
frondes exeūt. Radix appellať ꝙ quaſi radiis quibuſdā
fixa terris in profunda dimergiť. Nam phyſici dicūt pa
rem eſſe altitudinē radicū & arborū. Alii radicē a ſimili
tudine radioꝝ dictā putant: vel quia ſi eradať nō repul-
lulat. Truncus eſt ſtatura arboris inſiſtens radici. Corti
cem veteres corucē vocabāt. Dictus aūt cortex ꝙ corio
lignū tegat. Liber eſt corticis pars interior: dictꝰ a libe-
rato cortice. i. ablato. Eſt eni mediū quiddā inter lignū
& corticē. Rami ſunt qui de trūco manāt: ſicut a ramu-
ſculis cętera. Surculi a pręciſiōe ſerrę nūcupati. Virgul
tum eſt: quod de radice pullulat. Ramus qui de ipſo ro
bore arboris: virga q̄ de ramis. Proprie autem virgul-
tum appellatur quod ad radicē arboris naſcitur et qua-
ſi inutile ab agricolis amputať. Et hinc dictū virgultū:
quia ex virga tollitur. Virga autem a vi vel a virtute di-
citur: ꝙ vim in ſe multā habeat: vel a viriditate: vel qa
pacis indicium eſt quod vim regat. Vnde hac vtuntur
magi ad placandos inter ſe ſerpētes & icdirco in ea hos
ſuſtinēt illigatos. Hac etiam philoſophi ac reges & ma
giſtri & nuncii & legati vtunť. Flagella dicuntur vt pręⁱ
diximus ſummę arborum partes ab eo ꝙ crebros ven-
torum ſuſtinent flatus. Cimas vocatas dicunt quaſi co-
mas. Folia gręce filia dicūtur: inde & ad nos hoc nomē
per deriuationem tranſlatum eſt. Flores nominati: ꝙ ci
to defluant de arboribus: quaſi fluores: ꝙ cito ſoluanť.
In his duplex gratia coloris & odoris. Auſtro eni flo-
res ſoluuntur: zephiro fiunt. Germen dicimus ſurculū
pręgnantem a gerendo: vnde & germinatio. Fructus no
men accepit a frumine. i. eminēte gutturis parte qua ve-
ſcimur. Inde & fruges. Fructus autem proprie dicūtur
agrorum & arboꝝ quibus vtimur. In animalibus vero
abuſiue & tranſlatiue vocari fructū. Poma dicta ab opi
mo. i. a copię vbertate. Matura dicūtur: quia apta ſunt
ad mandendū: ſic & imatura: quia prius q̄ matura fiāt:
dura ſunt ad mandendum. Ligna dicta quia incenſa cō
uertuntur in lumen. Vnde & licinium dicitur ꝙ lumen
det. Aſtula a tollendo nuncupata quaſi abſtula. Fomes
eſt aſtula quę ab arboribus excutitur: reciſione aut aſtu
lę ambuſtę: aut ligno cauata a fungis nomine accepto:
ꝙ ita capiat ignem. de quo Virgiliꝰ. Rapuitqꝫ in fomi-
te flāmam. Torris lignum adultum quem vulgus ticio
nem appellat: extractum foco ſemiuſtum & extinctum.
Quiſqlię ſtipulę immixtę ſurculis ac foliis aridis: ſūt
autem purgamenta terrarum. Caries putredo lignoꝝ:
dictū hoc nomine ꝙ eueniat lignis virtute carentibus.

¶ De proprijs noibus arborum. Cap. VII.

PAlma dicta: quia manꝰ victricis ornatꝰ ē vel ꝙ
oppāſis ē ramis: i modum palmę hominis.
Eſt enim arbor inſigne victorię: procero qꝫ ac
decoro virgultu: diuturnis qꝫ veſtita frōdibꝰ
et folia ſua ſine vlla ſucceſſione conſeruans. Hanc gręci
fœnicem dicunt: ꝙ diu duret. ex nomine auis illiꝰ ara-
bię quę multis annis viuere perhibeť. Quę dum i mul
tis locis naſcatur: non in omnibus fructus perficit ma-
turitatem. Frequenter autem in ęgypto et ſyria. Fructꝰ
autem eius dactylia digitorum ſimilitudine nuncupa-
ti: quorum etiam et nomina variantur. Nam alii appel-
lantur palmulę: ſimiles mirobolani. Alii thebaici: qui
et nicolai. Alii mucales: quos gręci cariatos vocāt. Lau-
rus a verbo laudis dicta. Hac enim cum laudibus victo
rum capita coronabantur. Apud antiquos autem lau-
dea nominabatur. poſtea d: littera ſublata et ſubrogata
r: dicta eſt laurus vt in auriculis: quæ initio audiculę di
ctę ſunt: et medidies: quæ nunc meridies dicitur. Hāc
arborem gręci daphnem vocant: ꝙ nunq̄ deponat vi-
riditatē: inde illa potius victores coronātur. Sola quo-
qꝫ hæc arbor vulgo fulminari minime creditur. Malū
a gręcis dictum: ꝙ ſit fructꝰ eius pomorum omnium
rotundiſſimus. Vnde et hæc ſunt vera mala: quæ vehe-
menter rotunda ſunt. Malum matianū a loco vocatū:
vnde prius aduectum eſt. Nam multæ arbores noia ex
prouinciis & ciuitatibus de qbus allatę ſunt acceperūt

Virgilius: Amãtibus qui ex malo queri ſoleat oſtẽdit. Malacidonia nomẽ ſumpſit ab oppido quod eſt in inſula creta: de qua gręci dicere ſolent: vrbium cretẽſium matrem cidoniã: ex cuius primo cidonitum cõficitur. Fit quoq; ex ea & vinũ: quo languentiũ deſideria fallũtur. Nam ſpecie & guſtu & odore cuiuſlibet vini veteris imaginẽ repręſentat. Malomellũ dulcedine appellatum: ꝙ fructus eius mellis saporẽ habeat: vel ꝙ in melle ſeruet̃: vnde & quidam. Si tibi cecropio ſaturata cidonia melle. Ponãtur: dicas hęc meli mella placẽt. Malũ punicũ dicit̃ eo ꝙ ex punica regione ſit genus eiꝰ trãſlatum. Idem & malogranatũ: eo ꝙ inter corticis rotũditatem granorũ cõtineat multitudinẽ. Arbor aũt malogranata eſt generis fœminini: pomũ vero eſt neutri generis. Flores maloꝝ a gręcis appellati ſunt quitinas: latini caducũ vocant. Agreſtiũ autẽ malorũ flores græci balauſtion appellauerũt. Quoꝝ alii albi: alii purpurei: alii roſei reperiuntur: ſimiles floribꝰ mali punici. Negãt medici mali punici cibo noſtra corpora nutriri: ſed eo ſic opinant̃ vtendũ vt medicare potius non alere videatur. Malum perſicũ cuius breuis admodũ vita conceſſa eſt: trium generũ eſſe fertur: duracenũ: armeniacum: & perſicum. Duracenũ nuncupat̃: eo ꝙ pomũ eius in guſtu acorem referat. Armeniacũ dicitur: ꝙ primũ genꝰ eius ab armenia ſit aduectũ Perſicum vocatũ ꝙ eam arborem primus in ęgypto ſeuerit perſeus: a quo ſe oriũdos ptolemei ferebant. Hęc in perſida fructum generat interfectoriũ: apud nos autẽ iocundũ ac ſuauem. Hoꝝ aliud pręcox: aliud vocat̃ ęſtiuum. Medica arbor cuius nomen etiam carminibus mãtuanis inclaruit: aſportata primũ a medis: vnde & vocabulũ ſumpſit. Hanc græci cedromelam: latini citriã vocant: ꝙ eius pomũ ac folia cedri odorẽ referat. Malum eius inimicum veneris: & hoc eſt quod idem poeta intelligi voluit: cũ tradat ex illo foueri animã. Hæc arbor omni pene tempore plena eſt pomis quę in ea partim matura: partim acerba: partim adhuc i flore ſunt poſita. quod in cæteris arboribꝰ rarum eſt. Mella quam gręci loton appellant: quæ vulgo propter formam & colorem faba ſyrica dicitur. Arbor enim eſt magna fructum ferens comeſtibilem maiorem pipere guſtu ſuauem: vnde & mella vocata ẽ. Coquinella: quam latini ob colorem primum vocant. aliĩ a multitudine enixi fructus nixam appellant. Cuius generis damaſcena melior: a damaſco oppido: vñ prius aſportata eſt dicta: cuius ſolum pomum ſtomachũ mederi probatur. Nam cętera noxia prohibentur. Hęc ſola arbor gũmi glutinoſum & cõpactiuũ diſtillat: quo & medici & ſcriptores vtuntur. Oleomella naſcitur in palmaria ſyrie ciuitate ex eo ita appellata: ꝙ ex trũco oleũ defluat in craſſitudine mellis ſaporis ſuaui. Pomelida ſorbo ſimilis: mediocris arbor: & florę cãdido: dicta ꝙ dulcis ſit eius fructus & aquto ſapore cõmixtꝰ. Hęc arbor ętate durat exigua. Meloſos arbor in africa punica lingua vocata: ex qua profluit lentus ſuccus: qui a loco amoniacus nominatur. Meſpila arbor ſpinoſa. fructu ſimilis malorũ: ſed paulo breuiore: vnde & appellata: ꝙ pilulę formam habeant eius poma. Pyrus vocata videtur: ꝙ in ignis ſpeciem formata. Nam hoc genus pomi ab amplo icipit: & in anguſtum finit: ſicut ignis. Pyrus autem arbor: fructus eius pyra eſt. Cuius multę ſpecies: ex quibus cruſtumia ſunt pyra ex parte rubẽtia: ab oppido cruſtumio noiata. Poma pyri iumentis impoſita vel ſi pauca: vehementer oneroſa eſſe dicuntur. Ceraſus a ceraſo vrbe ponti vocata. Nam lucullus cum ceraſum ciuitatẽ ponti deleiſſet: hoc genus pomi inde aduexit & a ciuitate ceraſum appellauit. Arbor autẽ ceraſus: pomum ceraſum dicitur. Hoc etiam & ante lucullum erat in italia: ſed durum: vnde & cornum appellatum eſt. Eſt autẽ arbor apta aſtilibus. Vnde & virgilius. Bona bello cornus. Ficus latine a fœcunditate vocatur. Feracior eſt enim arboribus cęteris. Nam terq; quaterq; ꝑ ſingulos annos generat fructũ: atq; altero matureſcẽte alter oboritur. Hinc & caricę a copia noiatę. Ficus ęgyptia fœcundior fertur: cuius lignũ in aqua miſſum ilico mergitur: & cũ in limo aliquãdiu iacuerit: deinde in ſuperficiẽ ſuſtollitur. verſa vice naturę: quãdo madefactũ debuit humoris põdere reſidere. Antea athletę ficis alebãtur prius ꝗ eos pythagoras exercitator ad carnis vſum qui fortior cibus eſt tranſtuliſſet. A ſenibus in cibo ſępius ſumptę ficus rugas eorum ferunt̃ diſtẽdere Tauros quoq; ferociſſimos ad fici arborẽ colligatos repente manſueſcere dicũt. Caprificus appellata: eo ꝙ parietes quibus innaſcitur carpit. Rumpit enim & prodit ex latebris quibus concepta eſt. Alii caprificum putant dictum: ꝙ ficus arbor eius remedio fœcundetur. Morus a græcis vocata quam latini rubum appellant: eo ꝙ fructus vel virgulta eius rubent. Eſt enim morſus ſilueſtria fructus afferens: quibus in deſerto paſtorũ fames ac penuria cõfouetur. Huius folia ſuperpoſita ſerpenti feruntur interimere eum. Sycomorus ſicut & morus græca nomina ſunt. Dicta autem ſycomorus: eo ꝙ ſit foliis ſimilis moro. Hanc latini celſam appellant ab altitudine quia non eſt breuis vt morus. Nux appellata ꝙ vmbra vel ſtillicidium foliorum eius proximis arboribus noceat. Hunc alio nomine latini iuglandẽ vocant: quaſi iouis glandem. Fuit enim hæc arbor conſecrata ioui. Cuius pomum tantam vim habet vt miſſa inter ſuſpectos herbarum vel fungorum cibos: quicquid in eis virulentum eſt exudet rapiat atq; extinguat. Nuces autem generaliter dicuntur omnia poma tecta corio duriori: vt pinee: nuces: auellanę: glandes: caſtaneę: amigdalę. Hinc & nuclei dicti. ꝙ ſint duro corio tecti. At contra poma omnia mollia mala dicta: ſed cum adiectione terrarum in quibus antea nata ſunt: vt perſica: punica: matiana: cidonia et cætera. Amigdala græcum nomen eſt: quod latine nux longa vocatur. Hanc alii nuclicam vocant quaſi minorem nucem: de qua Virgilius: cum ſe nux plurima ſiluis induit in florem. Cunctis enim arboribus prior ſe flore veſtit et ad ferẽda poma arbuſta ſequentia præuenit. Auellanæ ab auellano

campanię oppido vbi abundant cognoiatę ſunt. Hęc a gręcis pōticę appellantur:eo ꝙ circa ponticum mare abundant. Caſtaneam latini a gręco appellant vocabulo Hanc enim gręci caſtaneam vocant: propter ꝙ fructus eius gemini in modum teſticulorum intra folliculum reconditi ſunt:qui dum eiiciuntur quaſi caſtrantur.

Hęc arbor ſemel vt exciſa fuerit tanꝗ ſilua expullulare conſueuit. Vel poma ex omnibus nucibus fortiſſima ſunt.nam in cibo ſumpta difficile digeruntur : virides ſtringūt:coctę autem minus. Ilex ab electo vocata. Huius enim arboris fructum homines primum ad victum ſibi elegerunt:vnde & poeta. Mortales primi ructabant gutture glandē. Prius enim q̄ frumenti vſus eſſet:antiqui homines glādevixerūt. Suberies arbor:ex qua validiſſimus cortex natatorius extrahitur. Et ideo appellata ſuberies:eo ꝙ fructus eius ſues edunt:porcorum ſūt enim alimēta nō hominū. Et dicta ſuberies quaſi ſubedies. Fagus & eſculus arbores glādiferę: iō vocatę creduntur ꝙ harum fructibus olim homines vixerunt:cibūq; ſumpſerunt:eſcāq; habuerūt. Nā eſculus ab eſca dicta. Fagꝰ vero a gręco vocabulum traxit. Fage enim gręce comedere dicitur. Silicō quam latini corrupte ſilicam vocant:ideo a gręcis tale nomen accepit:eo ꝙ ligni eius fructus dulcis. Xilo quippe dicunt lignū:licon dulce. Huius arboris pomo ſuccus expſſus acatia a gręcis dicitur. Piſtatia ꝙ cortex pomi eiꝰ nardipiſtici odorem referat. Pinus arbor picea: ab acumine foliorū vocata. Pinum enim antiqui acutum nominabant. Pinū autem aliam pitin : aliam gręci peucem vocant : quam nos piceam dicimus:eo ꝙ deſudet picem. Nam & ſpecie ſibi differūt. In germanię autem inſulis huius arboris lachryma electrum gignit. Gutta enim defluēs rigore vel tepore in ſoliditatem dureſcit:& gēmam facit de qualitate ſui nomē accipiens.i.ſuccinum : eo ꝙ ſuccus ſit arboris. Pinus creditur prodeſſe cunctis quæ ſub ea ſeruātur:ſicut nux nocere omnibus Abies dicta ꝙ pręcæteris arboribus longe eat:& in excelſum promineat Cuius natura expers eſt terreni humoris:ac proinde habilis atq; leuis habetur:de qua Virgilius: Et caſus abies viſura marinos:quia ex ea naues fiunt. Hanc quidā gallicum vocant propter candorem Eſt autem ſine nodo. Cedrus quam gręci cedros vocāt : quaſi ceomenes drioſioron:ideſt arboris humor ardētis: cuius folia ad cypreſſi ſimilitudinem reſpondent. Lignum vero iocūdi odoris eſt: & diu durans:nec a tinea vnꝗ exterminatur. de qua Perſius. Et cedro digna locutꝰ.ſ. ꝑpter durabilem perpetuitatem. Vnde & i tēplis propter diuturnitatem ex hoc ligno lacunaria fiunt. Huius ligni reſina cedria dicitur:quæ in conſeruandis libris adeo ē vtilis:vt perliniti ex ea nec tineas patiebantur:nec tempore conſeneſcant. Naſcitur in creta africa atq; ſyria. Cypreſſus gręce dicitur ꝙ caput eius a rotunditate in acumen erigitur. Vnde & conon vocatur:ideſt alta rotunditas. Hinc & fructus eius conus:quia rotunditas eius talis eſt vt conū imitetur. Vnde & coniferę cypariſſi dicūtur Huius lignū cedro pene proximam habet virtutem Temploꝝ quoq; trabibus aptū:impenetrabili ſoliditate nunꝗ oneri cedit:ſed ea qua in principio fuerit firmitate perſeuerat. Antiqui cypreſſi ramos prope rogū cōſtituere ſolebāt vt odorē cadauerū dum vrerentur comprimerent iocūditate odoris ſui. Iuniperus gręce dicta ſiue ꝙ ab amplo in anguſtū finiat vt ignis: ſiue ꝙ cōceptum diu teneat ignē:adeo vt ſi prunę ex eiꝰ cinere fuerint opertę vſq; ad ānū perueniāt. Pyr enim apud gręcos ignis diciť. Iuniperus aūt alia parua : alia magna eſt Hebenꝰ in india & ęthiopia naſciť : quę cęſa dureſcit in lapidē:cuius lignū nigrū eſt:& cortex leuis vt lauri:ſed indicū maculoſum eſt in paruis diſtinctiōibus albis ac fuluis. Ethiopicū vero qđ pręſtātius accipitur: in nullo eſt maculatum:ſed eſt nigrum leue & corneum. Eſt aūt mareotica palus in india:vnde hebenus venit. Lucanus Hebenus mareotica inquit. Hebenus aūt crepūdiis illigatur.vt infantē viſu nigra non terreant. Platanus a latitudine foliorum dicta:vel ꝙ ipſa arbor patula ſit & ampla. Nam platos gręci latū vocant. Expreſſit huiꝰ arboris ſcriptura & nomē & formā dicēs:quaſi platanꝰ dilatata ſum in plateis. Eſt aūt tenerrimus foliis ac mollibꝰ & vitium ſimilis. Quercus ſiue quernꝰ dicta ꝙ ea ſoliti erāt dii gentiū quęrētibus reſpōſa dare arbor multū annoſa:ſicut legiť de quercu mābre ſub qua habitauit abrahā:quę ferť vſq; ad cōſtantini regis imperiū ꝑ multa ſęcula perduraſſe. Huius fructus glandula appellatur E qbus vna agreſtis onfaticis dicta parua forma:ſed firmo corpore atq; nodoſo:quę medicaminibus & icauſtis adhibeť:altera balanis lenis:ac leuis: ac nimiū perforata Lucernarū tm̄ vſibus neceſſaria. Fraxinꝰ vocari fertur:ꝙ magis in aſperis locis mōtaniſq; fragis naſcatur hinc per deriuationē fraxinꝰ:ſicut a mōte montanꝰ. De quo ouidius: Et fraxinus vtilis aſtis. Taxus venenata arbor. vnde & toxica venenata exprimūť. Ex hac arcꝰ parthi & alię gentes faciunt: vnde & poeta. Itireos taxi torquenť in arcus. Itireos autē dicit parthicos. Acer coloribus impar. Robur aūt generaliter dicitur ex omi materia quicqd eſt firmiſſimū. Alnus vocatur ꝙ alatur amne. Proxima enim aquę naſciť. nec facile extra vndas viuit. Hinc & tenera & mollis:quia in humecto loco nutritur. Vlmꝰ nomē accepit: ꝙ vliginoſis locis & humidis melius ꝓficit. Nam in mōtanis & aſperis minus leta eſt. Larex cui hoc nomē a caſtello laricino inditū eſt: ex qua tabulę regulis affixę:flāmam repellūt:neq; ex ſe carbonem ambuſte efficiūt. Populꝰ dicta ꝙ ex eiꝰ calce multitudo naſcať. Cuius genus duplex eſt Nā altera eſt alba:altera nigra. Alba autem populus dicta : quia folia eius vna parte ſunt alba:altera viridia. Hęc igitur bicolor habēs : quaſi noctis & diei notas quæ tempora ortu ſolis occaſuq; cōſtant. Generat etiam reſinam circa eridanum fluuium: vel vt alii memorant in finibus ſyrię. Tiliam dicunt vocatam:eo ꝙ vtilis ſit ad vſum telorum nitore et lenitate iaculādi. Eſt eni genus materię leuiſſime. Salix dicta ꝙ celeriter ſaliat:hoc ē velociter creſcat:

arbor lenta vitib⁹ habilis vinciẽdis. Cuius ſeminis hãc
dicunt eſſe naturã: vt ſi quis illud in poculo hauſerit li=
beris careat: ſed & fœminas infœcũdas efficit. Popul⁹
autem & ſalix & tilia mollis materiæ ſunt & ad ſculptu
ram aptę. Vimen vocaꝛ̃ eo ꝙ vim habeat multam viro=
ris. Natura enim eius talis eſt vt etiã ſi areſacta abluaꝛ̃ vi
reſcat: deinde exciſa atqꝫ in humo fixa radicib⁹ ſeſe ipſa
dimergat. Mirice: quã latini tramariciãvocant: ex ama=
ritudine nomĩata. Guſtus enim eius nimis amarus eſt.
Hæc arbor in ſolitudine & ſaxoſo humo naſciꝛ̃: ex qua
etiã arbore maleficis artibus miſtra. i. odia concitari di
cuntur. Mirtus a mari dicta: eo ꝙ magis littorea arbori
ſit. Vnde & Virgili⁹. Littora myrtetis lętiſſima: & aman
tes littora myrtę. Hinc eſt ꝙ & a gręcis mytene dicitur
Medicorum aũt libri hanc arborẽ aptam ſcribunt mu=
lierũ neceſſitatibus plurimis Lentiſcus ꝙ cuſpis ipſius
lentus ſit & mollis. Nam lentũ dicimus quicquid flexi=
bile eſt: vnde & lentũ vimen & vites. Virgilius. Et lentę
vites: pro flexibiles. Huius fructus oleum deſudat: cor
tex reſinam: quę maſtix appellaꝛ̃: cuius plurima & meli
or in chio inſula gignitur. Terebinthus arbor: græcum
nomen generans reſinã oĩm reſinarũ pręſtantiorẽ. Bu=
xus gręcũ eſt nomen ex parte a latinis corruptũ. Pixos
enim appellaꝛ̃ apud eos arbor ſempvirẽs & leuitate ma
terię elementorũ apicibus apta: vnde & ſcriptura. Scri=
be buxo Rodandarũ quod corruptevulgo lorandrum
vocatur ꝙ ſit foliis lauri ſimilis: flore vt roſa: arbor ve=
nenata. Interficit enim animalia: & medeꝛ̃ ſerpentiũ ve
xationes. Herbitũ vocauerũt paſtores eo ꝙ vice herbę
prębeatur pecorib⁹ vbi deſunt paſcua. Turbiſcus: ꝙ de
vno ceſpite eius multa virgulta ſurgũt quaſi turba. Sti=
pa vocata propter ꝙ ex ea ſtipentur tecta. Hinc & ſtipu=
la per diminutionẽ. Arundo dicta ꝙ cito areſcat. Hanc
veteres cãnam vocauerunt: arundinẽ vero poſtea. Var=
ro dixit. Sane ſciẽdum ꝙ latinũ cãna de lingua hebrea
ſumptũ eſt. Apud eos enim calamus cãna dicitur. Cicu
ta autem eſt quod eſt inter cãnaꝝ nodos: dicta ꝙ lateat
In indicis ſtagnis naſci arundines calamiqꝫ dicũtur ex
quorũ radicibus expreſſum ſuauiſſimũ ſuccũ bibunt:
vñ & Varro ait. Indica nõ magnũ in arbore creſcit arũ=
do. Illius & lentis p̃mitur radicibus humor Dulcia cui
nequeãt ſucco cõdere mella. Sãbucus: mollis & peruia
arbor. Rhamnus genus eſt rubi quod vulgo ſenticẽ vr=
ſinã appellant: aſperũ nimis & ſpinoſum. Sentix dicta
a ſitu quod eſt terra iculta in qua ſentices ſpinęqꝫ naſcũ
tur Maiores aũt noſtri oẽm arborem ſpinoſam veprem
dicebãt: ꝙ vi prendat. Oleaſter dictus ꝙ ſit foliis oliuę
ſimilib⁹ ſed latiorib⁹: arbor inculta atqꝫ ſiluestris: ama=
ra atqꝫ infructuoſa. Cui inſertus oliuę ramus: vim mu=
tat radicis: & vertit eã in propriam qualitatem. Lachry=
ma oleaſtri arboris duplex eſt. Alia enim gũmi ſimilat
ſine vllo qualitatis morſu. alia amoniaci guttã ex diſtil=
latione collectã ac remordentẽ. Oliua gręce oleon dici
tur: ex quo in latinũ tractũ eſt vt oliua dicatur. Olea au=
tem ipſa arbor eſt: fructus oliua: ſuccus oleũ. Eſt autem
arbor pacis inſigne: cui⁹ fructus diuerſis noibus appel=
latur. Orcades oliuę gręca ętymologia a ſimilitudie te
ſticulorũ vocatę quos gręce oros vocãt. Radiolę: p̃ eo
ꝙ oblonge ſunt in modũ radiorũ. Paphię a papho in
ſula dictę: vnde prius allatę ſunt. Licinię: eo ꝙ optimũ
dent lumen Nam lignus lumen eſt: vnde & lignum no
men accepit: quia aptum eſt flãmis & luminibus. Pau=
ſia quã corrupte ruſtici pauſiãvocant viridi oleo & ſua
ui apta. Et dicta pauſia ꝙ pauiaꝛ̃. i. tundaꝛ̃: vnde & paui
mẽtum Syria dicta pro eo ꝙ de ſyria eſt allata ſiue quia
nigra eſt. Cruſtumia idẽ & volemis dicta: eo ꝙ volã cõ=
pleat magnitudine: hoc eſt mediã manũ: vnde et inuo=
lare dicimus. Quidam aũt volemum gallica lingua bo
num et magnũ intelligũt colimbades appellatę. Oleũ
autem ac olea noiatur. Nam vt diximus olea eſt arbor:
vnde deriuatum ſit oleũ. Sed ꝙ ex albis fuerit oliuis ex
preſſum vocaꝛ̃ ſpanũ: a græcis onfation appellatũ. Q̃d
autem ex fuluis et nondũ maturis fuerit expreſſum vi=
ride appellaꝛ̃. Quod vero ex nimium maturis cõmune
diciꝛ̃. Ex his ad vſum vitę primũ eſt ſpanũ: ſecundum
viride: tercium commune Amurca olei pars aquoſa: ab
emergẽdo dicta. i. ꝙ ab oleo ſe mergat: et fex ei⁹ ſit Hãc
græci amurcen vocãt ex latina lingua trahẽtes vocabu=
lum. Gumẽ gręcum nomen eſt: hoc enim illi gomi di
cunt. Reſinã gręci retinam vocant. Rhea enim gręce di
citur quicquid manat. Eſt enim lachryma ſudore exha=
lata lignorũ: vt ceraſi: lẽtiſci: balſami: vel reliquaꝝ arbo
rum ſiue virgultoꝝ quę ſudare prodũꝛ̃: ſicut et odora
ta orientis ligna: ſicut gutta balſami: ac ferularũ vel ſuc
cinorũ cuius lachrima dureſcit in gẽmam. Prima ẽ re
ſina trebinthina oĩm pręſtãtior. Affertur aũt ex arabiæ
patria atqꝫ iudęa et cyria cypro et africa: ex iſulis quoqꝫ
cycladibus. Secunda eſt lentiſcina: quæ maſtix vocatur:
hæc ex chio inſula deportaꝛ̃. Tercia pinalis: quarũ alia
pitines: alia peucine: alia liquida: alia arida: et afferuntur
ex tyrthena colofonia. Vnde etiam nomẽ coloſonia⁹ re
ſina ſumpſit. Pix gręcũ nomẽ eſt: quã illi piſſam vocãt
Aliivolũt ex pino picẽ vocari. Hæc a gręcis appellatur
donia: nos ramalẽ dicere poſſumus: cui⁹ p̃babilis ſplẽ=
dens: lenis et munda. Creandarũ arborum naturaliter
tria ſunt genera: aut enim ſua ſponte naſcuꝛ̃: aut ex ſe=
minibus fortuitu iacentibus ſurgunt: aut ex radicibus
pullulant. Nam cætera vſus inuenit fauente natura. Oĩa
poma latine neutri generis eſſe dicũtur: arbores aũt fœ
minini fere ſunt generis: exceptis paucis: vt hic oleaſter
hoc ſiler. Vir. vt molle ſiler. Item hoc buxũ: licet et hęc
buxus dicatur. Nam ſuperfluam quidam volunt facere
diſcretionem: vt hęc buxus de arbore dicamus: buxuꝫ
vero de ligno compoſito.

¶ De arboribus aromaticis. Cap. VIII.

Aromata ſũt quę qꝫ fragrantis odoris: q̃ idia
vel arabia mittit ſiue alię regiões. Nomen
aũt aromata traxiſſe videnꝛ̃: ſiue ꝙ aris ipo
ſita diuinis inuocatiõibus apta videanꝛ̃: ſeu
ꝙ ſeſe aeri iſerere ac miſceri probanꝛ̃ Nam q̃d eſt odor

niſi aer cõtactus. Tus arbor arabię immẽſa atq; ramo-
ſa leniſſimi corticis: ramis ad aeris qualitatẽ: amigdalę
modo ſuccũ aromaticũ fundens albũ: & maſticatione
velut in puluere reſolutũ: & cũ frangitur int⁹ pigue eſt
& igni appoſitũ facile ardeſcens. Et appellaꝛ apud nos
maſculus: eo ꝙ ſit natura rotundũ in modũ teſticulorũ.
Reliquũ planũ & pene ſcabroſum minus optimũ. Ad-
ulteratur autẽ admixta reſina ſiue gũmi: ſed dinoſcitur
ſua proprietate. Nã tus igni impoſitũ ardeſcit: reſina fu
meſcit: gũmi vero liqueſcit calefactũ. Tus autẽ ſine aſpi
ratione a tundẽdo dicitur: quia dũ gũmi guttę ex arbore
cadunt in glebis miſcentur. Dum vero glebæ in pulue-
rem rediguntur: tus carpitur & virgulis tunditur: & ſic inde
manibus tollitur. Hoc & libanũ vocatum a mõte arabię
vbi ſabęi ſunt. Nã mons eorũ libanus dicitur vbi tura col
liguntur. Myrrha arabię arbor altitudinis quinq; cubi-
torũ: ſimilis ſpinę quã achantũ dicunt. Cuius gutta vi-
ridis atq; amara: vnde & nomẽ accepit myrrha. Gutta
eius ſponte manens ꝑcioſior eſt: elicita corticis vulnere
vilior iudicatur. Sarmenta eius arabes ignibus fouent:
quorũ fumo ſatis noxio niſi ad odorẽ ſtoracis occurrãt
plerũq; inſanabiles morbos contrahunt. Myrrha autẽ
tragodite ab inſula arabię dicta: vbi melior colligitur &
purior. Storax arbor arabię ſimilis malo cedonii cui⁹
virgulæ iter caniculę ortũ cauernatim lachrymã fluunt.
Diſtillatio eius in terrã cadẽs mũda nõ eſt: ſed cũ ꝓprii
corticis ſcrobe ſeruatur. Illa aũt q̃ virgis & calamis ĩhę
ſerit: munda eſt & albida: dehinc fulua fit ſolis cauſa: et
ipſa ſtorax calamites pinguis reſinoſa: odoris iocundi
humecta & veluti melloſum liquorẽ emittens. Storax
autẽ dicta ꝙ ſit gutta arboris proflũes et congelata. Nã
gręci ſtiriam guttã dicũt. Gręce autẽ ſtirax latine ſtorax
dicitur. Bidella idię & arabię arbor: cuius lachryma me
lior arabica. Eſt enĩ lucida: ſubalbida: leuis: pinguis: ęq̃
liter cerea: & quę facile molliaꝛ: neq; ligno vel terrę com
mixta amara odoris boni. Nã ex india ſordida ẽ: nigra
& maiori gleba. Adulteratur autẽ admixto gũmi: q nõ
ita amarificat guſtu. Maſtix: arboris lẽtici gutta ẽ. Hęc
granomaſtix dicta eſt: quia in modũ granorũ eſt. Meli-
or autẽ in chio inſula gignitur: odoris boni: candoris
cęre punicæ. Vnde & ſplendorẽ cutis pulchrificat. Ad-
ulteratur autẽ interdũ reſina vel ture. Piperis arbor na-
ſcitur in india: & in latere montis caucaſi: quod ſoli ob
uerſum eſt: folia eius ad iuniperi ſimilitudinẽ. Cuius ſil
uas ſerpentes cuſtodiunt: ſed incole regionis illi⁹: cum
maturę fuerint incendunt & ſerpentes igne fugantur: et
ĩde ex flãma nigrũ piper efficitur. Nã natura piperis al-
ba eſt: cuius q̃dam diuerſus eſt fructus. Nã quod imatu
rum eſt piper longũ vocatur: ꝙ incorruptũ ab igne piper
album. Q̃d vero cute rugoſa & horrida fuerit: ex calore
ignis trahit & colorẽ & nomen. Piper ſi leue eſt vetuſtũ
eſt: ſi graue nouellũ. Vitãda eſt autẽ mercatorũ fraus. So
lent enĩ vetuſtiſſimo piperi humecto argenti ſpumam
aut plumbũ aſpergere vt ponderoſum fiat. Aloa in in-
dia atq; arabia gignitur arbor odoris ſuauiſſimi ac ſum-
mi. Deniq; lignũ ipſius vice thymiamanthũ altaribus
adoletur: vnde & nomen traxiſſe creditur. Cynnamomũ
dictũ ꝙ cortex ei⁹ in modũ cãne ſit rotũdus & gracilis
Gignitur autẽ i indię & ęthiopię regionib⁹ frutice bre
ui duorũ tantũ cubitorũ: colore ſubnigro vel cinereo: te-
nuiſſimarũ virgularũ. Nã quod i craſſitudine extendi-
tur deſpectui eſt: quod vero gracilius ꝓuenerit eximiũ
Quod cũ frangitur viſibile ſpiramẽtũ emittit: ad imagi
nẽ nebulę ſeu pulueris. Amomũ vocatũ ꝙ veluti odo-
rem cynnamomi referat. Naſcitur in ſyria & armenia: fru
tex eius botruoſum ſemen reddens ſibi cõnexum flore
albo veluti violę: foliis ſimilibus brionię. odore etiã bo
no ſomnos ſuauificat. Caſia naſcitur in arabia: virga ro
buſti corticis & purpurei: foliis vt piperis. Eſt autẽ virtu
tis cynnamomi ſimilis: ſed potentia iferior: vnde ꝓ cyn
namomi vice duplex eius pondus in medicamentis ad
miſcetur. Calamus aromatic⁹ a ſimilitudine calami vſua-
lis vocatur. Gignitur in india multis nodis geniculat⁹ fulu⁹
fragrãs ſpirit⁹ ſuauitate. Qui cũ frãgitur in multas fit ptes
ſciſſilis: ſimilans guſtu caſiam cũ leuia crimonia remor
denti. Balſami arbor in iudęa itra terminos tantũ. xx. iu
gerum erat. Poſtea q̃ eadẽ regione romani potiti ſunt
etiã latiſſimis collib⁹ ꝓpagata eſt ſtirpe ſimilis vitis: fo
liis ſimilis rutę: ſed albidiorib⁹: ſemperq; manentib⁹. Ar
bor aũt balſamũ: lignũ eius xilobalſamũ dicitur: fructus
ſiue ſemẽ carpobalſamũ ſuccus opobalſamũ. Q̃d ideo
cũ adiectione ſignificatur: eo ꝙ percuſſus ferreis vngulis
cortex ligni ꝑ cauernas eximii odoris guttã diſtillat. Ca
uerna enĩ gręco ſermone oppe dicitur: cuius guttã adulte
rant admixto cyprino oleo vel melle. Sed ſincera ꝓbatur
a melle. ſi cũ lacte coagulauerit: ab oleo ſi iſtillata aquæ
aut admixta facile fuerit reſoluta. pręterea & ſi lanęę ve-
ſtes ex ipſa pollutæ non maculantur. Adulteratur q̃dẽ ſne
q; cũ lacte coagulat: & vt oleũ in aqua ſupernatat: & ve-
ſtem maculat. Balſama autem ſi pura fuerint tantã vim
habẽt: vt ſi ſol excanduerit: ſuſtineri nõ poſſint i manu.

¶ De herbis aromaticis ſiue cõibus. Cap. IX.

EXtant & quarũdã herbarũ noia q̃ ex aliqua ſui
cauſa reſonant habẽtes noim explanationem
Nõ tñ oim herbarũ etymologiã iuenies. Nã
pro locis mutantur etiã nomina. Foliũ dictũ ꝙ ſine vl-
la radice innatans in indię littoribus colligatur. Quod
ligno ꝑforatũ ſiccant indi atq; reponunt. Fertur aũt pa
radiſi eſſe herbã guſtu nardũ referens. Nard⁹ herba eſt
ſpicoſa: vnde eſt gręcis nardos tacos appellata: quarum
alia indica: alia ſyriaca vocatur: non ꝙ in ſyria naſcatur
ſed quod mons in quo inuenitur: alio latere indiã ſpectat:
alio ſyriã. Eſt autẽ indica multiformis: ſed melior ſyria
ca: leuis: fulua: comoſa: ſpica parua: odoriſſima cyperũ
ſimilans. Quod ſi multũ in ore tardauerit liguã ſiccat
Nardus celtica a regione gallię nomen traxit. Naſcitur
enim ſępius in ligurię alpibus & in ſyria frutice paruo
radicibus in manipulo collectis ligamentis. Flos eius
tñ propter odorẽ bonũ Tyrſi eius atq; radiculæ vtiles
probãtur vſibus noſtris. Coſtũ radix herbe eſt naſcẽtis

in india:arabia: & ſyria:ſed melius arabicũ:eſt eñ albũ
& leue:ſuaui:iocundi odoris:indicũ colore nigro: & le
ue: vt ferula:ſyriacũ vero pondere graue: colore buxeo
odore acri:ſummũ tamẽ albũ:leue:aridũ:guſtu incen
dens: & ẽ virtutis igneę:emictum illis. Crocũ dictũ ab op
pido cicilię:quod vocatur coricũ:ꝗ̃ & alibi naſcat:tñ
nõ tñ vel tale quale in cilicia. Vnde & a potiori parte no
men accepit. Nã multę res noia ſuꝑ ꝓferunt a locis vbi
plus ꝓueniũt & aliquid melꝰ. Optimũ eſt autem quod
fuerit recens:odoris boni:albedine paruũ:porrectę lon
gitudinis:integrũ: & neq; in fragmenta cõminutũ:iſpi
ratione bona: & cũ carpitur manꝰ iſiciẽs & leuiter acre.
Qḋ ſi eiuſmodi nõ fuerit:aut vetuſtũ:aut iſuſum agno
ſcitur. Adulteratᷣ autẽ admixto croco magmate. Augẽ
di quoq; ponderis cauſa ſpuma argẽti cõtrita adiicitur
& proditᷣ: ſi puluerulentũ reperitᷣ: atq; decoctũ ab odo
re ꝓprio fuerit laptũ. Crocũ magma expreſſis aroma
tibus crocini vnguẽti atq; informato ſedimine in pan
nuſculos fit: & ideo ſic appellatᷣ. Aſarũ naſcitᷣ in vmbro
ſis montibꝰ floribus caſię ſimilibꝰ:inter quę flos iuxta
radicẽ purpureꝰ in quo ſemen cõtinetur vuarũ ſimile:
a radicibꝰ pluribus atq; tenuiſſimis & bene redolẽtibꝰ:
& eſt virtute ſimilis nardo. Fũ naſcitᷣ in põto:foliis ole
aſtro ſimilibꝰ. Quiparũ a gręcis vocatur:ꝙ habeat vir
tutẽ ferventẽ. Radix eſt iunci trianguli foliis porri ſimi
libus:radicibꝰ nigris ſiue contiguis in ſimilitudinẽ oli
uarũ odoriſſimis atq; acerrimis. Naſcitᷣ in paludibus at
q; vacuis locis. Traditᷣ etiã alia ſpecies quipari ꝗ̃ i india
naſcitur & appellatur lingua eoꝝ zinziber. Iris illirica a
ſimilitudine iris cęleſtis nomen accepit. Vnde & a lati
nis argumẽ dicitᷣ. Iris ꝙ flos eius coloris varietate eun
dẽ arcũ cęleſtẽ imitetur. Illyrica autẽ dicitur:quia i illy
ria plurima & violentiſſima eſt:ſpecies eiꝰ foliis gladio
li ſimilibꝰ:radice aromatica:odoris boni. Acorũ foliis
iridis ſimilibus radicibꝰ acerrimi odoris:ſed iocũdi: ꝓ
pter quod & aromatica eſt. Meu foliis paſtinace ſimili
bus. Cardamomũ herba quã vulgus naſturgum vocat.
Squinũ melius quod in euphrate naſcitur ꝗ̃ quod in ara
bia fuluũ multifloꝝ:purpureũ:tenue:odoris roſei: cuꝫ
manu cõfricatᷣ:guſtu multũ icẽdit linguã atq; mordet.
Huius flos ſquinoantos dicitur. Antos enim gręce flos
nuncupatur. Thimũ appellatũ ꝙ flos eius odorẽ refert
De quo Virgilius. Redolentq; thimo fragrantia mella.
Epithimũ gręcũ nomen quod latine dicitᷣ flos thimi.
Nã flos gręce thimũ vocatᷣ. Eſt aũt flos tymbre ſimilis
Sanſucus eſt quẽ latini amaracũ vocãt:cuius nois vſum
Virgilius etiã ad venerẽ referens ait. Vbi mollis amara
cus illũ. Floribus & dulci aſpirans amplectitur vmbra.
Apta eſt autẽ hęc herba vnguentis. Vnde & nomen tra
xit amaracus a puero cuiuſdã regis:q caſu lapſus dũ fer
ret vnguẽta nouũ & gratiſſimũ ex cõfuſione odorẽ cre
auit. Iacynthus herba eſt habens florem purpureũ. Tra
xit autẽ nomẽ a puero quodã nobili:qui in ſaltibus in
ter purpureos flores repertꝰ eſt iterfectꝰ:deditq; nomẽ
herbę puerilis funeris caſꝰ. Eſt aũt radice & flore volui
ſimilis:pueroꝝ a pubertate retinẽs. Narciſſus hęrba fa
buloſe impoſitũ nomẽ habet a quodã puero:cuius mẽ
bra in hunc florẽ tranſierũt:q & nomẽ narciſſi in appel
latione cuſtodit: & decus pulchritudinis in cãdore reti
net folioꝝ. Roſa a ſpecie floris nũcupata:ꝙ rutilãti co
lore rubeat. Lilia lactei floris herba: vnde & nuncupata
quaſi liolia cuiꝰ dũ cãdor ſit in foliis:auri tñ ſpes intꝰ ef
fulget. Viola propter vim doloris nomẽ accepit. Huius
genera ſunt tria: purpureũ:albũ:melinũ. Achantus her
ba ęgyptia ſemꝑ frondẽs ſpinis plena:flexibili virgultu
In cuius imitatione arte veſtis ornatur:q̃ achantina dici
tur: & aliter achantis dicta. Hædera dicta ꝙ arboribus
reptãdo adhęreat:de qua Virgiliꝰ. Inter vitrices hęde
rã tibi ſerpere lauros. Alii hęderã aiũt vocatã:ꝙ hędis
ſupra lactis abundantiã in eſca a veteribus prębeatᷣ. He
derę frigidę terrę idices ſcḋm phiſicos. Nã ãtipharma
con ebrietatis eſt ſi quis potꝰ hedera coronetur. Ellebo
rũ memorãt gręci circa elleboꝝ quẽdã fluuiũ plurimũ
gigni inde atq; a grecis appellari. Hũc romani alio no
mine veratrũ dicũt: ꝓ eo ꝙ ſumptũ mentẽ i ſanitatem
reducit. Duo ſunt autẽ genera:albũ & nigrũ. Hãc autem
periti loquũtur eſcã eſſe & alimoniã coturnicũ:eo ꝙ na
turali quodã tẽperamento ſui corporis vim pabuli no
centis euitant. Etenĩ ſi ratiõe medicinę plęrũq; ad ſalu
britatẽ humani quoq; corporis tẽperatur:cui videtᷣ eſſe
contrariũ. quantomagis proprietate naturę ad cibũ ꝓfi
cit quod medicinali manu cõuertitur ad ſalutẽ. Acone
portus eſt bithynię:q ꝓuentu maloꝝ graminũ vſq; ad
eo celebris eſt vt noxias hęrbas aconitas illinc nomina
mus. Nã toxica venena ex eo dicta ꝙ ex arboribꝰ taxeis
exprimantur: maxime apud cantabriã. Euphorbiũ di
ctum ꝙ eius ſuccus oculoꝝ acuat viſum:cuiꝰ vis tanta
eſt vt duris carnibus ſuperadiecta citiꝰ coqui compellat.
Naſcitur in multis locis;ſed plurima in mauritania. La
ſer herba naſcitᷣ in monte oſcobagi:vbi & gãges fluuiꝰ
oritur:cuius ſuccus dictꝰ primũ laſir: quoniã manat in
modũ lactis. Deinde vſu deriuante laſer nominatũ eſt.
Hoc & a quibuſdam opiũ cyrenaicũ appellatur. qm̃ &
apud cyrenas naſcitur. Aloe herba amariſſimi ſuccus.
Panace hęrba fragrãtis odoris:tyrſo ferulæ ſimilis:ex
quo ꝓfluit ſuccus q opopanacis dicitur:croceus & pin
guis:odore grauis & amariſſimus. Galbanũ eſt genus
pigmenti albi creſcens in mõte amomo ſyrie:alias ſuc
cus eſt ferulę. Dicteꝰ eſt mõs cretę ex quo dictamũ her
ba nomen accepit: ꝓpter quã apud Virgiliũ: Cerua vul
nerata ſaltus pagrat. Tantę eñ potentię eſt dictamũ vt
ferrũ a corpore expellat:ſagittas excutiat vnde et eius
pabulo ferę percuſſę ſagittas corpori inherẽtes eiiciũt.
Hanc quidã latinorũ polegiũ martis dicunt ꝓpter bel
li tela excutienda. Mãdragora dicta ꝙ habeat mala ſua
ue olentia in magnitudinẽ mali matiani:vnde & eã lati
ni malũ terrę vocant. Hanc poetę antropomorpheos
appellant:ꝙ habeat radicẽ formã hominis ſimilantẽ.
Anthropos eñ gręce latine dicitur homo: cuiꝰ cortex
vino mixtus ad bibendũ datur his quoꝝ corpus ꝓpter

curã ſectandũ eſt vt ſoporati dolorem nõ ſentiant. huiꝰ
ſpecies ſũt duę. Fœmina foliis lactucę ſimilibꝰ mala geſ
nerãs in ſimilitudinẽ prunoꝝ. Maſculus vero foliis be
tę ſimilibꝰ. Papauer herba ſomnifera: de qua Virgi. Le-
teo perfuſa papaueta ſomno. Soporẽ enim languẽtibꝰ
facit. Eius alia eſt vſualis: alia agreſtis: ex qua fluit ſuccꝰ
quẽ opion vocãt. Colocintida cucurbita agreſtis & ve-
hemẽter amara: ꝗ ſimiliter vt cucurbita flagella ꝑ terrã
tẽdit. Dicta aũt colocindita ꝙ ſit fructu rotũdo atq; fo
liis vt cucumis vſualis. Centaureã gręci vocant quoniã
a chirone cẽtauro fertur reperta. Eadẽ & limniſios quia
locis humectis naſcit. Eadẽ & fel terrę ꝓpter amaritudi
nem dictũ. Glyciriza gręce ex eo dicta ꝙ dulcẽ radicẽ
habeat. γλυκυ enim gręci dulce dicũt. Eadeꝫ adipſos
quia ſitientibus ſitim ſedat. Dracontea vocata ꝙ haſta
eius varia ſit in modũ colubri: ſimilitudinẽq; draconis
imitetur: vel ꝙ eã herbam vipera timeat. Chelidonia iõ
dicitur: vel ꝙ aduentu hirũdinũ videtur erũpere: vel ꝙ
pullis hirũdinũ ſi oculi auferãt matres eoꝝ illis ex hac
herba mederi dicuntur. Heliotropiũ nomẽ accepit pri-
mo ꝙ ęſtiuo ſolſtitio floreat: vel ꝙ ſolis motibus folia
circũacta conuertat. Vnde & a latinis ſolſequia nũcupat
Nã & ſole oriẽte flores ſuos aperit itẽ ſero claudit cũ ſol
occubuerit. Ipſa eſt quã latini incubũ ſiluaticũ vocant.
Hæc & verrucaria ꝙ extinguat verrucas: ex aqua pota-
ta. vel in cataplaſmate poſita abſtergat. Pantaphilon a
numero foliorũ dicta. Vnde & eã latini quinq; foliũ vo
cant: herba adeo mũda vt purificationi: & tẽplis adhibe
ri a gentilibus ſolita eſſet. Iſopus herba purgandis pul-
monibus apta: Vnde & i veteri teſtamẽto per iſopi faſci
culos aſpergebãt agni ſanguine ꝗ mũdari volebãt. Na
ſcitur in petris herens ſaxo radicibus. Reubarbarũ ſiue
reupõticũ: illud quod ꝗtrãs danubiũ in ſolo barbarico:
illud quod circa põticũ colligitur noiatũ eſt. Reu autẽ
radix dicitur. Reubarbarũ ergo quaſi radix barbarica
Reuponticũ quaſi radix pontica. Hyoſciamos a gręcis
a latinis herba calicularis dicitur: ꝙ caliculi eiꝰ in figurã
cãtaroꝝ naſcantur: vt eſt mali punici: quoꝝ ora ſerrata
ſunt habentes intrinſecꝰ ſemina papaueri ſimilia. Hæc
herba inſana vocatur: quia vſus eius periculoſus eſt. De
niq; ſi bibatur vel edatur inſaniã facit: vel ſomni imagi
nem torpidã. Hanc vulgus milimindrũ dicit. ꝓpter ꝙ
alienationẽ mentis inducit. Saxifraga vocata ꝙ ſemen
eius petras in veſica frangat atq; cõminuat. Gẽtiana no
men ſumpſit vt medici memorant: ab iuẽtore radicibꝰ
ariſtolocię ſimilibꝰ. Naſcit ſub alpibꝰ galatię atq; aſiæ
Satureia calida & ꝑpeꝛignita. Vnde illi & nomẽ inditũ
credunt ꝙ ꝓnos facit in venerẽ. Satyriũ dicta a ſatyris
ꝓpter incendiũ libidinis: quã vulgus ſtincũ vocat: ve-
nerem eñi ſuſcitat. Eadẽ & orchis ꝙ radix eius i modũ
teſticulorũ ſit: quos gręci ορχει vocant. Item & lepo-
rina: ꝓpter ꝙ caulẽ mollẽ emittat. Vrtica vocata: ꝙ ta-
ctus eius corpus adurat. Eſt eñi igneę oino naturę: & ta
ctu perurit: vnde & pruriginẽ facit: & vtilis valde ad ſan
guinẽ ſtangnãdũ. Artemiſia herba dianę a gentilibꝰ cõ

ſecrata ẽ: vnde & nũcupata. Gręce eñi diana artemis di-
citur. Eſt autẽ apta medicis & potu ſumpta aufert dolo-
rem cordis. Camimelos herba gręce dicta: ꝙ mali ma
tiam odorẽ habeat ſitq; breuis terręq; vicina. Camidri
os a gręcis appellata ꝙ ſit breuis & per terrã ſtrata & mi
nuta foliis paruiſſimis. Pęon quidã medicꝰ fuit: a quo
pęonia herba perhibet inuẽta vt Homerus dicit. Hanc
quidã gleſidẽ vocant: ꝙ dulcis ſaporis ſit: vel pentero-
binã: a numero granorũ: vel vt alii dactyloſam a digito
rũ ſimilitudine. Naſcitur i ſiluis. Bogloſſos a gręcis di
cta eo ꝙ folia aſperrima in modũ linguę bouis habeat
Quę mirũ in modũ ob ſapientiã nutriendã vino infun
denda a veteribus memorat. Cõuiuii quoq; ilaritatem
ꝑbere fertur ꝓ olere etiaꝫ ſumitur. Arnogloſſos. i. agni
lingua: quę a romanis plantago dicitur: ꝙ planta eiꝰ ci-
to adhęreat terrę. Hac multi ꝓ olere veſcũtur. Erpillos
ꝗ apud nos ſerpillus vocatur ꝓ eo ꝙ radices eius longe
ſerpiant. Eadẽ & matris animola: ꝓpter ꝙ mẽſtrua mo
ueat. Ariſtolocia dicitur ꝙ mulieribꝰ fœtis optima ſit.
Nã ſuperſeſſa poſt partũ matricẽ beneficio vaporis ex-
purgat. Huiꝰ herbę genera ſunt duo: quarũ vna ariſto-
locia rotũda dicit: ꝓpter ꝙ rotundã radicẽ habeat. Al-
tera ariſtolocia longa: quia longã radicẽ habet cũ ramis
& foliis longioribꝰ. Quã etiã & dactilin vocãt: ꝙ ſit ra
dice robore digitali & longa. Erigonon a gręcis dicit
ꝙ vere primo ſeneſcat. Vnde & eã latini herbã ſenetio
nem vocant. Naſcit per macerias. Pſillios dicta ꝙ ſemẽ
ſimile pulicis habeat. Vnde eã latini herbã pulicarẽ vo-
cant. Gerabotane ideo a gręcis hoc nomẽ accepit: ꝙ re
mediis ac ligamentis hominũ & lurificationibus ſacer
dotũ a gentilibus apta probaretur. Vnde & eã põtifices
ſagmen appellabãt: quaſi ſancimen. hec & verbena: quia
pura: ꝑficit ſibrolicis ſi bibatur. Paliurꝰ herba aſperri
ma & ſpinoſa: pungẽs & retinens: vulnerans appropin-
quantẽ ſibi & adunco dẽte cõprehẽdens. Strutios quã
quidã herbã lanariã vocãt: eo ꝙ pleriq; lanã ex ea lauẽt
Naſcitur in locis cultis. Cimicia ꝓpter ſimilitudinem
cimicis. Vnde & eã gręci corionẽ vocauerunt. Naſcit
in locis aſperis atq; incultis. Marubiũ quod gręci pra-
ſium dicũt: vocatũ propter amaritudinem. Naſcitur in
campis. Pollegiũ apud indos pipere precioſius eſt: ha-
bet autẽ virtutẽ termanticam: calefacit & deducit: exte-
nuat & purgat & digeritur. Abſinthium gręcũ nomen
cuius probabilius eſt: quod in ponti regione naſcitur:
vnde & abſinthiũ ponticũ nominatur. Simpatus gre-
ce dictus eo ꝙ tantã in radice virtutem habeat: vt fruſta
carnis aſperſa in cacabo coagulet. Polypodion herba:
cuius radix hiſpida atq; crinita: vt eſt polipus: ex quo
deriuatũ eſt vt polipodion diceretur. Naſcitur in tene-
ris petrarũ terris ſiue quercubꝰ vicinis. Polios herba a
gręcis: latinis omnimorbia: ꝙ multis morbis ſubueni-
at. Naſcitur in montibus & in duris locis: de vna radice
multas & tenues fibres mittit ſeminis plenas: i ſummi-
tate habens quoſdã corymbos caneſcentes odore gra-
uis & ſubdulce, ſuccus eius aqua cocta a ſerpentibꝰ per

cuſtos ſanat:ſparſa in domo vel incenſa oīs ſerpentes
fugat. Scamonea quā latini acridiū vocant herba ſucci
plena: q̄ colligitur ſub cauata radice. Deniq; terram ro=
tunda cauitate fodiūt:tū ſuppoſitis aut cochleis:aut nu=
ci foliis excipitur ſuccus:atq; ſiccatus aufertur. Venit
autem ſepius ꝓbabilior ex myſia aſię. Huic contrarius
atq; falſus ex ſyria atq; iudęa. Daucos herba foliis fœni
culi ſimilis tyrſo bipalmis. Citocatia dicta ꝙ ventrē ci=
to depurget: quā vulgꝰ corrupte citociā vocat. Lappa
dicta ꝙ habeat caulem ingentē per terrā diſpoſitā. Hęc
herba a gręcis philātropos vocať: ꝙ veſtibꝰ hoim inhę
reat ob aſperitatē ſui. Naſcitur iuxta muros. Capillū ve
neris vocatū: ſiue ꝙ elapſos poſt alopiciam capillos re
creat: vel ꝙ capilloꝝ fluores coerceat: vel ꝙ ſit virgulis
nigris lenibꝰ cū ſplēdore: quaſi capilli. Naſciť in aquo=
ſis locis. Rubia dicta ꝙ radix eiꝰ ſit rubra: vnde & colo
rare lanas perhibetur. Ancuſa cuius radix cōtrita digi=
tos īficit. Eſt eñ colore ſanguineo. vnde etiā pictoribꝰ
ad purpurā efficiendā vſui eſt. Cameleon q̄ latine vaſca
rago vocatur eo ꝙ viſcū gignat: in quo hęrēt aues que
propria voluntate deſcendūt ad eſcā. Cicuta: propter ꝙ
in tyrſo geniculatos nodos habeat occultos vt cāna: ſi=
cut dicitur foſſa cęca q̄ occulta eſt. Hęc potui data inter
ficit. Hanc in carcere ſocrates bibit & expirauit. Perſiꝰ
dicit. Sorbitio quē tollit dira cicutę. Hec dum homini
bus venenū ſit: capellas efficit pingues. Trifoliū eſt qđ
gręci trifillū vocāt: ꝙ ſit foliis trinis per ſingulas ānota
tiones. Flomos quē latini herbā lucernarē vocant: ab eo
ꝙ ad lychinia proficiat. Eadē & lucubros ꝙ lucē ꝑbeat
vmbris. Piretron gręce dicta ꝙ habeat radicē incēdio
ſam atq; coaceruantē. Altea malua agreſtis: ſiue malue
viſcus: ſed altea ꝙ in altū ſurgat. & viſcus quia glutino=
ſa eſt. Origanū quod latine colora iterpretatur: propter
ꝙ infuſum coloret vinū. Hęc aūt herba calida eſt: dedu
cit etiā flegma & mingitur. Titimallū vocabulū ſum=
pſit ꝙ folioꝝ comā ad radiū ſolis circūacta conuertat.
Nā gręci ſolem titan vocant: mallonē comā: ex quo cō
fectū eſt vt titimallū diceretur Huiꝰ ſpecies ſeptē diuer
ſis locis naſcentes. Strignos q̄ latine herba ſalutaris vo=
catur: ꝓpter ꝙ dolorem capitis & ſtomachi incēdiū mi
tigat. Eadē & vua lupina propter ſemen eiusvuę ſimile
Pilogonos quē latini herbā ſanguinariā vocant: pro=
pter ꝙ miſſa in naribus ſanguinem moueat. Ambroſia
quā latini apium ſiluaticū vocant: de qua Vir. Ambro=
ſię ꝙ comedi vinū vertice odorem aſpirauere. Apiago
dicta ꝙ flores eius apes maxime appetūt. Roſmarinū
quā latini ab affectu herbā ſalutarem vocant: cuius folia
fęniculi ſunt ſimilia atq; aſpera: & rotatim terrę proſtra
ta. Menta agreſtis quā gręci calaminti: noſtri vulgo ne
peta vocauerunt: maioris virtutis & vehemens in calo=
re. Genicularis herba ſubſternitur ob ſcorpionum vim
repellendā. Gladiolus ꝙ ſit foliis gladii ſimilibus tyrſo
cubitali floribus purpureis. Agaricum radix vitis albę
Aſſolidos: quā latini a colore albutiū vocant. Scilla ꝙ
nocēs ſit; de qua ſuperſtitio gentiliū dicit: ꝙ ſi itegra

ad limē ſuſpendatur: oia mala fugat. Camipetos a gręs=
cis dicta ꝙ terrę adhereat: & odorem pini habeat. Hanc
latini cucurbitularem vocant: ꝙ ex parte odorē cucur=
bitę referat. Staſiſagria hoc eſt herba quinq; digitorū:
huius ſemen commaſticatū: humorē nimiū capitis de=
ducit: guſtu amarū: naſciť in locis amenis. Splenos di=
cta ꝙ ſplenē auferat: ſiue ſcolopendrios eo ꝙ folia ipſiꝰ
ſcolopendro aiali ſint ſimilia. Naſcitur in humidis pe=
tris. Nec caulem: nec florē: nec ſemen habet: folia ipſius
ſuperficie viridia ſunt: ſubter rufa & dānoſa: ſplenē cu=
rat. Voluus appellatus ꝙ radix eiꝰ volubilis ſit & rotū=
da. Stoecas in inſulis ſtoecadibus naſcitur: vnde & nun=
cupať. Cyclaminos graece dicta a quodā q cyclos voca=
tus eſt: qui primus virtutē huius herbę inuenit: ſiue ꝙ
habeat radicē rotundā. Gręci enim cycla rotundum vo
cant: cuius radix aut ſuccus ſi vino fuerit admixtꝰ ebrio
ſos facit. Naſcitur in ſiluoſis locis & agreſtibus. Ampe=
los leuce ſiue brionia: quā latini vitā albam vocant: vel
a qualitate coloris: vel ꝙ eius radix contrita & corpori
infricata teneriorem & candidiorem cutem reddat. Nā
& ſuccus baccarū eius lac vberibus ſiccis reddit. Ampe
loſmelena. i. vitis nigra: eadēq; labruſca folia hederę ſi=
milia in omnibꝰ maior q̄ vitis alba: baccas ſimiliter ha=
bens quę immaturitate nigreſcunt: vnde & vocabulum
ſumpſit. Viticella herba a latinis appellata: ꝙ ſicut vitis
quicquid proximum habuerit apprehendat. Corimbis
quos anulos appellamꝰ. Buptalmō florē habet croceū
oculo ſimilem: vnde & a gręcis nomē accepit. Eſt autē
caule molle folis coliandri ſimilibus. Naſcitur iuxta
muros ciuitatum. Flomos: quam latini verbaſcum vo=
cant: quarū altera eſt maſculus albidioribus foliis atq;
anguſtioribus: altera fęmina foliis latioribꝰ atq; nigris
Ferula vocata a medulla. Nā illam varro tradit eſſe feru
lę medullam: quā oppodelon gręci vocant. Nonnulli a
feriendo ferulam dicunt. Hanc enim pueri & puellę va
pulare ſolent. huiꝰ ſuccus galbanū eſt. Papyrum dictū
quod igni & cęreis eſt aptum. Pyron enim gręci igne;
dicūt. Iūcus dicitur eo ꝙ iunctis radicibus hęreat. Scyr
pus a quo ſegetes teguntť ſine nodo: de qua Enniꝰ. Quę
runt in ſcyrpo ſoliti ꝙ dicere nodum. Et in prouerbio:
Qui inimicꝰ eſt etiā in ſcyrpo nodum querit. Fucus ge
nus herbae eſt de qua tingitur veſtis dicta quia mentitur
alienū colorem. Vnde & Virg. Diſcet mentiri lana colo
res. Alga naſcitur in aquis ſtantibus. Ita deniq; nomen
ſumpſit ab algore aquę: vel ꝙ alliget pedes: quia craſſa
eſt: foliis aquā ex parte ſuperantibus. Vlua & typus her=
bę circa fontes & paludes ſtagniſq; naſcūtur. Ex quibꝰ
vlua ideſt alga mollis: & quodāmodo fungus dicta ab
vligine. Typus vero q̄ ſe ab aquis inflat. Vnde etiam am
bitioſorum & ſibi placentiū hominū tumor typus di=
citur. Carix acuta herba & duriſſima ſparto ſimilis: de
qua Virgi. Et carice paſtus acuta. Spartus frutex virgo=
ſus ſine foliis ab aſperitate vocatus. Volumina enim fu
nium que ex eo fiūt aſpera ſunt. Gramen a ſitu potiꝰ di=
ctum ꝙ plurimorū agrorū ſit. Vnde illud gręci agreſte

vocauerunt: licet om̄is herba gramen vocetur ab eo ꝙ
germinet ſicut robur oīs ligni cutis: & ſpes ab eo ꝙ ſit
firmiſſima. Filix a ſingl'aritate folii dicta. Deniq; ex vna
virgula altitudine cubitali vnum ſciſſum foliū gignitur
res implicata velut pēna. Auena per. u. litterā herba eſt:
per. b. vero lorū quo equi retinētur. Auena herba ſemi=
nalis ſegeti ſimilis. Virgi. Vrit em̄ lini cāpū ſeges: vrit
auene penitus & pro chalamo aliquotiens. Zizania qđ
poetę ſemp infœlix lolium dicunt ꝙ ſit iutile & infœ=
cundū. Fenū dictū ꝙ eo flāma nutritur. Fos em̄ flam=
ma eſt. Fenum quod eſt palea per. e. ſolā ſcribendū. fœ=
num quod eſt lucrum per. o. &. e. ſcribitur. Manipulum
dicimꝰ facē feni. Et dicꝰ manipulus ꝙ manū impleat.

¶ De oleribus. Cap. X.

HOrtus nomiātur ꝙ ſemp ibi aliquid oriatur
nam cū alia terra ſemel in anno aliqd creet:
hortꝰ nūq̄ ſine fructu eſt. Olꝰ ab alendo di=
ctū: eo ꝙ primū homines ab oleribꝰ aleren
tur anteq̄ fruges & carnes ederēt. Tātū em̄ pomis arbo
rū & oleribꝰ alebant: ſicut aīalia herbis. Caulis eſt gene=
raliter herbarum & olerum mediꝰ frutex: q vulgo tyr=
ſus dicitur: ꝙ a terra ſurſum conſcendat: ex quo deriua
tum eſt vt ſpecialiter quoddā genꝰ olerū caulis diceret:
quia tyrſus ipſius amplius cęteris oleribus coaleſcit: id
eſt creſcit. Eſt autē generale nomē. Ois enim frutex cau
lis dicitur. Cauliū autē ſunt genera quinq;. i. cumanū pō=
peianū arcinū ſabellicum bruciū. Cima dicit quaſi co=
ma. Eſt enim ſummitas olerum vel arborū in qua vigēs
virtus naturalis eſt. Malua genꝰ herbæ hortulanę q̄ ex
parte gręco vocabulo appellatur. ἀπὸ τοῦ μαλάκι
ξεσθαι eo ꝙ molliēdi aluū ſoluendiq; naturā habeat.
Cuius ſucco ſi quis ſe oleo mixto perunxerit ab apibus
negatur feriri. Folia eiꝰ ex oleo trita & impoſita: ſcorpi=
onibus credūtur auferre torporem. Paſtinaca vocata ꝙ
radix eius p̄cipuus paſtus ſit hois. Eſt em̄ odoratu iocū
da: cibo delectabilis. Rapa dicta a rapiendo. i. compre=
hendendo. Eſt autē radice amplior nape: ſapor dulcior
& folio tenuior. Napus a ſimilitudine vocatꝰ: niſi ꝙ fo
liis latior & radicis guſtu ſubacrior eſt. Nominis autem
affinitas in vtriſq; inde pene cōmunis: quia vtrūq; ſemē
in alterum viciſſim mutatur. Nam rapa in alio ſolo: vt
Emilianus ait: per bienniū mutatur in napum: i alio ve=
ro napus tranſit in rapam. Napocaulis ex duobus oleri=
bus compoſitum nomē habet: quia dum ſit ſapore na=
po ſimilis non in radice ſed in tyrſo cōſcendit vt caulis
Sinapis appellatur ꝙ foliis ſit ſimilis napis. Hæc vt au=
ctores aiunt calidam virtutem habet & egeritur: ſꝫ ſtrin
git vrinā. crudum in cibo ſumptū: ſtomacho contrariū
coctum vero in olere iuuat ſtomachū: ſemen autē eius
tritum cū aceto ſerpentium vulnera curat. Raphanum
gręci nos radicem vocamus: eo ꝙ totus deorſum nitit
dum reliqua olera in ſumma magis ꝓſiliāt. Cuiꝰ ſemi=
ne macerato quiſq; ſuas manus infecerit: ſerpentes im=
pune tractabit. Siquidē ex ipſius radice etiam ebur albe
ſcit. In cibo quoq; veneno obſiſtit. Nam cōtra venena
radices: nuces: lupini: citria: apium: ruta proſūt: ſed con
tra futurum non contra acceptum venenū. Vnde & apđ
veteres ante alias epulas hęc ſolebāt mēſis apponi. La=
ctuca dicta eſt ꝙ abundantia lactis exuberet: ſeu quia la
cte nutrientes fœminas implet. Hæc & in viris veneris
vſum coercet. Lactuca agreſtis eſt quā ſarraliam nomi=
namus: eo ꝙ dorſum eius in modum ſerrę eſt. Intubus
gręcū nomen eſt. Et intubus ꝙ intus ſit toſus. Cepa vo=
catur quia non aliud eſt niſi tm̄ caput. Aſcalonia nuncu
pata ex vna vrbium paleſtinę quę aſcalon dicitur: vnde
prius aduecta eſt. Alium dictū ꝙ oleat. Vlpicum appel=
latum ꝙ alii odorem habeat. Faſelos vocari aiunt a faſe
lo inſula gręcie: vbi non procul mons olympꝰ eſt. Por
rum: cuius duo genera ſunt: capitatum & ſectile. Capi=
tatum maius ſectile paruulū. Beta apud nos oleris ge=
nus: apud græcos littera eſt. Clitum genus oleris ſapo=
ris euanidi quaſi vilis beta. Cucumeres ꝙ ſint interdum
amari: qui dulces naſci perhibētur ſi lacte mellito eorū
ſemen īfundatur. Cucurbita apopores. Sane pepo: me=
lipepo: ozimum: gręca nomina ſunt: & origo eorū lati=
nis incerta. Olus molle atriplex braſſica: oliſatrum. Na
ſturtium ſapor appellauit: ꝙ acrimonia ſui naſum tor=
queat. Fungi ꝙ aridi ignem acceptum cōcipiant. Fos
eni ignis eſt: vnde & eſca vulgo dicit ꝙ ſit fomes ignis
& nutrimentum. Alii dicunt fungos vocatos: ꝙ ſint ex
eorum genere quidā interemptorii: vnde & defuncti.
Tubera tumor terrę prodit eaq; cauſa nomen illi dedit
Volui appellati: ꝙ ſint volubiles & rotundi. Aſparagꝰ
ꝙ ſit ſpinoſa et aſpera: & frutex eiꝰ: ex qua gignit. Cap=
paris a gręcis nomen ſumpſiſſe videtur ꝙ habeat rotū
da in ſummitatibꝰ ſeminum capitella. Armoracea hoc
eſt lapſana. Lapiſtrum. Lapacia: hęc in cibo ſumpta ſto=
machum confortat: venerem reprimit. Carduus genus
herbæ ſpinoſę. huius natura mordax & ſubauſtera eſt
& mollis: frigidus & indigeſtus ſuccus eiꝰ alopicias cu
rat. Eruca quaſi vruca ꝙ ignitę ſit virtutis: & in cibo ſæ
pe ſumpto veneris incęndium moueat. Huius ſpecies
duę: quarum altera vſualis: altera agreſtis acrioris virtu
tis: vtraq; tamen: veneris commouens vſum.

¶ De odoratis oleribus. Cap. XI.

APium dictū ꝙ ex eo apes. i. caput antiquo=
rū triumphantiū coronabatur. Hercules au
tē hanc herbā primus capiti circūtulit. Nam
nunc populum capite preferebat. nunc ole=
aſtrum: nunc apium. Cuius radices efficaciter pugnant
contra inſidias venenorum. Eius generis ſunt petroſi=
lenon: ipoſilenon: & oleoſilenon. Petroſilenon vocatū
ꝙ ſit ſimile apio & naſcatur in petris mōtibuſq; pręru
ptis: quod nos petrapiū dicere poſſumus. Silenon enīꝫ
gręce apium dicitur: ſed eſt ſummū ac probabile mace=
donicum guſtu ſuaue & odore aromatico. Ipoſilenon
dictum ꝙ ſit durum & auſterum. Oleoſilenō ꝙ molli
or folio & caule tenerum. Feniculū latini vocant: ꝙ eiꝰ
tyrſi ſeu radicis ſuccus acuat viſum: cuius virtus tradit
vt ſerpentes annuam ſenectutem eius guſtu deponant.

Hoc olus græci maratron vocant. Liguſticum a regiõe nomen accepit. Naſcitur em̃ plurimũ in liguria odore aromatico & guſtu acre. Aneſon greci dicunt: ſiue vt latini aneſum: herba oibus cognita: acerrime feruẽs. Coriandrũ ex greco noie ſumptũ: quod illi corion vocãt: cuius ſemen in dulci vino datũ: proniores reddit in venerem: ſi ſupra modũ dederis amentiam nutrit. Canos etiã ex coriãdro infici traditum eſt. Ruta dicta ꝙ ſit feruentiſſima: cuius altera agreſtis atq; virtute acrior: ſed vtraq; feruentiſſima cõprobatur. Hãc venenis repugnate muſtelæ docent: quę dũ cũ ſerpente dimicauerint cibo eius armantur. Inula quã ruſtici alam vocant: radice aromatica: odoris ſummi cum leni acrimonia. Menta genus herbę odoriferę: huius genera ſex.

¶ Incipit liber decimuſoctauus.

¶ De bellis. Cap. I.

Primus bella intulit Ninus aſſirioꝝ rex. Ipſe em̃ finibus ſuis neq̃q̃ cõtẽtus humanę ſocietatis fędus irrũpens exercit⁹ ducere: alienaq; vaſtare: liberos populos aut trucidare aut ſubiicere cœpit vniuerſamq; aſyã vſq; ad libyę fines noua ſeruitute pdomuit. Hinc iã ſtuduit orbis in mutuo ſanguine graſſari alterna cęde. Quattuor autẽ ſunt genera belloꝝ .i. iuſtũ: iniuſtũ: ciuile: & pluſq̃ ciuile. Iuſtum bellũ eſt qd ex pdicto gerit de reb⁹ repetitis: aut ꝓpulſandorũ hoſtiũ cauſa. Iniuſtũ bellũ eſt qd de furote nõ de legitima ratione init. De quo in republica. Cicero dicit. Illa iniuſta bella ſunt quę ſunt ſine cauſa ſuſcepta. Nã extra vlciſcendi aut propulſandorum hoſtium cauſa: bellũ iuſtũ geri nullũ poteſt. Et hoc idem Tulli⁹ paruis interiectis ſubdidit. Nullũ bellũ iuſtũ haberi videt niſi denunciatũ: niſi dictũ: niſi de repetitis rebus. Ciuile bellũ eſt inter ciues orta ſeditio: & cõcitati tumultus: ſicut inter ſyllã & mariũ: q bellũ ciuile inuicẽ in vna gente geſſerunt. Pluſq̃ ciuile bellũ eſt vbi non ſolum ciues concertant: ſed & cognati: quale actum eſt inter cęſarem & pompeium: quando gener & ſocer inuicem dimicauerunt. Siquidẽ in hac pugna frater cum fratre dimicauit: et pater aduerſus filium arma portauit. Lucanus. In fratrum ceciderunt premia fratris. Item: Cui ceruix ceſa parentis cederet. Bella itaq; dicuntur interna: externa: ſeruilia: ſocialia: piratica. Naꝫ piratica bella ſunt ſparſa lattonum manus per maria myoparonibus leuibus & fugacib⁹: non ſolũ nauiũ cõmeatus: ſed etiã inſulas prouinciaſq; vaſtantib⁹. Quos primũ Cneus põpeius poſt multã vaſtationem quã terra mariq; diu egerat: mira celeritate cõpreſſit ac ſuperauit. Sicut autẽ bellũ vocatur qd cõtra hoſtes agitur: ita tumult⁹ qui ciuili ſeditione cõcitat. Nã ſeditio eſt diſſentio ciuium: dicta ꝙ ſeorſum alii ad alios eãt. Alii eſtimant diſſentionem aiorũ ſeditionẽ vocari: quã greci diaſtaſin vocant. Quo autẽ differat vtrũq; Cicero docet. Poteſt em̃ inquit eẽ bellũ vt tumultus non ſit. Tumultus autem eſſe ſine bello nõ poteſt. Quid eſt autẽ aliud tumultus niſi perturbatio tãta vt maior timor oriat. vnde etiam dictus tumult⁹: q̃ſi timor multus. Grauior autẽ eſt tumultus q̃ bellũ. Nam in bello vacationes valent: in tumultu nõ valent. Differt autẽ bellum: pugna: & prelium. Nam bellũ vniuerſum dicitur: vt punicum. Huius partes ſunt pugnæ: vt cannenſis: termenſis. Rurſum in vna pugna multa ſunt prelia. Aliud enim in cornibus: aliud in media: aliud in extrema acie gerit. Bellum igitur eſt totum: pugna vnius diei: prelium pars pugnę eſt. Bellum antea duellum vocarum: eo ꝙ due ſunt partes dimicantium: vel ꝙ alterũ faciat victorem: alterum victum. Poſtea detracta littera d. & mutata .u. in .b: dictum eſt bellum. Alii per antiphraſim putant bellum ꝙ ſit horridum: vnde & illud. Bella horrida bella: cum bellum contra ſit peſſimum. Prelia dicuntur a premendo hoſtis hoſtem. Vnde eſt prelia ligna quib⁹ vua premit. Pugna vocata eo ꝙ initio vſus fuiſſet in bello pugnis contendere: vel quia primo bellũ pugnis incipiebant. Vnde & pugna etiam duorum eſt aliquando & ſine ferro. Quattuor autem in bello aguntur: pugna: fuga: victoria: pax. Pacis vocabulum videtur a pacto ſumptum. Poſterius autẽ pax accipitur: fœdus primum initur. Fœdus eſt pax quę fit inter dimicãtes: vel a fide. vel a fecialibus: id eſt ſacerdotibus dictum Per ipſos em̃ fiebant fœdera: ſicut per ſeculares bella. Alii fœdera dicta putant a porca fœde & crudeliter occiſa: cuius mors optabatur ei qui a pace reſiliſſet. Virgilius. Et cęſa iungebãt fœdera porca. Fœderis partes inducię. Et dictę inducię quaſi in dies ocia.

¶ De triumphis. Cap. II.

Omne regnum ſeculi hui⁹ bellis quęritur: victoriis propagatur. Victoria dicta ꝙ vi ideſt virtute adipiſcat. Hoc eſt em̃ ius gẽtiũ vim vi expellere. Nã turpis eſt dolo queſita victoria. Certa aũt victoria eſt: vel occiſio hoſtis: vel expoliatio: vel vtrunq;. Non eſt autem iocunda victoria quę per immenſa detrimenta contingit. Et hoc eſt quod laudat Saluſtius duces victoriã in cruento exercitu deportaſſe. Põpa dicta eſt græca ſignificatione απο του πομπευθαι hoc eſt publice oſtentari. Precedit autem victoria pompam: ideo ꝙ ituris ad hoc certamen primũ eſt victoriæ votum. Tropheum dictũ απο της τροπης: id eſt a conuerſione hoſtis & fuga. Nam ab eo ꝙ hoſtem quis fugaſſet merebatur tropheum: ꝙ occidiſſet triumphum: qui dictus eſt απο της τριαμβης id eſt ab exultatione. Plenæ enim victorię triumphus debetur: ſemiplenæ tropheũ: quia nondũ plenã eſt conſecutus victoriã. Nõ em̃ obtinuit: ſed fugauit exercitũ. Hęc tamẽ noia ſcriptores cõfundunt. Tranquillus autẽ triũphũ latine dicit poti⁹ appellatũ: ꝙ is q triumphans vrbẽ igrederet: tripartito iudicio honoraretur. Nã pri

